



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Politicorvm Libri Decem**

**Contzen, Adam**

**Colonia, [1621]**

Politicorvm Liber nonus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

# POLITICORVM

## LIBER NONVS.

### DE

# INTERNIS REI- PUBLICÆ MA- LIS.

## CAPVT I.

*Damna Rerumpublicarum multa, & graua esse, & quæ ad Politicum præcipue pertineant.*



SEMADMODVM IN HV-  
mano corpore tot sunt mor-  
borum cohortes, quot artus,  
& membra; ita quoq; in ma-  
gno Reipublicæ, Regnorum-  
que systemate innumera sunt  
calamitatum, pereundi-que spe-  
cies, integras aliquando natio-  
nes pestilentia depopulatur,  
quemadmodum Galli  
tempore illa, quæ totum orbem obiuit.  
Pestem antecedere, aut sequi  
fames solet, quæ ipsa quandoque  
gentium reliquias depascitur.  
Solum ipsum peccatis hominum  
irritatur, & concutitur, anno  
CHRISTI  
366. totus fere orbis terræ motu  
violatus est. His adde diluui-  
a, incendiaque, & quicquid ali-  
cui obtrigit mali, quod omnibus  
iure timeatur. Quædam ab in-  
ualidis euerse sunt vrbes. Plin. l. 8. c. 29.  
Nec minus clara documenta exitii  
sunt etiam ex contemnendis animalibus.  
M. Varro author est, à cuniculis  
suffossum in Hispania oppidum,  
à ratibus in Thessalia: ab raris  
ciuitatem in Gallia pulsam,  
ab locustis in Africa: ex Gyro  
Cycladum Insula incolæ à muribus  
fugatos: in Italia Amyclas à  
serpentibus deletas. Citra  
Cynmogolus Aethiopas late  
deserta regio est, à scorpionibus  
& solpugis gente sublata: & à  
scolopendris abactos Triarienses  
author est Theophrastus. Horum  
malorum grauitatem quamuis  
sapiens Princeps, industria,  
humanitate, liberalitate temperare,  
ac leuare possit, non tamen ad  
Politicos considerationem veniunt,  
cum aucti, gubernarique nulla  
ratione nisi precibus, & emendatione  
motum valeant.

§. 2. Cæterum damna Reipu. circa  
quæ prudentia Principis versatur,  
duplicita sunt; vel enim ex ipsa  
ciuitate nascuntur, & in visceribus  
haerent, vt in homine febris, vt  
hydrops, vt pestis. Vel aliunde  
inferuntur, vt grando, fulmen,  
lagittæ. Interna mala sunt odia,  
contemptus, factiones, proditio-  
nes, seditiones, rebelliones. Externa,  
bellum. Quanquam autem ex  
illis quæ docui discordiarum causa,  
& seditionum anteuerti, atque excludi  
possint, visum est tamen singularibus  
libris disputare de seditione & bello,  
ne quicquam, quod ad perfectam  
Reipublicæ gubernationem pertinet,  
deesse videatur.

## CAPVT II.

*Seditionem grauisimum malum esse.*

§. 1. **S**EDITIONEM quasi seitionem, seu secessionem  
dicimus, cum pars reipublicæ contra partem,  
aut contra Principem insurgit: Græci *σείσις* appellant.  
Grande malum, belloque calamitosius. Vnius enim  
corporis membra, quæ nisi consensu salua esse non  
possunt, inter se colliduntur, mutuoque pressu sese  
interimunt. Maiora sane in seditione scelera, quam  
bello committuntur. Itaque omnium sapientium  
iudicio nihil est bello ciuili detestabilius, cuius causa  
variæ sunt; sed illa præcipua, quod odia ciuilia sunt  
acerrima; magnis enim agitata causis videntur, &  
cui inualuere à furore parum absunt; palam sane  
furere dicimus eos, qui in sua membra sauiunt. Itaq;  
cognatæ acies, cum in partibus sunt fratres, & parentes,  
infestius concurrunt. Hinc odiorum ardentissima  
fuisse fraterna etiam fabulæ tradiderunt, hinc cœ-  
næ Thyestæ, & Thebanorum rogorum in contraria  
tendentes fumi, hinc Turcicorum fratrum iam quasi  
ex lege mortes. Cum hoste externo de libertate,  
de gloria, de opibus certatur, cum ciue de vita. Con-  
sultatur historiæ Romanæ vetustas, hostes victos in  
vrbem receperunt, sub iugum miserunt, in seruitu-  
tem venderunt, & cum seueriunt, securi aut gla-  
dio percusserunt; at in ciuili bello lucro deputabat  
victus, si sine tormentis & contumelijs mori liceret.  
Hostium ducibus regibusque sæpenumero peperc-  
runt, suos imperatores ex cruciatos occiderunt, mor-  
tuos omni ludibriorum genere diuexarunt. Nullum  
quod memini exemplum horribilius mundo dedit  
furor ciuilis eo, quod in Andronico. Describit histo-  
riam Nicetas l. 1. Itaque in Anemæ castellum (Andronicus  
captus) duabus grauib; catenis cum ferreis seris superbo  
collo iniectis, & compedibus oneratus, vt captiuus tractari  
moris est, coniecitur, eoque habitu ad Isaacium perducto contumelio-  
sis verbis insultatur, alapa impinguntur, nares pulsan-  
tur, barba vellitur, dentes excutuntur, capilli euelluntur,  
publicè omnibus ludibrio expositus, etiam à mulieribus pugnis  
ceditur, iis præsertim quarum maritos aut occiderat, aut  
excoecauerat. Deinde præcisa dextera in idem castellum  
reducitur sine cibo, sine potu, sine villo cuiusquam  
officio. post aliquot dies altero oculo effuso, scabioso  
camelo impositus, per forum triumphi specie  
trahitur, calua glabra inflat arido quercus, & oio  
nudore, & breui tunica reclusus, spectaculum miserabile,  
quod riuos lacrymarum elicere queat: ex oculis non  
inhumanis. Sed solitudinis & petulantissimi  
vrbis incolæ, præsertim sartores, co-  
rriari, opifices, & circumforanea sordidaque  
turba, muscarum  
instar

*Seditio graue malum quia magnam causam habere videtur.*

*Odiorum ciuilium atrocitas.*

*Ciuilia odia humanitatis iura violant.*

*Fortune turba fuit non Principis.*

instar

Malta claudum generis humani generis exercitum.

Nihil tam infirmum, quod non aliquando validum.

instar verno tempore, ad multas, & pingua cymbia contolantium, nulla ratione habita, quod is nudius tertius Imperator, regio diademate ornatus, ab omnibus laudatus, celebratus, adoratus esset, quodque sanctissimo iure iurando fidem, & benevolentiam suam erga illum testati essent, esset at is animis sine ulla ratione ruentes, nihil mali pretermiserunt, quo Andronicum per nefas non afficerent. Alii claves in caput eius impeggerunt, alii stercore naves eius sedarunt, alii spongas excrementis hominum & pecudum fedatas in faciem eius expresserunt, alii verbis obscenis parentes eius infectati sunt. Erat & qui veribus latera eius pungerent, impudentiores quidam lapidibus coniectis rabidum canem eum appellabant. Scortum quoddam impudens ollam feruenti aqua plenam è culinaraptam in faciem eius effudit. Nemo denique erat quin malefaceret Andronico. Ita ignominiose in theatrum ridiculo triumpho perductum, ac misero illo Camelo detractum iuxta duas columellas quibus superne lapis incumbit prope anciam lupam & hyenam, qua inflexis cervicibus quasi altera in alteram imperum factura, concitata astant, pedibus suspendunt fune alligatis. Tot mala perpeffus, & alia excenta, qua pratermissimus, tamen generoso adhuc animo illata mala tolerabat, ac mente integra ad affluentem turbam, & iacentem conuersus, nihil dicebat aliud, nisi, Domine miserere: & quid calamum contrivum infringitis? Caterum dementissima populi turba, ne tunc quidem afflictissimo pepercit Andronico, postquam pedibus suspensus fuit, sed direpta vincula, virilia eius vexavit, & quidam homo nefarius longum enssem per fauces eius vsque ad intestina adegit. Duo vero latini generis, enses, ambabus amplexi manibus in nates eius adegerunt, ut periculum facerent vter esset acutior, ictus dexteritate gloriati. Post tot arumnas & clades egre vitam abruptit, dextera cum dolore ad os admota, ut multi putarent, eum calidum ex ea sanguinem, ob recentem plagam adhuc desillantem, exfugere.

Crudelia militum iudicia.

Barbarus seruitute, cuius morte luit.

Ira civilis nec legem, nec modum nouit.

Civile bellum irreconciliabile.

§. 2. Quin & illud ciuiliu bellorum crudelitatem multis modis ostendit, quod omnia victis solatia auferuntur, metu, odioque victoris; in bellis externis crudelitatis aciem obtundit vtilitas seruitutis; malunt enim ex hostibus habere seruos, agrorum cultores, operumque obnoxios curatores, quam calcare cadauera: itaque quibus misericordia non indulget vitam, eos auaritia seruando seruos facit: bella ciuilia seruitutem nesciunt. Persas & Getas ad Cyathos statuunt, Æthiops faciunt Atrienfes, Alemanni equites currum anteambulant, cuius capti nullum censerent officium, sola morte securum reddidit victorem. Ne hostibus quidem peregre venditur, quia quamdiu viuit, non creditur quieturus. Hinc Marius ciuili sanguine cruentus, hinc vindicta Syllana, qua perniciosior fuit, quam si scelera impunita relinquerentur. Luc. l. 2.

Excessit medicina modum, nimiumq; secuta est,  
Qua duxere manus: periere nocentes;  
Sed cum iam soli possent superesse nocentes.  
Tunc data libertas odus, resolutaq; legum  
Frenis ira ruit.

§. 3. Nobilitati & virtuti parcere saepe hostes solent; Causa duplex, vel enim miserantur rerum humanarum communem sortem, eosq; quos à summa fortuna ad infimam recidisse intelligunt, mitius habendos arbitrantur. Nabuchodonosor quidem victos reges mela sua adhibuit, captiuorum nobilium filios Daniele & focios ad honores prouexit. Alexander Porum victum regnare iussit; Darij filias matremq; consolatus non inferius sua dignitate matrimonium sperare iussit. Romani quas gentes bello infestissimas habuerunt, easdem deinde focios fidelissimos experti sunt. Sen. l. ii. de ira. cap. 34. hac re ad vincendam iram hortatur, sed in hoste valere solet, non in ciue. Quis populus Romanus fideliores habet focios, quam quos habuit pertinacissimos hostes: quod hodie esset imperium, nisi salubris providentia victos permisisset victoribus! Irascitur aliquis? tu contra beneficis pronoca. cadit sta-

tim similitas, ab altera parte deserta. nisi par, non pugnat; si vir inque certabitur, ille est melior, qui prior pedem retulit: vidus est qui vicit, percussit te, recede, referendo enim, & occasionem sepius ferendū dabis, & excusationem. non poteris reuelli, cum vales. Nunquid velis quisquam tam grauitur hostem ferire, ut relinquat manum in vulnere, & se ab ictu reuocare non possit? at qui tale ira telum est, vix retrahitur. Altera causa est, quod virtutem hostium multi reueriti, vitam donarunt illis, à quibus maximas clades acceperunt. Ciuiliu bellorum rabies his bonis accenditur, nemo inimicior nobilibus, & diuitibus censetur, quam victus ciuis: illis proscriptio præcipue intendatur, diuitia ad cædem ciuium incitamento sunt. Virtutem in seditione tanquam veneficia persequuntur. Catulos, Cicerones, Antonios, Catones seditione persequitur, Clodij & Curiones securitate fruuntur. Causa vero est, quod vbi inimicitia, odiaq; animum occuparunt, vbi mutuis damnis mentes exasperatae sunt, nihil facile creditur, diciturue, nisi quod ad augendas inimicitias efficax est: quos enim ciues inimicos suos putant, etiam iniuriosos, ideoque iniquos & impios arbitrantur, cum hac opinione iungitur altera, nempe nullam esse pestem efficaciorē ad nocendum, quam sit familiaris inimicus; itaque quicquid in ciue bonum apparet, instrumentum ad nocendum sibi esse suspicantur.

In bello ex vero virtus, in ciuili virtus hono-rantur.

§. 4. Disciplina militaris pestum datur; quippe in vtraque acie noti, confanguinei, præmia corruptela, uile omnem fraus vtrique impunita. Ciuium & rusticorum fides in omni genere contractuum fluxa: si enim soluere æs alienum non libeat, si negare depositum, in aduersa castra migrabit, vbi securus erit. Causa tanti mali est, quia militem regere, victoriam temperare duces nequeunt, obnoxij terretimo cuique, ita canunt Caesareni milites.

— Rheni mihi Caesar in vndis

Dux erat, hic focus, facinus quos inquinat, aequat. Augustū miles C. Antonius non audiebat, postquam senatum contempfit. Parendum est illis per quos vilitas miserat. cur potius quam ego ab illo: an ita le sine me vicit: at ne potuit quidem. Ego ad illum belli ciuilis causam attuli: ego luges perniciosas rogavi: ego arma contra consules imperatoresque populi Roman. contra senatum populūque Rom. contra Deos patrios, ara que & focos, contra patriam tuli: num sibi soli vicit: quorum facinus est commune, cur non sit eorum præda communis? us postulat. Augustus Antonio Ciceronem, Antonius Augusto auunculum donare coactus est, quia alter sine altero non vicit. Quin & Lepidus Triumuirorum postremus fratrem Liuium hostibus donauit. Solimanus in ciuili bello filiorum, alterius qui profugerat mortem pretio emit, cum vitam pecunia emere tantum imperatorem vix decuisset. Neque mirum suos donare, contra omnes affectus, parentum, filiorum, fratrum seditione fortis est. Huc spectat illa nobilis de duobus inimicis fabula, quorum alter in prora, alter in puppi sedebat, cumque ob tempestatem nauis conuelleretur, intellecto ex nauarcho proram primo mergendam, gaudebat ille qui in puppi condebatur, quod intentum inimici conspiceretur esset.

Victoria ciuilitis miserat.

Quicumque punitur, vultis in furtiuam casat.

§. 5. Denique finis bellorum & seditionum est exitium per tyrannidem, vel externum hostem. Nulla pene tam parua natio est, qua ab hoste vincatur, nisi tumultu & factionibus seipsam atterat. Exemplis non est opus, totus orbis exemplum est, adeo ut callidi bellatores discordiam hostium inprimis exoptent. Nec seditione bellatores euadunt, quæ ierefere tumultum auctores fessellit: qui enim conciliandæ seditioni acerrimus est, bello est inutilis. Pugnare pauci, conspireare quilibet potest. In contentione timidissimus præualeat, in prælio fortis. Atq; hæc causa est, cur seditione, cum datum est initium, celeritate creseat;

Prudentis imperatoris aium, discordiam hostium curare.

Seditiosi non sunt fortes.

crefcac; quia ab viliffimis & nequiffimis hominibus intenduntur lites, cum autem adest verus hostis, cuncti diffugiunt. Quod si externo hoste vires attrita non absumuntur, victoria ciuili tamen finito iam bello viuentibus inimicitia crudelius grassatur. Cum Mariani non modo victoriam, sed etiam salutem desperarent, cuncta suis alienisque caedibus impleuerunt. Urbem deinde Sylla (inquit Augustinus libro tertio de ciuitate capite vigesimo octauo.) Vitor intravit, qui in via publica, non iam bello, sed ipsa pace fauente, septem milia pedum vnde cunq; inermia, non pugnando, sed iubendo prostrauerat. In vrbe autem tota quem vellet, Syllanus quisque feriebat. Vnde tot funera numerari omnino non poterant, donec Sylla fugeretur; sinendos esse aliquos viuere, vt essent quibus possent imperare, qui vicerant. Tunc iam cohibita qua hac atque hac passim furibunda licentia ingulandi, tabula illa cum magna gratulatione posita est, qua hominum ex vtroque ordine splendido, equestris scilicet atque senatorio, occidendum ac proscribendorum ad duo milia continebat: contristabat numerus, sed consolabatur modus. Nec quia tot cadebant, tantum erat mæroris quantum latitia, qui ceteri non timebant. Sed in quibusdam eorum qui mori iusserant, etiam ipsa licet crudelis caterorum securitas, genera mortuum exquisita conuenit. Quendam enim sine ferro laniantium manus diripuerunt: immanius homines hominem viuum, quam bestie solent discerpere, cadauer abiectum. Alius oculis effosis, & particulatim membris amputatis, in tantis cruciatibus diu viuere, vel potius diu mori coactus est. Subhastata sunt etiam tanquam villæ quaedam nobiles ciuitates. Vna vero velut vnus reus duci inberetur, sicut iussa est trucidari. Hæc facta sunt in pace post bellum, non vt accelleretur obtinenda victoria, sed ne contemneretur obtenta. Pax cum bello de crudelitate certauit, & vicit. Illud enim prostrauit armatos, ista nudatos. Bellum erat, vt qui feriebatur, si posset, feriret; pax autem, non vt qui euaserat, viueret, sed vt moriens non repugnaret. Magnum itaque malum est seditio, & quod dolendum etiam frequens, & vilitatum.

CAPVT III.

Seditioes esse frequentissimas

S. I. TAM graue malum etiam frequens est. Causa est, quia querulum est genus humanum, & quia facile pessimo cuique est murmurare. Populum Israël ex Aegypto, de fornace ferrea, de domo seruitutis DEVS eduxit, pet tot & tanta miracula, vt Pharaos ipse obstupesceret, & tamen intra spatium mensium quindecim decies contra DEVM seditioem mouit. Numerorum decimo quarto, vigesimo secundo. Attamen omnes homines qui viderunt maiestatem meam, & signa que feci in Aegypto, & in solitudine, & tentauerunt me iam per decem vices, nec obedierunt voci meæ, & cetera. Mirum videri posset, vel vnam seditioem esse potuisse. Nulla erat Magistratus iniuria, Tu scis, inquit Moses, quod ne asellum quidem cuiusquam acceperim, nulla indigentia, vestes non atterebantur, quotidianum erat manna miraculum, mare rubrum cesserat, hostesque haulerat; aqua in dulcedinem versa, noua producta, inter hæc admiranda contra DEVM murmurant, Mosen ducem, & Aaronem persequuntur, non beneficiis mitigati, non plagis terri. DEO teste quadraginta annorum fuit illa seditio. Hodie si vocem DOMINI audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacer-

batione secundum diem tentationis in deserto; vbi tentauerunt me Patres vestri, probauerunt, & viderunt opera mea, quadraginta annis proximus sui generationi huic, & dixi; semper hi errant corde, ipsi vero non cognouerunt vias meas. Illa igitur a DEO dilecta & electa Respublica, populus ille, cui benedixit DOMINVS in ipsa sua liberatione, in exitu de Aegypto, de populo Barbaro, in ipsa pompa & traductione triumphali, præsentem DEO decies seditioem intra quindecim menses mouit, & crebrius per annos quadraginta. Quid de gentium populis iudicabimus: Fuere & illis sui tumultus & exitia. Atque vt ne longe à Palestina recedam, eo ipso tempore, quo filii Israël in deserto errarunt, finitimi reges inter se bella gesserunt, Sehon Amorrhæus regnum Moabitum obtinuit ab Arnon vsque Ieboc. Chananæorum reges quorum possessio Israëlitis assignata fuerat, inter se concurrebant, vt iam fractis viribus electo populo obicerentur. Si enim Adonibezec septuaginta reges subegerat, qui sub mensa eius amputatis manuum & pedum extremis micæ colligebant, quis dubitare potest reges eos plurimos cognatos fuisse, cum in medio Chananæorum habitaret? Quis etiam dubitare potest, reges illos bello & seditioe victos, & intereptione multorum? cum vero post mortem Josue ea contigerit claudes crudelissimo tyranno, omnino constat eo tempore, quo Israëlita sub Mose & Josue fuerunt, tanta bella in Palestina iam peritura fuisse. Vide lib Jud. capite primo, sexto. Nunc quoque dum ista scribo ante fores Turcorum depugnant Christiani. Ne vniquam negare possint se perire velle.

§. 2. Porro ex vna eademque potentissima & notissima Republica Romana, si insigniores seditioes collegero, exemplum humanæ malitiæ, quæ nec imperium, nec libertatem ferre potest, clarissimum demonstrauero, omnibusque regibus insignie documentum dederò, vt sint ad sedandas discordias, tollendosq; tumultus egregie cauti, instructique. Contentiones igitur dimicationesq; vniuersæ vrbis in se diuisæ perpendamus, atque vt ab exordio omnia grauiora accersamus

Fraterno primi maderunt sanguine muri.

Hac indole ciuitas adoleuit, quam illi fratrum ingenia indiderunt. Nec Romuli felicior exitus, Patrum manib; discipulum; aiunt, ob asperius ingenium, plebs credidit, & Patribus inuenta fuit. Contentio deinde inter veteres Romanos, & Sabinos fuit, quam ex factione reges eligerentur, eaque annum perdurauit, quo & interregnum fuit, donec plebs indignata fremeret: Multiplicatam seruitutem, centum pro vno dominos factos. verba Liuii sunt. nec vltra regem nisi ab ipsis creatum videbantur passuri, cum sensissent ea moueri Patres, offerendum vltro rati, quod amissuri erant, ita gratiam ineunt, &c. Seditio itaque tum inchoata fuit, sed prudentia patrum discussa est. Numæ imperio nulla seditio memoratur; Tullo regnante Fidenæ colonia Romana defecit. Metius Suffetius proditioem molitus est. nec quieta, nec turbulenta deinde pleraque fuisse vsque ad Tarquinium, qui sollicitato senatu Seruium sacerum regno expulit & occidit. Nam & Tarquinium Priscum filii Anci occidi curarunt, licet fructum sceleris, hoc est regnum non obtinuerint. Quod populus nihil mouerit, causa erat immanis seruitus. & cum rem perpendo non felicior videtur fuisse eo tempore status Romanæ plebis, quam sub Pharaone fuerit, si quis populiorum Israël in Aegypto, & inter bonos tamen reges à Liuiò, Floro, ceterisque numeratur. De illo Liuius. Maiore animo pacis operâ inchoata; quam quanta mole gesserat bellum: vt non quiesceret

Chananæi inter se bella gesserunt ciuilia.

Etiã imminente periculo tumultuantur.

Summa ars principis seditioes cauere.

Romanum imperium domi fragile ob seditioes.

Regno & in factos. verba Liuii sunt. nec vltra regem nisi ab ipsis creatum videbantur passuri, cum sensissent ea moueri Patres, offerendum vltro rati, quod amissuri erant, ita gratiam ineunt, &c.

Sub regib; si quis populiorum Israël in Aegypto, & inter bonos tamen reges à Liuiò, Floro, ceterisque numeratur.

Pax bello ciuili finito lauit.

Quicumq; puniuntur feruntis in finitiam accijat.

Populus electus annos quadraginta in murmurauit.

quietior populus domi esset, quam militia fuisset, nam & muro Lapideo, cuius exordium operis Sabino bello curbatum erat, urbem quam nondum munitur attingere parat: & infima urbis loca circa forum, aliasque interiectas collibus conuales, quia ex planis locis haud facile euehebant aquas, cloacis & fastigio in Tiberim ductis siccat: & arcem ad eadem in Capitolio Iouis, quam vouerat bello Sabino, iam praesagiente animo, futuram olim amplitudinem loci, occupat fundamentis. Haec Linius laudi patriae feruens. Qua vero tyrannide id aditatum sit, docet Plinius libro trigesimo octavo, capite decimo quinto. Non omit- tendo memorabilis exemplo, veleo magis, quoniam celeberrimis rerum conditoribus omissum est: cum id opus Tarquinius Priscus plebis manibus faceret, essetque labor incertum longior an periculosior, passim concitata nece Quiritibus tandem fugientibus, nouum & inexcogitatum antea posteaque remedium inuenit ille rex, ut omnium ira defunctorum figeret crucibus corpora spectanda ciuibus simul & feris, volucrisque laceranda.

Tadio labo-  
rum mori  
malunt.

Atque haec causa est, cur plebs quieuerit oppressa regio metu. Sequitur Tarquinius Superbus quem rebellionem concitata urbe eiecerunt ob filium adule- rum tumultuari, quem tamen legibus forte punire non erat difficile. Verum occasio, ita laesorum, alienatio a rege superbo, seditionem vno impetu mouit, vixit, perfecitque, quod ausi fuerunt. Pulsis regibus quamuis magnus ab illis metus, hostesque diuerfi imminerent, non tamen absque seditione aetas agitabatur, Bruti progenies cum nobilibus adole- centibus in patriam conspirauit, Tarquiniusque re- ducere conati sunt. Valerius in suspicionem regni af- fectati venit, nec nisi domo deiecta, quam inchoauerat, fascibusque populo submissis tutus fuit. Et quidem timida fuit ab Anno V. C. 244. ad Annum 257. quies domi, postea continua seditiones, aut seditionum consilia fuere. Anno post reges exactos decimo sexto post mortem Tarquinij altero, ingens Romae discordia exorta est. Linius libro secundo. Sed & Volscum bellum imminerebat, & ciuitas ipsa secum discors intestino inter patres plebemque flagrabat odio, maxime propter nexos ab as alienum. Fremebant se foris pro libertate & imperio dimicantes. domi a ciuibus captos & oppressos esse: tutioremque in bello quam in pace, inter hostes, quam inter ciues libertatem plebis esse: inuidiamque eam sua sponte gliscentem insignis vnius calamitas accendit. Magno conatu quidam cum omnium malorum suorum insignibus se in forum proiecit. Obsita erat squalore vestis, fedior corporis habitus pallore ac macie peremptus, ad hoc promissa barba, & capilli esserauerant speciem oris: noscitur tamen in tanta deformitate, & ordines duxisse aiebant, aliaque militia decora vulgo miserantes eum iactabant, ipse testes honestarum aliquot locis pagnarum cicatrices aduerso pe- ctore ostentabat. Sciscitantibus vnde ille habitus? vnde de- formatas? cum circumfusis turba esset prope in concionis mo- dum: Sabino bello, ait, se militantem, quia propter popu- lationes agri non fructu modo caruerit, sed villa incensa fue- rit, direpta omnia, pecora abacta, tributum iniquo suo tem- pore imperatum, as alienum fecisse, id cumulatam vsuris primo se agro paterno auitoque exuisse, deinde fortunis aliis, postremo velut tabem ad corpus ductum se ab creditore non in seruitium, sed in ergastulum, & carnisicinam coniectum esse, inde ostentare tergum suum recanibus vestigijs ver- berum. Ad haec visa auditaque clamor ingens oritur. non iam foro se tumultus continet, sed passim totam urbem per- uadit, nexu vincti solutique se vndique in publicum proripiunt, implorant Quiritium fidem. nullo loco deest seditionis voluntarius comes, multis passim agrinibus per omnes vias cum clamore in forum curritur. Magno cum periculo suo, qui forte patrum in foro erant, in eam turbam incide- runt, nec temperatum manibus foret, ni prope Consules P. Seruilius, & Ap. Claudius ad comprimendam seditionem interuenissent. At in eos multitudo versa, ostentare

Regum me-  
tus seditio-  
ne coercuit.

Ciues Ro-  
manis tutio-  
res apud ho-  
stes, quam  
ciues.

vincula sua deformitatem: que aliam, hac se meritis dicere exprobrantes quisque suam alius alibi militiam. Postulare multo minaciter magis quam suppliciter, ut senatum vocarent: curiamque ipsi futuri arbitri moderatoresque publici consilij circumfistunt. Pauci admodum Patrum, quos casus obtulerat, contracti ad consules, ceteros metus non curia modo, sed etiam foro arcebat. nec agi quidquam per in- frequentiam poterat senatus. Tum vero eludi atque extra- hsi se multitudo putare: & patrum qui abessent, non casu, non metu, sed impedienda rei causa abesse, & consules ipsos tergiversari, nec dubie ludibrio esse miseras suas. Iam prope- erat, ut ne consulum quidem maiestas coerceret iras homi- num, cum incerti morando, an veniendo plus periculi con- traherent, tandem in senatum veniunt, frequentique tan- dem curia, non modo inter patres, sed ne inter consules qui- dem ipsos satis conueniebat.

Discordia  
plebis etiam  
senatum in  
partes diui-  
dit.

Erant vero tot nexi, ut bona pars exercitus inde conficeretur. Crevere autem adeo discordia, ut Sabini non fiducia virum, sed contemptu litigan- tium ciuium arma caperent. Plebs enim nocturnos coetus celebrare in Esquilinis, in Auentino conue- nire, Tandem aperte resistere, & in sacrum mon- tem secedere, factum hoc Anno 260. quo Tribunos plebis creantur, seminarium perpetuum discordia- rum, donec primum a ciuibus, deinde a Barbaris op- pressi sunt.

Anno deinde 262. Coriolanum expulerunt, qui post duos annos patriae bellum intulit. Nec longa in medio mora Anno 267. victis Volscis Sp. Cassius agraria lege & reddenda pecunia pro Siculo frumen- to regnum affectans, perduellionis reus occiditur. Non tamen desijt seditio plebis, quae externum an- no sequenti bellum exciuit, & eo finita est. sed re- cruduit mox post victoriam, ut monet Linius. acer- rima vero fuit seditio Anno 271. eo vero infaniae ven- nit exercitus, ut cum equites hostem venientem fu- gassent, pedites insequi noluerint, & iniussu consulis mortui, & ab equite nouatam operam execran- tes in castra redierint; nec tamen anno 273. a tu- multa cessatum, impediti delectus, donec Consilio Appii Tribunos inter se commiserunt. statum urbis eo tempore Italici populi verissime deseruit. Li- nius libro secundo. Aeternas opes esse Romanas, nisi in- ter semet ipsos seditionibus sauiant. id vnum venenum, eam labem ciuitatibus opulentis reperitam, ut magna imperia mortalia essent. diu sustentatum id malum partim patrum consilijs, partim patientia plebis iam ad extremae venisse, duas ciuitates ex vna factas: suos cuique parti magistratus, suas leges esse. primum in delectibus senare solitos, eosdem in bello tamen paruisse ducibus, qualicunque urbis statu, manente disciplina militari, fisti potuisse: iam non parendi magistra- tibus morem, in castra quoque Romanum militem sequi: proximo bello in ipsa acie, in ipso certamine, consensu exer- citus traditam vltra victoriam victis Aequis: signa deserta: imperatorem in acie relictum, iniussu in castra reditum; pro- fecto si infestur suo milite vincti Romam posse, nihil aliud opus esse, quam iudici, ostendique bellum; cetera sua sponte fata & Deos gesturos, Quis vllam horam sine seditio- ne Romam dicat fuisse, cum tali statu contra se fure- ret? cum vincti mallet, omniaque perdere, quam pa- tricio duce vincere?

In seditione  
hostis imma-  
dit.

Odio duci  
pugnare &  
vincunt.

Seditiones  
Romanam per-  
dunt.

Tres cau-  
sationes  
nauarum  
lunera  
diti f. f.  
fidiane.

Nec alia ratione nisi dolo factum, ut pugnare vel- lent cum crederent id nolle duces. Perseueravit il- la ordinum alienatio, certaminaque, donec Anno 280. Tribunos domi occisus ceteros timore afflixit, sed tamen maius odium concitauit, de consilibus tollendis cogitationem suscipiunt. Linius libro se- cundo. Dicere actum esse, tum primum tribus comitijs creati Tribuni sunt: numero etiam additos tres, perinde ac duo ante fuerint, Piso auctor est. nominat quoque Tribunos Cn. Sicium, L. Namitrium, M. Duellium, Sp. Iulium, L. Mecilium. Volscitum, Aequique inter seditionem Roma- nam

Consul plebs  
magnum  
hoste odit.

nam & bellum coortum, vastauerant agros, vt si qua secessio plebis fieret, ad se receperim haberet. Compositis deinde rebus castra retro mouere. Ap. Claudius in Volscos missus. Quintio Aequi prouincia euenit. Eadem in militia sauitia Appii quis domi, eo liberior, quod sine tribunicis vinculis erat. Odisse plebem plus quam paterno odio, quod se victum videbat ab ea: & se vnico consule electo aduersus Tribuniciam potestatem perlatam legem esse, quam minore conatu, nequaquam tanta patrum spe, priores impediunt Consules, Hac ira indignatioq; ferocem animum ad vexandum sauo imperio exercitum simulabat. nec vlla vi domari poterat, tantum certamen animi imberant. Segniter, otiose, negligenter, contumaciter omnia gerere, nec pudor, nec metus coercerat. sic citius agi vellet agmen, tardius sedulo incedere. Si adhortator operis adesset, omnes sua sponte motam remittere industriam. praesenti vultus demittere, tacite praeuertentem execrari: vt inuictus ille odio plebeio animus interdum moueretur, omni nequissimam accerbitate prompta, nihil iam cum militibus agere: a centurionibus corruptum exercitum dicere, tribunos plebis cauillans interdum, & Volerones vocare. Nihil eorum Volsci nesciebant: instabantque eo magis sperantes idem certamen animorum aduersus Appium habiturum exercitum Romanum, quod aduersus Fabium Cos. habuisset. Caterum multo Appio quam Fabio violentior fuit: non enim vincere tantum noluit, vt Fabianus exercitus, sed vincti voluit productum in aciem, turpi fugapetit castra, nec ante restitit, quam signa inferentem Volscum munimentis vidit, sedamque extremi agminis eodem. tum expressa vis ad pugnandum, vt victor iam a vallo submoueretur hostis: satis tamen apparet, capi tantum castra militem Romanum noluisse. alii gaudere sua clade atque ignominia. Quibus nihil infractus ferocis Appii animus, cum in super sauire vellet, concionemque aduocaret. concurrunt ad eum legati, tribunisque monentes, ne vtiq; experiri vellet imperium, cuius vis omnis in consensu obedientium esset. negare vulgo milites se ad concionem ituros, passimque exaudiri voces postulantium, vt castra ex Volseo agro mouerentur: hostem victorem paulo ante prope in portis ac vallo fuisse, ingentisque mali, non suspicionem modo, sed apertam speciem obuersari ante oculos. Victus tandem (quandoquidem nihil praeter tempus noxa lucrarentur) remissa concione iter in sequentem diem pronunciarum cum iussisset, prima luce classico signum profectiois dedit. Cum maxime agmen de castris explicaretur, Volsci, vt eodem signo excitati, nouissimos adoriantur. a quibus perlatus ad primos tumultus, eo pavore, signaque & ordines turbauit, vt neque imperia exaudiri, neque instrui acies possent. nemo vllius nisi fuga memor: ita effuso agmine per stragem corporum animorumque euasere. vt prius hostis desisteret sequi, quam Romanus fugere. Anno v. c. 282. hoc contigit.

Manente discordia 284. vltima vis timebatur, Comitij deinde consularibus plebs interesse noluit, semper sollicita, semper infesta.

Anno 286. agrariae legis iterata certamina, & Volscus ager Coloniae Antium deducenda datus, sed plerique fastidiebant. Quietem nonnullam ingentia pericula attulerunt, quibus defuncti Anno 291. omnia recrudere mala domestica, vt Consul reuocandus fuerit: nam absentia Consulium actionibus suis tempus tribuni quaesiuere. Magis asperata Anno sequenti pugna, Consules delectum habent, si quem comprehenderent Tribuni mitti iubebant. Pulsus metu iudicij casu, & mox pro vno mille Caesones, sed qui arte toto anno eludunt Tribunos.

Hactenus dissensiones, at vero Anno 293. cum Capitolium duce Herdonio manus feruillis occupasset, rebus in extremo discrimine constitutis Tribuni ab armis populum auocant. Vim vltimam apparebat futuram, spectaculoque seditionem Romanam hostibus fore: nec lex tamen ferri, nec ire in Capitolium Consul potuit: nox certamina caepa oppressit, tribuni cessere nocti, timentes Consulium arma. Amoris inde seditionis Auctoribus,

patres circumire plebem, inferentesque se in circulos, sermones temporis aptos ferere: admonere, vt viderent in quod discrimen Rempublicam adducerent: non inter patres ac plebem certamen esse, sed simul patres, plebemque arcem vrbs, templa Deorum, penates publicos priuatosque hostibus dedi. Quam mirum ciues Romanos tam pertinaci discordia cecatos, vt cum Tufculanorum dictator Maelius auxilio veniret, ipsi tamen suo periculo non mouerentur; rogandique essent vt contra mancipia sua se defendere vellent. Id vero quod Tribuni, etiam tum reclamant, omnem furorem superat. Merito itaque L. Quintius Cincinnatus consul Anno infrequenti Tribunos hostes Herdonio deteriores esse affirmavit. Sed tamen illi delectum impedire conantur, & plebs eosdem Tribunos reficit.

Anno 295. Quintius Cincinnatus dictator auctis hostibus pericula externa discussit, plebs Tribunos eosdem quintum refecit. Itaque Anno 296. ad extremas contentiones deuenissent, nisi Aequi, Sabini, que exitia maiora intulissent. Aequorum nocturno impetu Corbione praesidium amissum erat, Sabini agros Romanos populabantur, nec mitare tamen ciues voluerunt, nisi extorquissent, vt decem Tribunos creare liceret. Durauit haec pertinacia in annum 302. cum missi legati in Graeciam, & decemviri constituti, quorum opera leges scriberentur. Sed ne sic quidem nisi vnus anni Alcedonia fuerunt, Claudij libidine, & datis pro seruitute contra libertatem vindictis plebs offensa in Auentinum e castris, deinde in sacrum montem ascendit; Decemvros abdicant, Consules & Tribunos restituit. Decemvros ad rogum poscunt, maior seditio haec tamen non fuit; armati erant. Satiata supplicio patrum plebs non nihil quieuit, nec concordia tamen fuit; nam quieta plebe iuniores patrum ab iniuria non cessare. Liuius ita describit. Inde M. Geganius Macrinus, & C. Iulius Cos. facti conciones Tribunorum aduersus nobilium iuuentutem ortas, sine insectatione potestatis eius conseruata maiestate patrum, sed auere plebem decreto ad bellum Volcorum & Aequorum delectu sustinendo rem ab seditionibus continere: Vrbanis quoque otio foris omnia tranquilla esse affirmantes, per discordias civiles externos tollere animos, cura pacis concordia quoque intestina causa fuit. sed alter semper ordo grauis alterius modestia erat. quiescenti plebi ab iunioribus patrum iniuria fieri cepta. vbi Tribuni auxilio humilioribus essent, in primis parum poterant: deinde ne ipsi quidem iniuriati erant, vtique postremis mensibus, cum & per coitiones potentiorum iniuria fieret, & vis potestatis omnis aliquando posteriore anni parte languidior esset: iamque plebs in Tribunatu aliquid poneret spei, si similes Iulio Tribunos haberet: nomine tantum se biennio habuisse. Seniores contra Patrum, & nimis feroces credere iuuenes esse, ita male si modus excedendus esset, sua quam aduersarius superesse animos. adeo moderatio tuenda libertatis, dum equari velle simulando, ita se quisque extollit, vt deprimat alium, in difficili est, cauendoque ne metuant homines, metuentes vltro se efficiunt: & iniuriam a nobis repulsam, tanquam aut facere aut pati se necesse sit, iniungimus aliis. T. Quintius Capitolinus quartum, & Agrippa Furius Cos. inde facti, nec seditionem domi, nec foris bellum acceperunt, sed imminere vtrumque. Iam non vltra discordia ciuium reprimi poterat, & tribunis, & plebe incitata in patres, cum dies alicui nobilium dicta nouis semper certaminibus conciones turbaret: Ad quarum primum strepitum velut signo accepto arma cepere Aequi & Volsci. facta haec anno 306. mansitque, vt tum Cincinnatus dicebat, discordia ordinum, venenum ciuitatis, dum nec nobis imperii, nec vobis libertatis est modus. Anno 308. noua seditionis flamma exarsit; nam Canuleius legem tulit, de connubio patrum & plebis, & sensim mentio illata, vt alterum e plebe consulem facere liceret, & rogatio perlata est. Quod tam graue visum est patribus, vt tria bella eodem

Ggg tempore

Seditiosa plebs contra sua mancipia arma sumere recusat.

Noua remedia seditionis quaesita.

Cum duae sunt Reip. partes, non manet aequilibrium.

Odisse dicitur fugapetit castra.

Tres causa seditionum uariarum. Altera seditionis fastidiant.

Bellum ex-  
ternum cō-  
paratione  
seditionis  
latum.

Tribuni ple-  
bis in pace  
contempti  
semper ri-  
xas mouēt.

Hinc cōstat  
animo alios  
in alios se-  
per infestos  
fuisse.

Beneficia  
patrū Tri-  
buni exte-  
nuant.

Vetustissi-  
ma causa  
discordia  
tributum.

tempore oriri letis animis audirent, plus enim felices plebi seditiones, & seditionum auctores honoratos oderant, quam bella externa, verissimeque dixerunt: plus belli concitari domi, quam foris.

Tandem Anno 309. Tribuni militares potestate consulari post accipere certamina creantur, cumque pacatio Resp. videretur, subito Sp. Maelius regnum affeclat, & largitione frumentaria populum subleuat, is à Seruilio Ahala occiditur, anno 314. Seruilius in exilium pellitur. Cum autem à plebe se contemni Tribuni & plebis principes ceernerent, multa in annos sequentes mouerunt, maxime anno 329. sed irrito conatu; nam quod anno 330. actum est contra Sempronium, quamuis malo animo, inter seditiones non numero. Post duos deinde annos, cum quatorum numerus duplicandus esset, ortum certamen, vt aliqui ex plebe crearentur, quod cum obtinuisset & plebei prateriti fuissent, repulsâ accensî Tribuni furere cœpere. Anno 334. seruitia in urbem coniurauerant, sed deprehensi pœnas dederunt.

Anno 336. iterum in extremum periculum deuentum est, ob leges agrarias, quod Patres traductis in suam partem Tribunis quibusdam discussissent eos Tribunos collegæ ad populum velut commodorum proditores accusauerunt. His omnibus itaque annis vel seditio fuit, vel parabat.

Anno 339. Seditio Romæ incepta, in castra peruenit, in quibus Tribunus militum ab exercitu lapidibus obrutus est. offensa ex voce T. Posthumii: *Malum militibus meis nisi quieuerint.*

Annum 341. seditionis plenum pestilentia modestum fecit.

Anno 344. exarsere studia patrum & plebis, quod tres quæstores plebei creati essent, quo ipse plebis e-recta, metus patribus iniectus est. Liu. l. 4.

Anno 347. cum præda capta Anxuris diuisa esset exercitui, cum stipendium decretum, maior fuit inter plebem senatumque caritas, quam vlllo vnquam antea tempore, cum tamen eodem anno iactassent Tribuni: *Maximum bellum patribus cum plebe esse.* Eam de indultu vexandam militiâ, trucidandamque hostibus objici. Cum vero stipendia decreta. Nihil, inquit Liu. l. 4. acceptum vnquam à plebe tanto gaudio traditur, concursus itaque ad Curiam esse, prensataque exeuntium manus, & patres vere appellatos: effectum esse fatentibus, vt nemo pro tam munifica patria, donec quicquam virum superesset, corpori aut sanguini suo parceret: cum commoditas iuuaret, rem familiarem saltem adquirere eo tempore quo corpus addictum atque operatum Resp. esset. Tribuni tamen obgannunt, sed spernuntur.

Verum mox cum ad Veios tabernacula facerent hybernaturî, Tribuni plebis insurrexere, sed frustra; cum enim clades ad eisdem Veios esset accepta, magna iterum concordia ordinum nouus miles missus, cum equites se suis equis stipendia facturos promitterent, deinde pedites operam offerrent. Dum autem pecuniæ ab iniunctis conferuntur, iterum Tribuni occasionem nacti discordias moluntur; Liu. l. 5. *Vnum bellum annum iam tertium erabi, & consulto male geri, vt diutius gerant, in quatuor deinde bella vno delectu exercitus scriptos, & pueros quoque ac senes extractos. Iam non astitis, nec hyemis discrimen esse, ne vlla quies vnquam misera plebi sit: qua nunc etiam veltigalis ad vltimum facta sit, vt cum confecta labore, vulneribus, postremo etate corpora retulerint, incultaq. omnia diutino dominorum desiderio domi inuenerint, tributum ex affectu re familiari pendant, erag. militaria velut fenore accepta multiplicia Resp. reddant.*

Noua deinde discordia ob Tribunos plebis, & maior ob Tribunos militares; nam anno 353, cum dari tributum Tribuni plebis vetarent, cum vt ex plebe Tribuni militares crearentur, vrgerent, urbem, & pene castra seditionibus impleuerunt. Vnus Tribunus

è plebe creatus, deinde vnus patricius, quo factum, vt an. 355. patres tanquam amissum suum imperium omnes conuincerentur, & impetrarent. Tandem anno sequenti conuentu, vt maior pars ex plebe crearentur.

Captis Veijs an. 358. iterum ingens seditio fuit; Veios ducendam coloniam dicantantes, agrosque petentes. Fædior erat hæc cæteris seditionibus. Anno 360. Censules creati, omniaque acta summa acci bitate, manuque bellum domi, quam foris fuit. Et Camillus tandem an. 362. exulatum iuit. Secuta deinde clades Allicensis vrbisque incendium, arcis obsidio. Nec ingenium ipso vrbis excidio mutarunt, omnibus enim viribus acti, vt Veios migrarent.

Anno deinde 368. cum ad extrema ventum esset, & senatus quasi in acie cōtra plebem staret, Manlius coniectus est in carcerem, liberatus tamen, at cum regnum affectasse diceretur, de saxo deiectus est.

Anno 373. iterum seditio ob nexos, quam solum hostis prope nœnia cōpescuit, & iâ oppressi videbatur, nec posse vlllo modo se opponere patrib. plebei.

An. 376. ex parua re ingens ortum certamen; quinque annos nullus factus est magistratus curulis, intercessione Tribunorum impeditis Comitijis. Seditio itaque; illa quinque annalis fuit. Tandem Camillo dictatore, & Manlio, aliisque ne quicquam obstantibus L. Sextius primus de plebe consul factus est. Liu. l. 6. *Dictatori (Camillo) consensu patrum, plebi que triumphus decretus. Vix dum persunctum cum bello atrocior domi seditio excepit, & per ingentia certamina Dictator Senatuque victus, vt rogationes Tribunitie acciperentur: & Comitiam consulum aduersa nobilitate habita, quibus L. Sextius de plebe primus Consul factus. Et ne is quidem finis certaminum fuit, quia patricij se auctores futuros negabant, prope ad secessionem plebis res, terribilesq. alia minas civilium certaminum venit: cum tamen per Dictatorem cōditionibus sedate discordie sunt, concessumq. ab nobilitate plebi de consule plebeio: à plebe nobilitati de pretore vno, qui ius in vrbe diceret, ex patribus creando. Quies deinde aliquamdiu, donec an. 397. C. Marcus Rutilus de plebe dictator, Magistrum equitum de plebe dixit.*

Anno 399. tanta contentio fuit, vt dicat Liu. Aliquoties frustra in campum descensum, multosque per seditiones actos comitiales dies: postremo victæ per seuerantia Cos. plebi eo dolor erupit, vt Tribunos adum esse de libertate vociferantes, relinquendumq. non campum iam solum, sed etiam urbem captâ atq. oppressam regno patriciorum, mæsta plebs sequeretur.

Anno tamen 401. inclinati in concordiam animi, nec magnus in vrbe motus, vsq. ad ann. 411. cum militibus qui Capuæ fuerant, conspiratione sua fere exercitum totum infecerunt.

Ne vero singula persequar, in compendium cuncta mittam. Ab an. 412. ad 432. Latini, & Campani rebellauerunt, atq. ex suo corpore alterum legi consulem iusserunt. Priuerna dies quoque rebellauerunt, nec facile tot annos absq. seditione inuenies, sed erant causæ ingentes, bella asperissima, ideoque plurimos dictatores annis illis creauerunt. Quia tamen illa bella subditorum erant desiccantium, recte seditiones, & rebelliones nominari possunt.

Anno 439. erupit ingens factionum coitionumque terror, non Romæ modo, sed Capuæ etiam, aliisque locis, adeo vt Caius Mænius dictator quæstionibus designatus sit, finis tamen fuit vt quæstio, potentia factionis, aduersus quam comparata erat, opprimeretur. Longiusculam deinde pacem excepit grandior seditio, de ea pauca referuntur, quia historia interit, contigit anno 467. de illa Sigonius in fastis ita scribit. *Adiçit Zonaras seditionem hoc tempore lege de nouis tabulis à tribuni plebis promulgata, & à creditoribus impedita excitatam esse, neque ante compositam quam hostes urbem inuasissent. de eadem autem re sic scribit Augustinus libro tertio, de Ciuitate Dei. post graues & longas Romano-*

Victoria ple-  
bis maioris  
discordiam  
citamentum.

In seditione  
sine summo  
magistrato  
manet ci-  
uitas.

Cōsul eple-  
be, pretor è  
patricijs.

Militaris  
seditio ciues  
etiam infi-  
ciens.

Clarior  
vrbis  
lucet  
tunc.

Gravis fe-  
ditio ob no-  
uas tabulas.

manorum seditiones ad ultimum plebs in Ianiculum hostili direptione secessit. Cuius mali tam dira calamitas fuit, ut eius rei causa dictator creatus Hortensius sit, qui plebe reuocata in eodem magistratu expirauit, quod nulli dictatori ante contigerat. Notandum est, quod ait post graues & longas seditiones, ne vnus anni duntaxat motum arbitremur.

Ad annum 512. vsque Tarentinorum, Pyrrhi, Carthaginifque, Ligurum, Sardorum bella domesticas seditiones minuerunt, quanquam magis scriptores seditionibus; quam seditiones Romanis defuisse putem. Signa sane multa sunt, atque euidencia. Quid quod nec Hannibale Italiam vastante sincera Roma pax fuit? Lilius libro vigesimo secundo. In eius interregno comitia habita, magno certamine patrum ac plebis: C. Terentium Varronem, sui generis hominem, plebi in sectatione principum popularibusque artibus conciliatum, ab Q. Fabio opibus & dictatorio imperio concussis, aliena inuidia splendorem, vulgus etiam extrahere ad consulatum nitebatur. patres summa ope obflabant, ne se in sectando sibi aquare affuissent homines. Bibius Herennius Tribuni plebis, cognatus C. Terentij criminando non senatum modo, sed etiam augures, quod dictatorem prohibuissent comitia perficere, per inuidiam eorum fauorem candidato suo conciliabat. Ab hominibus nobilibus per multos annos bellum quanciliabat, Annibalem in Italiam adductum, ab ipse cum debellari posse, fraude id bellum trahi. Nec postea certamina deficere, cum comitia Tribuni impedirent, ne Fuluius dictator designaretur consul, octauo post pugnam Cannensem anno Colonia duodecim, auxilia, militem, pecuniam nauauerit, quo tantus pauor animis hominum iniectus est, ut plerique de imperio actum esse dicebant.

Marcellum Tribunus accusat, & totam nobilitatem. Lilius libro vigesimo septimo. Fraude eorum & cunctatione fieri, ut Annibal decimum iam annum Italiam prouinciam habeat, diutius ibi quam Carthagine vixerit. habere fructum imperij prorogati Marcello populum Romanum. bis casum exercitum eius, aestua Venusia sub teclis agere. Hac anno decimo belli Punicis, ut appareat qua nulla fuerit in ciuitate concordia, nisi si quam crudelissimi hostis metus efficeret.

Inde est quod sub idem tempus Lilius plenus ira contra Afrubalem dicit. Memoria proditum est, Lilius lib. vigesimo septimo. plenum adhuc ira in ciues M. Lilium ad bellum proficiscentem monenti Q. Fabio, ne priusquam genus hostium cognosceret, temere manu confereret, respondisse: vbi primum hostium agmen conspexisset, pugnaturum, cum quareretur que causa festinandi esset: Aut ex hoste egregiam gloriam, inquit, aut ex ciuibus victis gaudium, meritum certe, est non honestum capiam. Quid non turbatum animus ille daret, cui ciues militetq; pari cum hostibus loco erant? imo deteriore, ex hostibus ex ciuibus caelis letitiam capturus erat. Quamuis enim Hannibal seditiones compressit, non tamen caritate mutua ciues deuinxit; anno sane 549. pulso iam Italia Peno nobiles inimicitiae M. Liliij & C. Claudij in censura apparuerit. Vt vero nihil mutatas videas Tribunos, lege quae anno 552. contra bellum Macedonicum declamant, vide apud Lilium libro trigesimo primo. Bibius Tribunus plebis viam antiquam criminandi patres ingressus: inculcauerat bella ex bellis fieri, ne pace vnquam frui plebs posset. Cuius etiam signum est, quod Scipio Africanus vexationes Tribunicias exilio vitauit, Asiaticus eius frater tanta summa damnatus est, quanta non est in eius bonis inuenta; cum in ea publice possidenda quaestores prator misisset, secuta deinde solita certamina, & Bacchanaliorum coniurationes corruptionesque, de quibus Liu. l. 39.

In delectibus quoque fuisse eadem difficultates constat, quod A. Posthumium & Albinum seuerè delectus habentes Tribuni in carcerem coniecerunt,

quod vacationem pro cognatis impetrare non valerent. Atque haec est illa aetas, de qua Florus l. 3. cap. 12. Cuius aetatis superiores centum anni, sancti, pijs, & ut diximus, aurei, sine flagitio, sine celere, dum sincera adhuc & innoxia pastoritiae illius secta integritas, dumq; Paenorum hostium immens metus disciplinam veterem continebat. At postremi centum à Carthaginis excidio ad Caesarem domesticis cladibus miseri, & erubescendi fuerunt. Quod tamen de annis praeteritis dixi, sic intelligendum, non defuisse sociorum defectiones, proditiones, diffidias, sed maiore cura tenente animos, discordias in curia & vrbe languisse. Nam in Hispania contra subditos per viginti annos res gesta, contraque Ligures & Alpinas gentes, Illyricolq; Quin & Macedoniam subditam Andrius eripuit, & Alexander aliam eius partem deinde occupauit. Anno deinde 606. discordia ob Scipionis consulatum fuit, qui in Africam profectus Carthaginem deleuit. deinde Numantiam, quae certa ob rebellionem subditorum orta bella sunt.

Anno 618. Eunus & Cleon in Sicilia feruile bellum gesserunt, nec sine ingenti damno Reipubl. nam quatuor praetorum castra, Manlij, Lentuli, Pisonis, Hypsaei ceperunt. Quae porro maior seditio & infestior, quam cum in dominos ferui insurgunt?

Anno 620. seditio caput, quae causas dedit frequentium malorum, quibus Resp. tandem omnino periit. Epitom. lib. 58. Tib. Sempronius Gracchus Tribunus plebis, cum agrariam legem ferret aduersus voluntatem senatus, & equestris ordinis, ne quis ex publico agro plusquam decem iugerum possideret, in eum furor exarsit, ut M. Octauio collegae causam diuersa partis defendenti, potestatem lege lata abrogaret: seque & fratrem Caium & Ap. Claudium Socerum Triumuiros ad diuidendum agrum crearet. Promulgauit & aliam legem agrariam, qua si quis latius agrum patefaceret, ut iidem Triumuires iudicarent qua publicus ager, qua priuatus esset. deinde cum minus agri esset, quam quod diuidi posset sine offensa etiam plebis ( quoniam eos ad cupiditatem amplam modum sperandi incitauerat) legem se promulgaturum ostendit; ut is qui Semproniam lege agrum accipere deberet, pecunia, quae Regis Attali fuisse, diuideretur. Haredem autem Populum Romanum reliquerat Attalus, rex Pergami, Eumenis filius. Tot indignitatibus commotus grauiter senatus, ante omnes T. Annius consul, qui cum in senatu in Gracchi perorasset, raptus ab eo ad populum, delatusque plebi, rursus in eum pro rostris concionatus est. Cum iterum Tribunus plebis creari vellet Gracchus auctore P. Cornelio Nasica in Capitolio ab optimatibus occisus est, ictus primum fragmentis subselliorum, & inter alios, qui in eadem seditione occisierant, insepultus in flumen proiectus. Hac accepta clade sequentes anni funesti fuerunt, Romae omnia quaestioibus contra Gracchi sectatores erant atrociora, in Sicilia crudelitate feruorum. Secutum deinde Aristonicianum bellum desciscente magna parte Asiae, ut externo intestinoque malo Respublica conflictaretur.

Anno 623. Carbo cum rogationem ferret, ut eundem Tribunum quoties vellet reficere populus posset, à Scipione victus perferre non potuit. sed anno insequenti omnes seditiones Triumuiris agri diuidendi concitantibus, acrius exarserunt; Scipio disuasor altera die mortuus est inuentus, in patricidium nemo inquisiuit. Durante autem seditione Gracchiana M. Fuluius alias leges perniciosas tulit, & Italicos ad petendam ciuitatem incitauit. Hinc anno 628. Fregellae diruta, anno 632. C. Sempronius Gracchus occisus est, caput occisi auro redemptum est.

Anno 642. Iugurtha bellum parat, Hispania citior rebellat. Mansere inter haec odia populi & senatus, quae paulo post in Capionem bello Cimbrico victum effuderunt. seditionem enim fuisse Cicero docet libro secundo de Oratore, in ea fuisse vim, fu-

Anni postiores etiam deteriores fuerunt.

Bella ciuilia & seruilia.

Agraria leges tandem Reip. perdidit.

Seuæ seditiones in ipse iudicis.

gam, lapidationem, crudelitatem Tribuniciam, in qua M. Æmilius princeps ciuitatis & Senatus, lapide percussus est.

Anno 650. in summo belli Cimbrici metu per seditionem Marius quartum consul designatur, qui nullum aliud crescendi initium, nisi ex infectione nobilitatis habuit, itaque totis præcedentibus consulatibus certamina durauerit. Vix Marius de Cimbris triumphauit, cum ingens seditio erupit, easie narratur à Liuij Epitomatore. l. 69. Cn. Apuleius adiuuante Caio Mario & per milites occiso A. Nonio competitore, Tribunus plebis per vim creatus non minus violenter Tribunatum, quam petierat, egessit. & cum legem Agrariam per vim tulisset, Metello Numidico eod, quod in eam non irauerat, diem dixit. qui cum à bonis ciuibus defenderetur, ne causa malorum certaminum esset, in voluntarium exilium Rhodum profectus est, ibique legendo & audiendo magnis curis vacabat. Profecto C. Marius seditionis auctor, qui sextum consulatum per tribus sparsa pecunia emerat, aqua & igni interdixit. Idem Apuleius, Saturninus Tribunus plebis C. Memmii candidatum consulatus, quem maxime aduersarium actionibus suis timebat, interemit. quibus rebus concitato Senatu in eius causam, & C. Marius homo mutabilis, & variis consilii, ingeniique, qui semper secundam fortunam transferat, cum eum tueri minime posset, oppressus armis cum Glaucia Pratore, & aliis eiusdem furoris sociis, à Rabirio quodam interfectus est. Q. Cæcilius Metellus ab exilio ingenti totius fauore ciuitatis reductus est. M. Aquilius Proconsul in Sicilia bellum seruire concitatum confecit. Eodẽ tẽpote Athemio fugitiuus in Sicilia bellũ gessit. Inter hæc certatũ est Romæ, donec anno 658. Italicum bellum incepit. Ingens vero discordia fuit quod equites iudicarent, & viros innocentes damnarent. P. Rutilius, inquit Epitom. 70. vir summa innocentia, quoniam legatus C. Mucii Proconsulis à publicanorum iniurijs Asiam defenderat, iniurijs equestri ordini, penes quem iudicia erant, repetundarum damnatus in exilium missus est. C. Geminius contra Thracis infeliciter pugnauit, Senatus cum impotentia equestri ordini in iudicijs exercendis ferre nollet, omni vi niti cepit, vt ad se iudicia transferretur, sustinere causam eius M. Luio Druso Tribuno plebis: qui vt vires sibi adquireret, perniciosam spe largitionis plebem concitauit. Hæc Romæ in Mutiũ Asiæ dies festos illi instituerunt, quos Mutia appellauit. Anno 662. Drusiana seditio, quæ sociale bellum traxit, excitata est. Epit. 71. M. Luuius Drusus Tribunus plebis, vt maioribus viribus Senatus causam suscepere ueretur, socios, & Italicos populos spe ciuitatis Romane sollicitauit: iisque adiuuantibus per vim legibus agrarijs frumentarijsque latis, iudiciariam quoque pertulit, vt æquã parte iudicia penes Senatum & equestrem ordinem essent. Cum deinde promissa sociis ciuitas prestari non posset, irati Italici defectionem agitare cœperunt. De illo scribit Epit. 72. Italici populi defecerunt, Picentes, Vestini, Marsi, Peligni, Marrucini, Samnites, Lucani: initio belli à Picensibus moto. Q. Seruilius proconsul in oppido Asculo cum omnibus ciuibus Romanis, qui in eo oppido erant, occisus est: Sagaropulus sumpsit, Seruius Galba à Lucanis comprehensus, vnus femina opera, ad quam diuerterebatur, captiuitate exemptus est: Æseruia & Alba Colonia ab Italicis obseffa sunt.

Innocentia per iudices oppressa.

Sociale bellum maximum omnium.

Fuit vero periculosissimum bellum illud, & grauissimum, cladibus vtrinque magnis acceptis, datisque, quo finito ciuile crudelius successit, quo nihil in Romana historia notius est.

Nec solum inter socios illa patricidia fuere. Fimbria Valerium Flaccum imperatorem occidit, interrim Asia Mithridati vastanda objecit.

Anno 669. Sulla Marianas partes premit, multi pereunt, anno insequenti Italiam ingressus est, anno 671. dictatura illa cruenta fuit, quã.

periere nocentes  
Sed cum iam possent soli superesse nocentes.  
Regnum deinde Sullæ fuit, Nolam & Volaterras re-

Tandem in eades & latrocinia seditio exit.

Innocentia per iudices oppressa.

Sociale bellum maximum omnium.

Bellum ciuile Sylla & Marii.

cepit, Mytilenas euertit, legiones 47. in captos agros diuisit.

Anno 673. bellum Sertorianum in Hispania gestum est, quod ex Syllanæ proscriptiois reliquijs fuit, quo duces Romani victi sunt.

Nec finis partium, cum Sylla se dictaturã abdicaui, Lepidus eius inimicus Consul eo mortuo acta rescindere, exules reducere tentauit, sed victus est. Recruduit etiam Sylla mortuo seditio. Salustius Tribunum sic querentem inducit. Nam spern frustra fuisse intellexisti Sylla mortuo, qui se electum imposuerat seruitium, sinem mali credebatis; ortus est longe seuior Catulus, tumultus intercessit Bruto & Æmilio Cõsulis, deinde C. Curio ad exitiũ vsque infontis Tribuni dominatus est. Lucullus superiore anno quãtis animis serit in L. Quinctium, vidisti.

Sylla mortuo manent diffidia.

Anno 676. Lepidus cum exercitu patriæ infectus venit, sed à Catulo & Pompeio Italia pulsus est, & Catulum tamen magis quam Lepidum populus Romanus oderat. Anno 678. Hic status erat quem describit Salustius. Consules (ita Cotta ait) nos fecistis Quirites domi bellicue impeditisima Republ. namque imperatores Hispania stipendium, milites, arma, frumentum poscunt, & id res cogit, quoniam defectione sociorum, & Sertorii per montes fuga, neque manu certare possunt, neque vilia parare. exercitus in Asia Ciliciaque ob nimias nepe Mithridatis aluntur. Macedonia plena hostibus est, nec minus Italia maritima, & prouinciarum, cum interim veltigalia parua, & bellis incerta vix partem sumptuum sustinent, ita classe qua commeatu vehebatur minore quam ante nauigamus, hæc si dolo aut socordia nostra contracta sunt, agere vii libet, & ita supplicium sumite, sin fortuna communis asperior est, quare indigna vobis, nobisque incipitis.

Status Romani imperii.

Anno 680. Spartaci bellum cœpit, quo quidem anno Sertorius occisus belli heredem reliquit Marcum. His confectis bellis anno 683. Pompeius Magnus, & Crassus Dives consules tribuniciam potestatem integre restituerant, & suam potentiam stabilerunt. Res vero eo deuenit, vt anno 687. per diffidia & ambitionem nonnulli coniurarent, Piso, Catilina, Antonius Patus, quo tempore inter Lucullum & Pompeium apud exercitum Mithridatici belli magna dissensio fuit.

Catilina coniuratio.

Verum coniuratio Catilinae anno 690. Cicerone Consule detecta est. Anno sequenti coniurati victi sunt. Semina tamen inter optimates belli mansere.

Anno 693. inter tres principes Pompeium, Crassum, Cæsarem facta est coitio; nam cum inter se essent inimici, & potentes, Pompeium odisset populus, Cæsarem Senatus, Crassum plerique, ipsi amicos pariter & inimicos eluserunt. Suetonius illa scribit in Iulio. Cæsar omnibus officijs Pompeium affectatus est, offensum patribus, quod Mithridate rege victo cunctantius confirmarentur acta sua, Pompeioque M. Crassum reconciliauit, veterem inimicum ex consulatu, quem summa discordia simul gesserant, ac societatem cum vtroque imit, ne quid ageretur in Rep. quod displicisset vlli e tribus. Iuliam in consulatu Pompeio dedit Calpurniam Pisonis consulis futuræ ipse duxit.

Trium principum conspiratio.

Cæsar Consul agrarias leges tulit, Clodium ad plebem traduxit, Bibulum collegam domi continere se cœgit. Clodium iam plebeius Tribunus plebis factus Ciceronem expulit, post cuius reditum Clodium Milo occidit. Populus Romanus Ptolomæum sine causa proscriptit. Anno 701. candidati consulatus armati & contentiosi comitia impediabant. Tum Pompeius Consul factus vix seditionem compressit.

Legem deinde tulit, vt Cæsaris absentis ratio haberetur, quam infringere Anno sequenti Marcellus est conatus, quæ contentiones deinde magis annis sequen-

sequentibus inualuerunt, cum per occasionem belli Parthici duæ legiones à Cæsare abducerentur, donec ciuile bellum Anno 704. iniecit, quo bello Pompeius Italia pulsus, eius legati in Hispania victi, Pompeius in Pharsalia cæsus, ab Ægyptio occisus, Pompeiani in Africa victi, & tandem

*Vltima funestâ concurrunt prælia Mundâ.*

Cæsar vero Anno 710. occisus, Mutinensia, Philippiensia, Perusina, Sicula bella reliquit, & cædes Triumuirorum. Donec ad Actium victo Antonio rem Romanam vnus Augustus obtineret. Atque hic status Romanæ Reipublicæ per annos amplius sepiungentos fuit, quæ continuis dissensionibus agitata senatum plebemque exercuit. Et domi plura mala, quam foris dedit. Hæc tunc principes confiderent, causasque seditionum expendant, ad eas sedandas, impediendæque magna subsidia comparabunt.

C A P V T I V.

*Seditiones & coniurationes tempore Monarchie.*

*Principum prima cura est seditione vitare quæ omnia homines impedit.*  
**S. I.** SEDITIONES ostendi grauissimum esse & frequentissimum Reipublicæ malum, quod tam in Aristocratiâ, quam Democratiâ Romana apparuit, vt vero magis principem ad suam, imperijque tutelam, vitandâque seditione excitent, in Monarchiâ Romana hoc quoque offendere mihi constitutum est, hisce enim lectis ad causam tantorum malorum remediâque, & exitus, prudens & amans patriæ suæ princeps facilius attendet.

Inter mille enim seditiones nulla est, quæ non singulari aliquo principem documento faciat cautiorem, prudentiorem, modestiorem. Causæ enim singularium facile apparent. Augustum igitur principem spectemus, qui primos duodecim annos perpetuo bello ciuili, aut metu transiit, post victoriam Actiâcam, Ægyptiamque, multas seditiones, coniurationesque pertulit. Suetonius capite decimo nono. Tumultus post hæc ac etiam rerum nouarum initia, coniurationesque complures priusquam inualescerent, indicio detectas compressit, & alias alio tempore; Lepidus iuuenis, deinde Varronis Murana, & Fannij Cepionis, mox M. Egnatij, exin Plauti, Ruffi, Lucijque Pauli progeneri sui, ac præter has L. Andrasij falsarum tabularum rei, ac neque etate, neque corpore integri, Themastini Epicadi ex gente Parthica Hybrida, ad extremum Telephi mulieris serui nomenclatoris. Nam ne vltima quidem sortis hominum conspiratione & periculo caruit. Andrasius atque Epicadus Iuliam filiam & Agrippam nepotem ex insulis quibus continebantur, rapere: ad extremum Telephus quasi debita sibi fato dominatione, & ipsum & senatum aggressus destinauerant. Quin etiam quondam iuxta cubiculum eius lixa quidam ex Illyrico exercitu, ianitoribus deceptis noctu deprehensus est, cultro venatorio cinctus imposte mentis, an simulata dementia, incertum. Nihil enim exprimi questione potuit. Ecce præter bella externa, & ciuilia, quor hostibus vita regnantis appetita est?

Nec paucas rebelliones sustinuit (idem capite vigesimo primo. Neque crebrius aut perfidiosius rebellantes grauiore vnquam multauit pena, quam vt captiuos sub lege vendideret, ne in vicina regione seruirent, neue intra tricesimum annum liberarentur. Quanto vero in metu vixerit, Dio docet; In senatum enim veniens sub veste thoracem gerebat. Idem Dio capite decimo septimo. Cæsari multi insidias fecerunt atque imprimis Gneus Cornelius Pompei Magni ex filia nepos: quos cum nollet occidere, propterea quod morte eorum non magis se securum esse intellige-

bat: neque liberare, ne ob eam rem ceteros contra se incitaret: adeo in magnam dubitationem venit, vt dies nocteque curia angeretur. Quoniam autem de bono principe, scriptorum quidem iudicio, agimus, apponâ quæ de eo Plinius libro septimo, capite 45. refert. In Diuo quoque Augusto quem vniuersa mortalitas in hac censura nuncupat, si diligenter estimetur cuncta, magna sortis humane reperuntur volumina. Repulsa in Magisterio apud auunculum, & contra petitionem eius prælatus Lepidus: proscriptio inuidia, collegium in Triumuiratu pessimorum ciuium, nec aqua saltem portione, sed prægrauis Antonio: Philippensi prælio morbus, fuga, & triduo in palude latebra egroti: & (vt fatentur Agrippa & Mecenas) aqua subter cutem fusâ, turgida latera: naufragia Sicula, & alia ibi quoque; in spelunca occultatio. Iam in nauali fuga vrgente hostium manu, preces Proculio mortis admodum: cura Perusina contentio: sollicitudo Martis Actiæ. Pannonici belli ruina & terror, tot seditiones militum, tot anticipes morbi corporis: suspecta Marcelli vota, pudenda Agrippine ablegatio, toties perita insidiosa vita, inculsa liberorum mortes, luctusque non tantum orbitate tristes: Adulterium filia & consilia patricida palam facta: contumeliosus priuigni Neronis secessus: aliud neptis adulterium: iuncta deinde tot mala; inopia stipendij, rebellio Illyrici, seruitiorum delectus, iuuentutis penuria: pestilentia vrvis: fames sitisque Italia, destitutio expirandi, & quadridui inedia maior pars mortis in corpore recepta: iuxta hæc Variâ clades, & Maiestatis eius feda sugillatio, abdicatio Posthumi Agrippæ post adoptionem, desiderium post relegationem. inde suspicio in Fabium, arcatorumque prodicionem: Hinc vxoris & Tiberij cogitationes suprema eius cura. In summa, Deus ille, cælumque nescio adeptus magis, an meritis hæredæ hostis sui filio excessit. Similia Sen. de breuit. vitæ. cap. 5. vbi indicat ad senectutem mansisse illa terribilia, nondum horum effugerat insidias, filias & tot nobiles iuuenes adulterio, velut sacramento adacti, iam infractam etatem terribabant: postquam & iterum timenda cum Antonio mulier.

Tiberium non exiguæ procellæ mirum in modum exagitarunt. Primo eius ingressum Gallicæ legiones turbant, cum Germanicum imperatorem dicerent, & filium eius Caligulam detinerent. Eo viuo vitia Tiberius continuit, Dio. Tandem Germanicus, & Drusus tollitur, cum seditiones in Pannonia, & Germania sedatæ essent. Interim Libo Drusus nouarum rerum ex parte conuictus occiditur. Clemens Agrippæ seruis seditionem mouet. Bellum in Africa & defectio. Pilo & Sentius præces Syriæ dissentunt, pugnatque ciuili bello. Tota deinde vita Tiberij carnificina fuit, donec æger à Macrone suffo caretur. Caligulam breui tempore regnante tumultus sustulit.

Claudius plures seditiones prodicionesque vexarunt. Suet. cap. 13. Nec tamen exersis insidiarum vsquequaque permansit, sed & à singulis & per factionem, & denique ciuili bello infestatus est. E plebe homo nocte medi: iuxta cubiculum eius cum pugione deprehensus est: reperti & equestris ordinis duo in publico cum dolone ac venatorio cultro præstolantes: alter vt egressum theatro; alter vt sacrificantem apud Martis adem adoriretur. conspirauerant autem ad res nouas Gallus Asinius & Statilius Coruinus, Pollionis ac Messala oratorum nepotes, absumpti libertis ipsius atque, seruis. Bellum ciuile mouit Furius, Camillus Scribonianus Dalmatia legatus: verum intra quintam diem oppressus, & legionibus quæ sacramentum mutauerant in poenitentiam religione conuersis, postquam denunciato ad nouum imperatorem ire, casu quodam ac diuinitus, neque aquila ornari, neque signa conuelli mouerique, poterunt. Et c. 35. Timor eius ingenium Romanorum ostendit. Sed nihil aque quam timidus ac diffidens fuit. primis imperij diebus, quanquam (vt diximus) iactator ciuilitatis, neque conuicia mire ausus est, nisi vt speculatores cum lanceis circumstantes, militesque vice ministrorum sangerentur: neque agrum quenuquam visitauit, nisi vt explorato prius cubiculo, culcitraque & stragulis prætentatis & excusis. reliquo autem tempore saluatoribus scrutatores semper apposuit, & quidem omnibus, & acerbis-

Augusti mi-  
seria.

Tiberius ve-  
xatus.

Claudii in-  
sidia.



mos. Sero enim ac vix remisit ut femine pretextatis, pueri ac puella contractarentur, & ne cuius comiti aut librario calamariae aut graphiarie theca adimeretur. Motu civili cum eum Camillus non dubitasset citra bellum posse terreri, contumeliosa & minaci & contumaci epistola cedere imperio iuberet, vitamq; otiosam in priuata re agere, dubitavit, adhibitis principibus viris, an obtemperaret. c. 36. Quosdam insidias temere delatas adeo expavit, vt deponere imperium tentauerit. Quosdam (vt supra retuli) cum ferro circa sacrificantem se deprehensum, senatum per praecones prope conuocauit, lacrymisque & vociferatione miseratus est conditionem suam, cui nihil ruti vsquam esset: ac diu publico abstulit. Massalino quoque amorem flagrantissimum, non tam indignitate contumeliarum, quam periculi metu abiicit, cum adulteri filio adquire imperium credidisset. Quo tempore sedum in modum trepidus ad castra confugit, nihil tota via quam esse sibi saluum imperium quaruans.

Nero quoque multis seditionibus agitatus, tandem hostis iudicatus sua se manu peremit. Prima seditio Puteolis exarsit. Tac. l. 13. Deinde grauior in Britannia, ob spolia auaritiamque praesidium, alia ob Octavianam, Tac. 13. Demum multis coniurationibus pene inter vindictam occisus est. Confusus deinde orbis, dum Galba, Vindex, Nymphidius imperium affectant, dum Otho, Piso, Vitellius omnia contra patriam moluntur, donec ad imperium euectus est Vespasianus.

Vespasianus insidias passus.

Vespasianum inter initia victorem turbae exceperunt, Mucianus aemulus, Sabinus imperij affectator, Allienus & Marcellus coniuratione facta insidias strunt. Barabai duce Ciuili deficiunt, praesidia Romana eijciunt, castella euertunt. Piso in Africa occiditur, atque inde oritur tumultus. In Gallia vero Treuiri, Lingonesq; deficiunt, tota Galliae nutant, Legiones ad defectionem inclinant, & Galliae iurant. Bellum quoque in Iudaea prouincia dudum pacata ciuile censendum est.

Titus.

Titum vix vlla breui tempore imperantem, populorumq; charum seditio afflixit, cauendus illi frater fuit, a quo etiam dicitur interfectus. Domitianus semper pauidus, a coniuratis occiditur. Nerua suo anno pacem nullam vidit, initio gratias agere coactus est viris fortibus, qui Domitianum interfecerant, quibus apprimere sauebat, sed cum eos milites contra iustum imperatoris occidissent, interfectorum amicorum gratias agere coactus est. adeoque deiecto animo fuit, vt forte suam lacrymis ipse prosequeretur, ideoq; Traianum Caesarem dixit, ad diditq; *παιδας δαναοι εμα δαγενα. Luctant lacrymas meas Danaei.* Nihil enim imperio suo egit, quam vt fleret infelicitatem, coniuratos eluderet, Traianum adoptaret.

Nerua.

Traianus.

Traianus inter optimos principes nominatus initia pacata habuit, nisi quod contra deficientes Dacos sepius pugnandum fuit, sed finis omnino miserabilis fuit, deficientibus enim populis, seditionemq; mouentibus in Syria, Aegypto, Cypro, Iudaeis, atq; in Graecos immaniter sauentibus, toto imperio praesertim in oriente turbato, morbo non vno moritur.

Adrianus.

Adrianus statim vt adeptus est principatum, insidiatores occidit, Celsum, Nigrinum, Lucium, quod insidias in venatione terendisse illi dicerentur. Moriturus quoque, ex suspitione saeuus fuit, & ad extremum etiam mortis auidus, insidiarum metuens.

Antoninus.

Antoninorum tempore quietior resp. fuit, Philosophum tamen tum Cassius, tum alij exagitarunt, donec veneno interijt.

Commodus.

Verum hanc qualemunque quietem, Commodi flagitia, seditionesq; compensarunt. Eum tollere conatus est Perennis, Quadratus conspirauit, Maternus eum spoliatur, tandem a hidissimis occiditur. Securus Pertinax qui a locio proditus, per seditionem occiditur. Mox Julianus, ne deesset discordiarum causa, imperium pecunia emit, Niger eligitur imperator. Seuerus vtrūq; de medio tollit. Is quancumque victor ciuilium bellorum,

Pertinax.

nequaquam absq; cladibus & seditionibus, regnum administravit; Niger, Albinus, Plautianus, Britannia, Saturninus, demum filij omnia, qua bellis, qua dolis turbulenta & funesta reddiderunt. Imperium reliquit discordibus fratribus, quorum alter Caracalla, alterum G. tam mox occidit, & ipse merito suo, sed magna clace Reip. a Macrino occisus est. Macrinus ab Halagabalo, hic a seditioso exercitu, Alexander Quinij defectio nem leuiter ferens, a Maximino, adeoque exercitu proditur. Maximinus grauissimas seditiones passus, ab Afris, Tito, Gordiano, Maximo, Balbino, demum a suis militibus, cum cruciatu, & ludibrio interficitur. Milites quoque Maximinum & Balbinum trucidant. Mox senatus Marcianum & Seuerum Hasilianum Gordiano substituit, Gordianum Philippum, hunc Decius occidit, itaque eo tempore plures filiiuq; conuatiq; & sanguinariae seditiones. Decium cum Valens exercuisset, Gallus prodidit barbaris. Galli & Volusianum milites obruncant, & quem elegerant Amylianum post tritum mensium imperium interficiunt. Non melior aut quietior Resp. sub Valeriano, miserrima sub Gallieno, quo in triginta acies diuisum vnum corpus contra semetipsum pugnavit. Tyranni fuerunt, Trebellio auctore, Cyriades, Posthumus senior, & iunior, Lollianus, Victorinus senior & iunior. Marius, Ingenuus, Regillianus, Aureolus, Marianus vterq; Quietus, Odenatus, Herodes, Maximinus, Balista, Valentes duo, Piso, Amylianus, Saturninus, duo Tetrici, Trebellianus, Herennianus, Timolaus, Celsus, Zenobia, Victoria seu Victorina, Tius, Censorinus. Tantis motibus publice agitatum imperium, nam vbiuq; quarundam seditiones vt mala prinata omitto. Excepit haec Claudius qui defectio ne Aegyptiorum in discrimen omnium rerum deuenit. Quintillum tyrannum occidit, Victorinus tandem, & Aurelius victor in partibus fuisse. Aurelianus modestior videbatur, sed cum esset in senatores saeuus, maximis discordiis confectus est. Ab eo defecerunt Palmyreni & radicibus excisi sunt, magno omnium dolore, quod causas rebellandi graues habuissent. Eodem imperatore Firmus, Quintillus Claudij frater, alij perduelles per Resp. viscera trucidati sunt, Alexanderini rebellauerunt, & ne quid mali deesset, bellum Montaniorum exitum est, quorum ad septena millia caesa sunt. Mihi aliquando in mentem venit admirari, quomodo viuere inter continua mala homines potuerint. Occiso per inimicos Aureliano Tacitus fit imperator, & non multo post necatur, deinde Probus & Florianus, quorum hic celeriter occiditur, alter Saturnini familiaris sui rebellionem, Britanniarum seditionem, Lydii latronis furis, Ptolemaidis in Thebaida tumultu, Fracorum in Sicilia & captis Syraculis tyrannide, gladiatorum Romanorum audacia, Proculi & Bonosi apud Agrippinam proditio ne vexatus, ab exercitu trucidatur. Hinc Carus exiguo tempore, inde Numerianus arripit imperium. Contra hos Diocletianus pugnat, alia stat parte Carinus, qui Julianum imperatorem obruncauerat, & non nisi post multa praecia occubuit. Diocletianus seditionem, & rebellionum anxius multitudine, Maximinianum adsciscit. Interim variis tumultus, sed tres primarii, Caruisii in Britannia, Juliani in Africa, Achillei in Aegypto. Quod autem pacandae turandaeq; Resp. constitutum fuit, vt plures Caesares dicerentur, id exitio pene fuit. Nunquam tardius lacerata est Resp. quam tritum Galerionum, Constantii, Maxentii, Licinii, Alexandri, Constantini inter se bellis, & nisi in moderatum & religiosum imperatorem lacerata membra imperii recidisset, a quo foueretur, finis haud dubie fuisset tanta molis, a grauius coeussit.

Multis imperatores seditione perit

Seditio toto orbi

Seditioes varia.

Grac imper seditione agitat

Justini

Cruentata C stantia li.

Sub Constantino orbis respirauit.

vt re-

vt respirare oēs possēt. Sed filiorū ei⁹ tēpore in mores rediit, Cōstās fratē Cōstantinū interfecit, Dalmatius Cēsār perimitur, aliq; viri clari & bene meriti. Magnētius per iocū imperator dicitur, Cōstās interficitur. Nec vna seditio, nec simplex malum, Veteranno in Illyrico tyrannidem occupat, Syluanus in Gallia, quae tota tumultuatur, Nepotianus Romae Augustalia insignia circumdat, Palmam inter hos obtinet Iulianus, qui mortuo Constantio imperium quod arripuerat dilatare fatagens, pene prodidit. Tum quidem sub Iouiano, & inijs Valentiniāni metu externi hostis pax à seditione fuit, cum Valens impie regnaret summam cladem Procopius attulit, secuta deinde Theodosij & Gratiani temporibus, Maximi & Eugenij ingentia bella, sub Theodosij liberis Arcadio & Honorio, inter Barbarorum arma erant, Stilico, Rufinus, Eutropius, Gaius, Tarbigildes, Gildo, Alaricus, deinde mortuo Arcadio, Attalus, Heraclianus, Ioannes Subscriptor, Calinus, Bonifacius, Britannia & Hispania seditiones, defectio neque sub Valentiniāno in iore Aëtius, Maximus; qui vero deinde consecuti sunt Imperatores, sutorum Indubria, & mancipia fuerunt. Maximus, Auitus, Maiorianus, Senerus, Anthēmius, qui Ricimeris mancipia fuerunt, perierunt que ferro, venenoque, cum vix imperij dulcedinem gustassent. Itaque reliquae occidentalis imperij in annos pene imperatorem mutarunt. Qui enim secuti sunt, Olybrius, Glycerius, Nepos, Augustulus, partim Asparis & Ardaburij, partim aliorum arbitrio solio impositi, solioque delecti sunt, dum interea tamen Reipub. principum debilitum ambitione atteritur, quamuis enim ad hostem vincendum essent impares, seditiones tamen domi excitabat grauissimas. Hac igitur Romani Imperij facies, haec discordiarum constantia, & seditionum theatrum, principes omnes consiliariosq; monere debet, vt operam dent, quo omnia tumultuum odiorumque semina tollantur.

CAPVT V.

Constantinopolitanum imperium seditione rebellioneque agitatum esse.

*Gracorum imperium seditionibus agitatum.*  
 §. i. Principium à Leone Magno ducis, is enim desinente iam se ruente occidentis imperio orientem rexit, Alparem & Ardaburium inter initia post cōpressam seditionem interfecit. Zeno deinde cum omnia turbasset à Basilisco pellitur, nec inulta proditio fuit, Basiliscus cum familia captus fame perire cogitur. Zeno rediens ab exilio ad imperium, illustrium cædibus sedatus ipse tandem viuus sepelitur. Anastasium magnae seditiones exceperunt. Longinum aduersarium naetus de vita periclitatus est. Logothera eius; & praefectus vix populi manus, ne discerperentur, effugerunt. Iustinus cum arte imperium accepisset, Amantium Eunuchum, Theocritianum, Andream cubicularium insidiatores habuit; Vitalianum deinde imperatori imperantem Constantinopolitanum occiderunt. Nobile fuit Iustiniani imperium, sed tamē multis bellis ciuilibus agitatum. Gilimer defecit, & Africam traxit. Samaritanos etiam tetra bella mouerunt. Constantinopoli grauis seditio exorta est. Recenset Ammianus. Hypatius Pompeius & Probus genere consobrini, Anastasij imperatoris nepotes, qd imperium sibi singuli indigna ambitione exoptaret, Idibus Ianuariis cum pleriq; nobilitum conuocatis, omnia seditionum turba armis, doniq; ministratis illecta, dolis inuadere tentauerunt. atq; per quinq; integros dies vrbe regiam rapinis, ferro, igneque, per sceleratos ciues sine certo interrege percurrentes hostili impietate ipsi se fideles Reip. in palatio distimulantes, depulati sunt. Quarta vero huius nefandi sceleris die dum de foro Hypatius sceleratorum comitantiū manibus torque redimitus aureo & Pompeius Comes sua sub veste loriceatus ad inuaden-

dum tenendumq; ascendunt palatium. vterq; eorum ante fores palatii captus est: statimq; pissimi principis nostri nutu, catenatus, trucidatus poenas luit, & ante imperij perditum quam haberet, innumeris passim trucidatis in Circo populus, & tyrannorum sociis continuo proscriptis. Postea vero cū Orientem Barbari, Galliam Franci occuparent, Artabanes cum Arface aliisq; in Iustinianum cōiurant, quamuis idem Artabanes nuper Gunthaidem tyrannum in Africa occiderat. Merito haec passus est Iustinianus mutatus in peius, adeo vt discordias domesticas & vrbanas quaereret. Euagrius l. 4. De alio item Iustiniani facti mihi dicendū est: qd quide sine ex natura vitio, sine ex formidine & timore ortum sit, non habeo dicere, eius tamen generis fuit, vt omnem beluam immanitate longe superaret. Duxit aut inuicem ab ea seditione populari quā Nica, hoc est, Vince, vocant. Placuit Iustiniano ita rehemeter in altera factionem eorū, qui Praesim dicitur, ppendere, vt impune possent ipso meridie aduersarios, in ciuitate trucidare, & nō modo non poenas metuerent, verū et dignarentur honoribus: adeo inde multi homicida existerēt. Licebat n. illis in edes alienas irrupere, thesauros diripere in illis reconditos, hominibus sua ipsorum salutem ac vitam diuidere, & si qui Magistratus illos cohibere moliretur, suo ipsius capiti creauit periculum. Vnde certe vir quidam qui gessit in Oriente Magistratum, quomā nonnullos eorum qui nobis sudebāt, neruis coere voluit, quo modestiores efficeretur: per media vrbem circumductus fuit neruis grauius caesus. Callinicus porro praefectus Cilicie, cū duo Cilices Paulus & Faustinus, homicida vterq; in eum imperij faceret, occidereq; in animo haberent: quomā poena ex legibus constituta eos multauit, in cruce actus est, hocq; supplicio pro relictā conscientia & legum obseruatione affectus. Inde factū est, vt qui aliter erant factionis, cum domiciliis suis fugissent, & a nemine vsq; exciperentur hospitio, sed velut scelera exagitantur, tendere insidias viatoribus, compilare, caedes facere coeperint, vsq; eo vt omnia loca nece immatura, direptione, & reliquis id genus maleficiis redundarent. Interdum animo in contrariam sententiā mutato, eius generis homines interfecit, permisiq; legum potestati etiam eos quos ante passus esset more barbarorum in ciuitatibus impia scelera consciscere. Sed ad ista singillatim prosequenda mihi nec tempus suppetit, nec facultas dicēdi. Ea causa Euagrius ait cum omnia omnino turba ac tumultu compleuisset, ad supplicia apud inferos luēda raptum. Nicephorus poenituisse ait; contra senem mota est seditio, cuius & Belizarius conscius fuisse dicitur. Iustinus imperium discors primum pacare conatus, Alexandrinam seditionem initio compefcuit. Narsetem dignitate priuat, Marcianae irascitur, omniaq; sibi infida reddit, incantationibus tandem magicis affligitur. Tiberius cellega & susceptor Iustini optimus princeps, prima coronationis die insidias à Iustiniano Iustini nepote passus est, Sophia deinde maiore periculo eundem pene circumuenit. Secutus Mauridius quem milites occiderunt, Phocas etiam poenas patricidij dedit, iterata conspiratione, & Heraclius ex Africa nouus Imperator Phocā interimit, & concremat. Eo regnante per Asiam & Aegyptum in Africam vsq; Persae venerunt, Carthaginemq; occuparunt, cum interim Caianus, alijsq; barbari non quiescerent Victo Persa Saraceni Syriam finitimamq; occupant. Huncsecuti, Constantinus quatuor mensium, & Heracleonus trimestri spatio deiciuntur, & Constantis imperat, contra quem mox Valentiniānus patricius tyrannidem molitur. Dum autem in Orthodoxos saeuit, in discrimen se coniecit maximum, Africam amittit, Armenia deficit, adeo vero exofis suis euasit, vt in Sicilia degens in balneo suffocaretur. Constantinus Pogonatus initia cruenta habuit, fratrum naribus abieclis, Mizizium rebellantem occidit, omniaque intuta expertus est. Iustinianus vexatum imperium accipens statim Sabbatij praetoris Armeniae defectione agitata est; Ingens odium contemptumque sui contraxit, in eum pro-

Iustiniani iniustitia.

Iustinus.



ceres conspirant, & abscissis naribus & lingua in Cheronesum relegatur. Leontius Imperium arripit, qui pro dita Lazica à Sergio naribus mutilatus Abfimarò traditur. Is Iustiniā exulis infidijs circumuentus, cum Leontio in pompa ducitur & Iustiniā pedibus calcatur. Iustiniā enim horrida crudelitate in omnes sæuit, vt Rauennates, Cheronenses, Bosphoranos proceres, Philippicus Imperator eligitur, qui Iustiniā cum Tiberio obruncat. Philippicum coniurati excecatur regno pellunt, Arremius deinde à Theodosio pellitur, is Leoni cedit. Leoni coniurationem inter ipsa initia passus est, atque ita imperauit vt Italia ab eo descuerit; Ecclesiam & imperium scinderet, inde bella ciuilia & à Græcorum iugo Italiæ libertas. propter Iconoclastiam Oriens seditionibus iactatur. Grauius illa omnia sauiuerunt Imperio Copronymi; principio enim in vitæ præsentissimo fuit periculo. Arabasus imperator salutus est, filij eius partim occisi, partim in monasteria detrusi, omnibus hominibus sanæ mentis Regem rætrum detestâtibus, inde ciuile bellum luctuosum, in quo Copronymus victor crudelitatis exëpla edidit. sed mansit in victorem odium, hinc Bulgarorum seditiones, & tandem miserima mors desperantem aufert.

*Nouum  
schisma  
imperii.*

*Iconoclas-  
tia causa  
multorum  
seditionum.*

Secuta sunt tempora Irenes & Constantini non modo seditiosa, sed etiam in propriam sanguinem sæua. Initio enim coniuratū contra Irenem, illa Constantinum in ordinem redigit, exercitus illum restituit, & imperium mulieri abrogat, sed ea mox repouitur in solium, Armeniarum legionum seditiones comprimit, & tandem oppressis inimicis, filium per milites excecatur, itemque affines. Stauratus deinde seditionem mouens morbo interijt, complices occiduntur, Aëtius tyrannidem molitur. At Nicephorus dolo circumuentis satellitibus Irenem exilio multat, quamuis iurando affirmarat, id non facturum. Nec regno per scelus potro diu fruatur Nicephorus. Nam Bulgarorum seditione excitatus, cum exercitu interuentione deletur. Eius filius Stauratus mox à Michaële Rangabe imperio exiit. Michaëlem Leo pellit, Leonem Michaël Balbus, inde alia seditiones, præsertim Euphemij, qui Sicilia prodicionem Amyræ Africano promissit. Theophili imperium utcumque pacatum, sed eruentum fuit, adeo vt iam moriturus Theophobum occiderit, addito elogio; *iam neque ego ero Theophilus, neque tu Theophobus.* Michaël Theophili filius in matrem improbus, à Basilio interficitur, illi insidiantur Sabatius & Georgius. Leo deinde sequitur, qui contra rebelles Bulgaros fidem Turcarum implorat, inde consecuta cædes varia, etiam in templo. Leoni Constantini filius succedit. Samonæ dolis directis, Alexander Constantini tutor occiditur. Pupilli imperium Constantinus domesticus occupare nititur, sed in pugna lapsus equo decollatur. Deinde discordia ducum contra Pazinacas exercitum affligunt. At multi tum imperium affectabant, præcipue Leo Phocas, quem imperatoris pædagogus euerit: deinde Romanus, sed generum ille in ordinem redegit, qui tamen multis molitionibus fatigatur, vt Bardæ & sociorum, deinde Mystici, Miceræ, Pseudo Constantini. Denique qui in pupillum ram perfidiosus fuerat, à filijs pulsus est. Romanus alter conspirationes reprimat, sed paulo post mortuus Nicephoro Phocæ relinquit imperium, quem cogunt alij id suscipere: ciuitas autem ea de causa tumultuata est, & ille quoad vixit summo in odio fuit, semperque occasio vindictæ quaesita, donec eam Theophane vxor, & Zimisces peregrerunt. Zimisces Eunuchus veneno tollit, cum prius vix Phocæ & Leonis seditionem repressisset. Ba-

*Tutores &  
filij seditionem mouent.*

silij Porphyrogenitus imperium deinde accipit, Bardas deficit, & fit Imperator, pugna inter Scelerum & Petrum Spadonem, prodit exercitum CōtoStephanus, Xiphias & Nicephor<sup>9</sup> seditiosi, opprimuntur, Frater Basilij Cōstantinus sequitur luxu & crudelitate grauis Reipu. sine vlla re memorabili, nisi quod Naupacti vrbs seditionem crudeliter vltus est. Romanus Argyppolus delirus prope senex domesticis malis laborauit, & risu magis vulgi quam seditionibus est agitur; Zoë vxor in balneo eum suffocat, & ad imperium promouet adulterum, qui eam mox in ordinem redigit, tum Antiochenorum seditio, cladesque, multæ defectiones, grafationesque, Sicilia amissa. Zoë Ioannem mariti fratrem è medio tollere frustra nititur, sed maritum tamen publico abstinere cogit, & Michaëlem Calaphaten adoptat, ille in viros illustres crudelis Zoë expellit, sed populi tumultu reuocare cogitur, atque tandem excecatur. Zoë & Theodora restituta in integrum. Zoë Constantinum Monomachum reducit, illique nubit. Monomachus vxorius Georgium Maniacen hostem fortem experitur, deinde Theophili, Erotici, Orphanotrophi, Leonis Tornicij, Aplepharis, Romani Boila infidijs petitur. Theodora imperatrix Michaëlem Stratioticum designat imperatorem, vno anno ille regnavit, seuerus in milites fuit, inde orta seditio. Theodosius eius auctor relegatur, duces Orientales varijs acti iniurijs imperium affectant, Bryennius excecatur, Isaacius Commenus tandem imperium occupat. Hic cum omnibus exofus esset, imperium deponit, & Constantinum Ducam designat, cum insidiatores mergere stauerant, sed casu euasit.

Tres liberos cum Eudocia Constantinus Ducas reliquit, quæ Diogenem Romanum, vt contra Persas Imperatorem haberet, maritum sibi esse voluit. ille ad tempus sæminæ dominationem fert, deinde fortiter bella gerens ab Andronico deseritur, Ioannes tandem eum oppugnat, oriturque ciuile bellum omnium grauissimum, quo captus exoculatusque vitam mæore finiuit. Nicephorus deinde Eunuchus sub Michaële Duca administrat omnia. Ioannes proinde imperator salutatur, Nestor deficit, Nicephorus Bryennius seditionem excitat, quo profligato tandem Botoniates imperator creatur, quem contra Barangi motum cient, Nicephorus Basilius seditionem periculosiorem meditatur, maximam Constantinus Ducas, item in suspicionem venit Logotheta. Tandem Commenius ad imperium aspirant, Alexius imperator proclamatur, & prodicione Byzantium occupat, & diripit, & plures quam alij hostes sibi quaesuit, redeuntem Constantinopolim, ducum, patrum, popularium infidia exceperunt. Deinceps vero Vmbertopolus, Ariebes, Nicephorus, Anemas cum militia ducibus. Vxor imperatoris cum aditum ad eum cunctis intercludere conaretur, Aulici, Pseudo Alexius, Cilix vitam illi vix vitabilem reddiderunt. Alexio succedit Calo Ioannes inuita matre, qui coniurationes cōtra se inuitas pacauit, matremque & sororem reconciliauit. Fratres etiam aduersos sensit, imo filius eius Isaacius ad Sultanum deficit, Trapezunte vexatur à Tyranno & domi. Secutus Manuel Commenus, qui contra Christianos plus quam contra barbaros valuit. Nobilis enim fuit artibus, quibus Germanorum expeditionem frustratus est, omnibus enim modis Conradi exercitum afflixit, contra Rogerium bella gessit, Corcyrenses expugnat, qua in obsidione inter Græcos Venetosque cruenta est orta seditio. Inter ipsum & duces simultates, & si fieri potuisset bella fuissent. Alexius puer improbitate ministrorū suorum periit. Præcipue illi insidiatur Andronicus, nec vnus mali modus, Maria Cæsariſſa

*Omnes in  
vnum con-  
spirant.*

*Omnes  
vnum  
con-  
spirant.*

Cæsarissa coniurat in Protosebafium, qui imperium administrabat, populum ad arma concitat, certamen cruentum oritur. Post aperte imperium appetit Andronicus, contra eum classem instruit Protosebafius, sed ab eo omnes principes desciunt, Andronicus habenas imperij rapit, eum affligit Ioannes Commenus. Primæ Andronici in Imperatorem infidiæ in cassum ceciderunt, alteræ successerunt.

Andronicus ab Iſaacio Commeno & Siculorum rege vexatus, inter omnes imperatores tristissimum exitum habuit. Iſaaci Angelus bella ciuilia gessit, Siculum, Cyprium, contra Blacchos desciscientes, contra Branam, à quo Byranti obſellus est, à fratre Alexio captus & excæcatus est. Nec is diurna gaudia perduellionis tulit. Seditio Pſeudo-Alexij Ciliæ & Iſaacij Commeni, Blachorum, Afanis eum examinavit. Alexius Angelus nihil præter seditiones & timores expertus est. Sub Alexio Commeno magna discordia ob Eucharistiam Græcos tenet. Præter hæc Ioannes Commenus Craſſus seditionem concitat, alij multi seditioſi inſurgunt. Alexius Angelus Iſaacij filius Venetis comes venit Constantinopolim oppugnatum, vrbs obſidetur, incendio deformatur, Alexius exulatum abit. Alexij Ducæ breuis fuit tyrannis, fugit Ducas qui & Murzuſus dictus est. verum in cineribus vrbs noua oritur inter Laſcarem & Theodorum Ducam contentio. Tandem rerum Flandri potiuntur, Theodorus Laſcaris tamen Niceæ imperator ſalutatur, & Constantinopolim reuerſurus videbatur, sed ſocer eius Alexius eum per Turcas impediuit, ne recuperaret gener imperium, quod ipſe tenere non potuiſſet. Alexius tamen collectis copijs Trepezuntinum imperium condidit, cui Cappadociam & Colchidem adiecit, Theſſaliam accepit Michael Angelus, hanc poſtea Michael Palæologus occupavit, neque enim deerant inter ipſa membra lacera seditiones & bella. Palæologus Constantinopolim recuperavit, regnavitque familia Palæologorum Michaelis, duorum Andronicorum, Manuclis, Ioannis, Constantini, idque in magno metu, bellisque Turcarum, & mediocij concordia. ſi tamen vicinorum præſidio muniti fuiſſent, haud difficulter Turcam ſubiuiſſent.

Ecce tibi quam eſt difficile hominem regere, quam in ſe magna ruunt. Tota itaque cura principis eo vertenda eſt, vt ſeditionem caueat, vnde bella maxima oriuntur. Quis enim tutum ſe arbitrabitur, cum has carnificinas intuetur?

CAPVT VI.

*Aliarum Rerumpublicarum seditiones.*

Omnia  
vrbum an-  
nates reuol-  
ue, inuenies  
cauota.

S. I. Vix vlla tam Romanis ſeditionibus mota eſt ciuitas, quam Louaniensis; omnia enim ſimilia ſunt, cauſa, modi, effectus, quia ſcilicet eadem hominum vitia, affectusque. Iuſtus Lipſius eas recitat, l. 2. c. 10. II. 13. Adnoto, inquit, primos motus fuiſſe Anno ∞ CCCXL. cum plerique nobilium (ſi ad hoc tempus Rempub. ſolirexerant) in obſidione Tornaci eſſent, Anglo regi hanc operam gratificantes. Sed dum, inquam abſunt: plebs ſuum tempus rata, Rempub. inuadit; & cum alia mutat, tum in primis exules quosdam ſui corporis, ſuperiore anno legibus pulſos, reducit. Patricij cum rediſſent, que- rela, iurgia, arma: & pugnatum atrociter in foro medio, ſed vicerunt Patricij, manu clientium ſubnixi, & longa armorum tractatione ſuperiores: Fuga tamen maior quam cædes fuit, niſi quod in victoria ſæuitum, & abſtracti ædibus ſuis atque etiam ſa-

cris, qui in eas fugerant, gladio, carcere, exilio pœnas dederunt. Quies deinde per vicennium, ſed infida: quippe animis exulceratis, & plebeciorum non occulto fremitu: qui in motum turbaſque iterum erupit à principio, vnde non timebatur. Petrus Couterellus Prator erat Anno ∞ CCCLX. qui homo eſt nobilis, & à Patricijs, tamen, prauitate ingenij vel ambitu, iam à prima Pratura (nouennium tenuerat (omnem anſam laceſſendi aut lædendi Patres quærebat. Oblata eſt, aut arripuit, anno iam dicto, iſtam. Ciuis quidam piſces venales in vrbem catro aduehens, cum is in luto hæſiſſet, equum ſubito paſcuis eductum, ſubitinxit & carrum extraxit: ſtatimque equum bona fide & illaſum reduxit. Couterellus hominem vt furti reum, in carcerem coniecit. Scabini appellantur, cognoscunt, in ſontem pronunciant. & cum Prator non remitteret, iurisdictione ei interdicit, quod contra leges ciuem in vinculis haberet. Prator illico Bruxellam, ad Principem, qui tunc Wenceslaus erat Ioannæ maritus, gente Bohemus, frater Caroli Quarti Imperatoris: quem produnt cæſo matris vtero in lucem veniſſe. Hunc neque pace, neque bello optimum, certe non feliciffimum fuiſſe licet dicere: & Louanienſibus cauſa nõ eſt cur valde ament. Ad rem, aures iſte Pratori credulas præbuit, potentiam Patriciorum calumnianti, & reprimendam à principe bono ſuo aſſerenti. Neque fautores talium deſſe in aula poterant: inter quos Sconuorſtius quidam, vir præpotens, ſed animi aut conſilij parum rectus. Is palam dicere contra Patricijs (verba eius ſunt) minuenda, qui nimium iam ferocirent. Poſſe id Principem ſine ſua opera aut inuidia, plebe efferri permiſſa. Princeps in aperto ſententiam non tulit: hoc tamen Couterellus facile vidit, non iniquis auribus animiſque ſe auditum. Itaque alacer domum redit, ad ſuos refert, & factioſiſſimo cuique faces ſubdit. Iam in eo erat vt ſeditio erumperet: neque neſcire Patres poterant, ſed remiſſius agebant, ſue mitigare bonitate parantes, ſue fatali, vt ſolet, ignauia. Aderat fortè per hos dies Gerardus Vorſelarius, vir & miles nobilis cum ſelecta equitû alâ: qui operam ſuam Patribus vltro obtulit, & ſuaſit vt illi dimiſerunt. At non incepra ſua Couterellus, qui die quodam Senatus habendi, ſuos conuenire ſenſim in forum iubet: idque cum armis. Ad ſunt & iam turba eſt, atque ipſe concionabundus excitat, & ſuperbiâ Patrum, & dura imperia inculcat. Hos eſſe qui ſoli Rempublicam occupent, qui honores, qui pecuniam, ſua faciant, qui tot fortiffimis viris imparent vt feruis. An excidiſſent ante paucos annos, tot innocentes ſui corporis, gladio, laqueo, exilio puniti, ob liberiores quaſdam voces & facta? Eadem manere ipſos niſi viri ſint: ſed eſſent, & quem timerent? In manu, inquit, veſtra eſt, ſinem malis facere: audete tantum, multi in paucos, parati in improvidos, læſi in laceſſentes; Deus homineſque fauebunt. Ipſum Principem, diuina benignitate, mitem animi habemus, & æquo eo laturum, ſi quid illi patiantur, vos faciatis. Iniurias veſtras in oculis habete, Libertatem in ore, & hæc teſſera eſto: ite, iſtam aſſerite, illas propulſate. Dixerat, & loquente adhuc eo fremitus, clamor, mina, & ad curiam veſti manus & voces intentant: Prodirent ciuium oppreſſores, ærarij prædones, pœnas daturi ſcelerum, aut iniuriarum. Et iam ſe quiſque hortari, & vim parant. Curia clauſa erat, & trepidi Patres, neque ad reſiſtendum pares. cum Couterellus prouolar, & quaſi benignitate deditonem ſuadet, & nihil vltra mali paſſuros adfirmat. Prudentiam eſſe, credere huic tempeſtati. Cedunt & ſe dedunt. At ſtatim irruit, manus & vincla iniicit, & in Arcem captiui deducuntur.

Tum

Tum armaria & archia Senatus franguntur aut eferant, armamentarium pariter compilant, dilacerant, aut vsui suo quod erat, tollunt. Extant nomina & numerus captorum, paulo minus ducentis: interque eos equites viginti quinque: reliqui in proximas vrbes dilapsi, aut in prædijs villisque suis latebant. Couterellus sedato tumultu, & vt formâ aliqua Reipublicæ esset, nouum Senatum legit, mixtum è plebe & Patricijs; nam & ex illis molles aut ignauos quosdam reperit consilij suis opportunos, quique communem iniuriam præsentem honore mutarent. Tum ad captiuos submittit, qui periculum à plebe denuntiant; ipsos quosdam è plebe, qui turbidis vocibus circum arcem, ad cædem eos deponerent. Ita illi trepidi Couterello supplices fiunt: & denique grandi pecuniâ, seorsim quisque pacti, dimittuntur in Leucis Wenceslaus erat, dum hæc geruntur, casu an consilio longinquus: sed adeunt ita tim exules, & facta docent, & remedium atque vltionem exposcunt. Cum frigore audiuntur, et si nobilitas pleraque faueret, & è consiliarijs quibus æqui honestique cura aliqua esset. Venit & ipse Couterellus qui auro multos suos fecerat: & res dilata est, dum Princeps redire, Quod factum sequenti anno, & interea imperium Couterellus continuauit. Iam Bruxellam Wenceslaus venerat, atque ibi agminatim nobiles adeunt, orant, vrgent, rem pessimi exempli vindicare, neve seditioni aut licentiæ campum aperiret. Instant seorsim & Bruxellenfes, ac pro focia vrbe acriter nituntur. Denique perpellunt vt conductis in vnum copiis, Louanium moueret: venitque Bancum. Dum ibi est, statim Couterelliani, quibus aduersus Principem nec vis, nec animus erat, ad eum veniunt, & imperata facturos spondent. Ita Princeps admissus exules reducit, sed in turbatores iram aut vindictam non ostendit. Ipsum Couterellum, caput malorum, Prætura dumtaxat abdicationem, in nouo Senatu Scabinum creat, & eius instituto Senatum ipsum mixtum è Patribus & plebe legit, seminarium deinde turbatum. Amor pacis & concordia prætebatur: sed prudentioribus eo facto apparuit, non imprudente, certe non illibente principe priora illa administrata. Ita quies vrbi, sed parum certa aut longa, restituta: nam plebs exultare, & illis vt victis insultare; ipse Couterellus dominationem exercere, & augere, donec rædio præsentium, & futurorum etiam metu, Patricij plerique sponte vrbe cedunt. Latum id Couterello fuit, & iam libere agere, amotis æmulis, seque in sequentem annum consulem, cum Geldolpho Rogga textore designat. Et quia præsidium in auro expertus esse sciebat, vndique illud quærere; nec domi tantum, sed apud exteros, fide ciuitatis publica, corrogare, nam sigillum in eius manu erat. Eoque opum & potentia venit, vt Henrico Dynastæ Hooghstratano filiam suam eum grandi dote elocaret, & quantam iste poposcisset. Sed inuidia etiam comitata, & crebræ apud Principem querelæ, neque gener aut Sconuortius excusare satis, aut tueri poterant: eoque ventum vt iterum castra ad vrbe moueret. Fiunt & iterum eadem, illi Principem admittunt: iste vtramque partem in pacem iuramento adigit, & obsides etiam capit; è Patricijs duodecim, è plebe quadraginta. Couterello consulatus mansit, & in communione honorum nihil mutatum. Tamen ipse, consensu terente, & quia alieniorum iam principem fenserat, sponte, rebus collectis, vna cum aliquot factiosorum antesignanis, aufugit in agrum Leodicensem. Ibi cum infesta itinera haberet, & mercatores Louanio Germa-

niam petentes, fisteret, aut in vincla daret, pecunia extorquenda: iram Wenceslai serio mouit, qui ipsum ac viginti quinque textorum proscripsit. Nec sic quidem quieuit, sed conatus vrbe irumpere, & suam facere, subsidio clam conspiratorum, successum non habuit, & supplicium de illis sumptum. Ita rebus desperatis, ad preces versus, & Hooghstratani, maxime opera, veniam exsilij impetravit, rediitque; Louanium Anno ∞ CCCLXIX. vbi vitam ingloriam, & in publica execratione, finiuit. Mireris vel ausum talia, tam magno animo, vel desisse tam vili, cap. 11. Iam exitialis seditio narranda est, ait, quæ nouem annis posterior, ab illo fonte manauit. Wenceslaus, vt dixi, honores cum plebe communicauerat, & sic aliquot annis habuerat: donec bello Iuliacensi inauso, ipse captus, & multa nobilitas cæsa, etiam Louanienfium, esset. Hocigitur bello cum Patricij fidem & animum approbassent, plebs tarda aut refractaria fuisset, nec nisi sexaginta Sagittarios dedisset, Princeps è custodia reuersus Louanium, illis honorem pristinum & Magistratum restituit, tantum, quod duo deinceps Senatores è plebe essent. Plebs ægre tulit, sed tulit sexennium, ad comitia vsque Anni ∞ CCCLXXVIII. quibus ipsis, cum ex formula dicta Senatus creatus esset, sed Patres inter se discordes palam agerent, plebs diu occasioni intenta, arripuit, & ipso Magdalenæ sacro die, regionatim, tres quatuorve textores, tota vrbe discurrentes, clamore, & pelium sonitu, ad arma ad arma, reliquos concitauerunt. Concurrunt & statim capta curia Consules cum Scabinis in vincla dantur: Waltherus Leidanus textor, Præfectus vrbis dictus. Placuit mox, Gandensium exemplo, albos Galeros, siue caputia, in signe factionis assumi: factumque est, & adeo proni in res nouas turbidæque tum ferebantur, vt Patriciorum non pauci denegarint, & idem in signe capiti, animo factionem induerunt. Interea Wenceslaus è Francia rediit (eo iuerat) ista edoctus, Louanium venit: ordinemque Senatus, iterum plebi placandæ, mutauit, & in dimidiam partem admisit. Mireris inconstantiam: & magis si non temporis solum, sed pecuniæ hæc data, scribentibus credas: quam è publico aliquam multam sane accepit. Cæterum ciues iure iurando adegit, pacate inter se agere, & vt membra vnius corporis deceret: quod tamen Patriciorum quidam abnuerunt, & patria carere, quam subijci iniurijs aut contumelijs plebs elegerunt. Ita Areschoti, aut Namuri, plerique horum agentes, hanc infestabant, & in agris aut vijs deprehensam abducebant, redimias poscebant. Contra isti, prædijs illorum ignem iniicere, item quos possent capere; & quosdam gladio carnicifis subiecere. Denique in ipsa vrbe, qui reliqui Patriciorum essent suspecti agere, aut suspectantes: vtique post cædem Waltheri Leidani, qui inter capita Haleritorum erat. Is forte Bruxellam missus, Reipublicæ gratia, noctu à cæna reuertens interceptus est, insidijs vt putatur Ioannis Calsterij, & Guilielmi Wilrei, Patriciorum, qui tunc in ea vrbe versabantur. Re perlata, turbatum Louanium, plebs minari & fremere optimates timebat: atque hi, vt infontes incisosque se ostenderent, Legatos ad Ioannem mittere (nam maritus in Gallia etiam aberat) qui peterent inquiri in auctores cædis, & vindicari. Illa tardante, plebs ludibrium rata, aut ex compacto geri arma corripit & in forum venit. Vocantur & in curiam Patres: quorum aliqui venere, quidam triste & ferale oimantem mutato habitu vrbe profugere. Statim apposita Senatui custodia: & seditionis furiosæ

rioso animo ad fores pronolant, & adfistunt: pars etiam, nemine prohibente ingressa. Ibi audita voces, Cedo nobis illum, & illum statim, statim. Atque ij qui intromissi ad nomen singulos capiebant, & precipites e fenestris (horreo dicere) datos, plebs inferne lanceis spiculisque exceptos laniabat. Periere hac rabie ad septendecim: additusque vnus e plebe, quod is Platorum, miserus veteris patroni, scamnis abditum, veste contexerat. Hac facta XVI. Kalend. Decemb. & qui Patrum reliqui domi reperti sunt, in custodiam dati. Post factum frigus, & mox poenitentia aut merus subijt. Nam quomodo Principem hanc laturum? qui breui rediturus, poenas de fontibus in fontibusque caperet.

Itaque deprecatores parant Leuvenfes, Tillamontanos, Dieftemienfes, Litanos, Bruxellenses, Eburones quoque & Tungros: & citius, ecce, opinione Wenceslaus Bruxellam venit. Arma & machinas ille parabat, vltioni intentus. cum legati a predictis ciuitatibus adfunt, & veniam suppliciter petunt, expiationem caedis, quam vellet, offerrent. Tandem diu deliberato, praescriptum vt quatuordecim e plebe, praecipui auctores, in Cyprum relegantur; agnatis caesorum, certa pecuniae summa daretur. Mitis transactio, & intra magnitudinem noxae omnibus visa: tum illud turpe; quod ipsis relegatis pecunia in viaticum quasi legatis a Republ. attribueretur. Itaque non fuit animis placandis. Nam Patriciorum iuuentus fremebat, sanguinem parentum venalem non habere; nec modica ista pecunia redimendum. Iamque vicinis locis aut arcibus occupatis, bellum in suos ipsi ciues gerebant, & praedas vndique agebant.

Nec cessare etiam plebeij, quin vim & maleficia reponere, vel augere; & denique longius ire, & contra Principem foedera occulta cum Gandensibus (qui arma in Comitum tunc habebant, & tota poene Flandria dominabantur) ferire. Denique post mutuas vtriusque caedes, doctus tandem Wenceslaus frustra & temere plebi indulgum, arma cepit, urbemque assedit. Illi repugnant, propugnacula erigunt, & auxilia a Gandensibus, a se impares expectant: Sed cum ea fallerent, & ipsi a Ludouico comite ac Francis premerentur: decursum iterum ad preces, quas Arnoldus Hornanus, Leodicensis Antistes, ipse in castra veniens, ad Principem tulit, & veniam certis legibus impetrauit. Pauci poena affecti; plures indignatione aut metu, patriam mutarunt. & praesertim lanifices, qui in Angliam iuerunt. *cap. 13 sic habet.* Necdum finis, a lanarijs ad lanios imus: atque ex isto etiam corpore fuere, qui Rempubl. turbarent. Paulus Loënkens, ex infima plebe lanius, post caedem Caroli Audacis, & dum de matrimonio Mariae cum Maximiliano deliberatur, partem se Reipub. fecit, & plebem suam. Rumores dissipat, falso expectari Maximilianum, illudere sic Senatores: & melius tutiusque ipsos imperiam habere & exercere. Concitatur deinde dictam populi foecem, capit & abducit ex improuiso quosdam e Senatu, & gladio subiecturus erat, nisi licitor publicus se subduxisset. Iam & Academiae primores se miscuerunt, & auctoritate sua tumultum sedarunt. Superuenit paulo post ipsa Maria, vt auspicia capesseret de more principatus: neque seditiosi admitterunt aut agnouerunt, nisi noua iura & immunitates extorquissent.

Quin etiam cum illa, ad comescendum, Sagittarios ipsius vrbis (honestiores populi) armasset, isti & Sagittariorum quosdam impetu facto cepe-

runt, & quattuor forte obuios Senatorum. Nec nisi agere sedari a Paulo ipso potuere, quin ita eos mulctarent. Tum & in arcem, vbi diuersabatur Maria, incurunt, & adigunt tot malis trepidam virginem, antea condonare, & alia pro arbitrio suo sancire. Iam vt species etiam publice noui popularis imperij esset, additi Paulo, custodiae causa, viginu Satellites, & menstruum ex aetario stipendium. Atque ex eadem deinde publica pecunia lasciuiebant, potabant, conuiuia velut ad societatem & fidem stabiliendam, agitabant. Sed agitantibus, opinione maturius Maximilianus aduenit: quo propinquo, minui potentia Paulli cepit, & stipatores a Senatu adempti. Tamen ipse Maximilianus praesens, nihil etiam pro principe agere, neque vlcus hoc tangere, nisi composu nuptiarum decreuit. Ergo iterum post abitum insolere Paulliani, stipatores repossere & res miscere. Sed edoctus de tota re & periculo denique Maximilianus, Engilbertum Nassouinum, Brabantiae Seneschallum, cum equitatu Louanium praemisit, ipse mox secuturus.

Diffugiunt ad Solem nebulae & nebulones, Paullus in Zelendiam, atque ibi agnitus capite luit. Pleraque horum & certe initia absente Ludouico Pinnoccio Praetore gesta, (is in Germaniam inter legatos ierat) qui vt virerat, animo promptus, manu strenuus, oppressisset, aut quidem pressisset: DEO & fato aliter visum. Sed vltimam, haec quoque seditio urbem minuit, multis non e plebe solum, sed optimatum in agros aut praedia sua dilapsis, atque illic sedem locantibus, taedio tot turbarum. Videtis causas & tempora quibus florentissima olim vrbs defloruit, & ex veteri gloria & copia non nisi vimbram istam habet.

Primum per absentiam nobilitatis Aristocraticae, quae, vt Romani Patricij, imperabat, exorta est; vt & Romanae seditiones, quod multi nobiles bello ceciderant, ceteri in quo ciues imperio premebant, quod factum quoque Louanij fuit; alio qui nobilitas iusta innocens inuisa non esset.

Deinde exules reducti, hinc caedes & fuga, & insolens victoria nobilitatis, ciuium exasperatrix. recruduit deinde in carcerem coniecto rustico, vt olim Romana, facinore Claudij contra libertatem in seruitutem vindicias dantis; sed hic iustior causa penes nobilitatem. Facta pace regnat Couterellus, Nobilitas caesis suis bellum parat. Tandem finiuntur obsidione, & poena, qua facultatem seuendi amiserunt.

## CAPVT VII.

### Osmanidarum seditiones

§. I. DE imperio Turcico saepenumero feci mentionem, eosque monui errare, qui ob communem omniu seruitutem, illud seditione, ac tumultibus vacare contendunt. Quos historia refutat ipsarum Turcicarum, & natura Monarchiae, quae cum sit saeva atque aspera, etiam in perpetuo metu periculoque versetur necesse est. Anno ab incarnatione 1328. mortuo Osmane, filius eius Vrchan, praefecturas principibus suis eripuit, eamque, quae nunc est, seruitutem induxit; magnis deinde malis consistitatis sunt. Nam contra Gilderun Principes conspirarunt, Aegyptiumque inuocarunt. Quin idem etiam a Tartaris auxiliariis desertus, in Temiris potestatem venit, & in ferrea cauea coniectus, proceres eius dignitatibus restituti. Soleiman deinde exercuit frater eius Musá, quae exercitus imperatoris dixere. Eo extincto inter

Nobilitas, opes & factus causa seditionis.

Vide annales Leonclauui Turcicos.

Turcarum imperium cognato sanguine saepe cruentum est.

inter Mahometem & Musam bellum fuit, à Duce suo desertus Musa, & fratrem fugiens à ministro obruncatus est. Interim dum fratres in se bella ci- ent, Caramanir præfectus descivit, & arma infesta intulit Mahometi, sed pace facta cum Caramano, maiorem seditionem Mustapha concitavit, ac de- inde Torlaces, iterumque Mustapha, quibus facil- limum fuit homines rudes ad sese allicere. Murates deinde per Dufmen Mustapham desciscitibus fe- re proceribus omnibus imperio non tantum deic- tus est, sed Mustapha illo suspensio, frater victoris, alius Mustapha, novas turbas exorsus est. Et ne quidquam malorum deesset, Walachus defecit. Inter hæc etiam Ibrahimus, Caramanus rebellavit, quem in gratiam accipere coactus est. Machome- tes sine multis seditionibus imperavit, eo mortuo Ianizari Constantinopolim diriperunt. Baiæfetes ac Zemes fratres depugnarunt, Victorem inuasit Ægyptius, non sine procerum conspiratione. Sed horum & aliorum victor à Chafane Califa, homi- ne solitario & sanctitatem mentio, agitatus est; ille enim simulatione sanctitatis facile populos digna, indigna passos ad seditionem pellexit, quo vix dum extincto Selimus in patrem arma sumpsit, coniurantibusque Ianizaris senex imperium depo- nere coactus est. Ille & Achmetem fratrem occidit, & magno metu regnavit, Solimannum deinde Ibrahimus regno deijcere cogitavit, qui eo vi- que miseriarum venit, ut orto inter filios dissidio, magnis promissis impetravit, ut ab hospite Tech mali Selymus filius cum nepote interficeretur, quo nihil in patre & avo turpius cogitari potuit. Dragutes etiam iam seni rebellavit; nihil itaque fa- cilius, quam in eo regno in quo subditi opprimun- tur, proceres in metu sunt, insignem seditionem concitare, quod videmus hominum vilissimos face- re potuisse.

CAPVT VIII.

Seditionum & tumultuum causa ex parte Rectorum.

Seditionis causa fere Rectorum & populi delicta sunt.

§. 1. Crebras esse in Reipub. perturbationes, motusque damna quotidiana ostendunt, causas inuestigare animus est, ut caueantur & si forte cautio adhibita nulla fuerit, remoueantur. Cause vero vel sunt ex vitio principum, & optimatum, vel populorum, vel vtrorumque, si enim vnquam vlla in re vtraque pars rea est, id fit in tumultibus, & bellis ciuilibus, ibi enim

Reuera muros intra peccatur, & extra.

Cause vero tot sunt, quot vitia: quamuis enim crudelitate, auaritia, superbia, homines præcipue ad rebellandum impellantur, crebro tamen alia quoque cause fuerunt, metus, libido, luxus, aliaque. Quemadmodum enim omne malum corporis, si ingrauescat, vite euertendæ idoneum est, ita quicquid in Reipub. corpore odium, inuidiam, contemptum aliorum inducit, discordiam, factiones, tumultus, bella ciuilia parare assuevit.

Ad seditionem sufficit omne vitium si crescat.

Nam im- portunitas & inhumana omni- arati mole- sta est.

§. 2. Prima ac potentissima rebellandi causa est, Magistratum crudelitas. Nam cum homini vita nihil sit carius, contra Sanguinarios & crudelēs quo possunt modo se tuentur. In leones, lupos, v- fos, serpentes, semper arma gerimus, & aliorum nos præsidio munimus, eorum enim rabiem in nos sem- per armatam esse nouimus. Non alia mens est totius regni, cum regem esse crudelem animaduertunt;

clementia reges facit Deos, crudelitas facit damo- nes. Vetera exempla sunt, impia & fæua Mezentij acta. vnde.

Surgit furii Hetruria iustus.

Et capite de crudelitate id satis ostendi. Nam cru- deles à proximis maxime timentur; Alexander Phereus cuius celebris sæuitia fuit, ab vxoris fratris- bus dormiens, ipsa prælucente est interfectus.

Terribilis multus, ca- ueto multos terribilis proximis, caueto proximos.

Augustum plumbus seditionibus agitarum no- uimus, sed cum eius crudelitate cogitamus, mi- ramur euasisse, Suet. c. 27. Triumviratum Reipub. consti- tuenda per decem annos administravit, in qua restitit qui- dem aliquandiu collegis, ne qua fieret proscription, sed inceptam vtroque acerbis exercuit. Namque illis in mul- torum sepe personam per gratiam, & preces exorabilibus, solus magnopere contendit, ne cui parceretur: proscripsitque etiam C. Toranium tutorem suum, eundemque collegam patris sui Octauii in adilitate. Iunius Saturninus hoc am- plius tradit. Quum per acta proscriptione M. Lepidus in Sena- tu excussisset præterita, & spem clementia in posterum fecis- set, quoniam satis penarum exactum esset, hunc è diuerso professum, ira modum se proscribendi statuisse, ut omnia si- bire reliquerit libera: in cuius tamen pertinacia penitentiam postea T. Aurium Philopomenem, quod patronum suum pro- scriptum celasse olim diceretur, equestri dignitate decorauit. In eadem hac potestate multiplices flagrauit inuidia. Nam & Pinarium equitem Romanum cum concionante se ad- missa turba paganorum apud milites, subscribere quadam animaduertisset, curiosum ac speculatorem ratus, coram se confodi imperavit. Et Tedium Afrum Cos designatum, quia factum quoddam suum maligno sermone carpsisset, tantis perterruit minis, ut is se precipitavit. Et Quintum Gal- lum Prætorem in officio salutationis, tabellas duplex veste- ctas tenentem, suspicatus gladium oculere, nec quic- quam statim, ne aliud inueniretur ausu inquire, paulo post per centuriones & milites raptum è tribunali, seruilem in modum torse: ac fatentem nihil, iussit occidi, prius oculis eius sua manu effosis: quem tamen scribit colloquio petito in- fidiatum sibi, comestumque à se in custodiam, deinde vrbe in- terdicta dimissum, naufragio vel latronum insidiis periisse. Tribuniciam potestatem perpetuam recepit: in qua semel atque iterum per singula lustra collegam sibi cooptauit. Re- cepit & morum legumque regimen aequè perpetuum: quo iure, quanquam sine censura honore, censum tamen populi ter egit, primum ac tertium cum collega, medium solus.

Immane est quantum odium crudelitatis opinio adferat. Iustinianum secundum Philippicus summo omnium gaudio occidit, quod Cherfonenses penitus delere statuerat, classem etiam ad infantes occidendos miserat, cuium aliquem quoties trun- catum nasum emungeret, trucidari iuberet. Diac- l. 19. Dionysij crudelitatem maiore immanitate, at- que iniustitia Locrenses vindicauerunt, vxorem enim eius prostitutam cum filiabus, acubus intra digitorum vnghes compunctas occiderunt, ossa contuderunt, qui carnem non gustarent, execrati sunt. Ælia. l. 9. Verum hæc de re factum c. de crude- litate.

§. 3. Nec minus efficax & multo frequentior est causa seditionum, auaritia imperantium. No- tauit hoc Aristoteles l. 5. Politic. cap. 3. τῶν δὲ ἕβρι- μὲν ἔστι κέρδος, τίνα ἐξείν δαδάμην, ἢ πᾶς ἀφία χερδὸν ἐστὶ φανερόν ὁ βίβλος ἡν τὸ γὰρ τῶν ἐν λαῷ ἔστι πλεονεκτητῶν σα- σιᾶς ἔστι, ἢ ἀπὸς ἀλλήλοισ, ἢ ἀπὸς τὰς πολιτείας τὰς διέ- στας τὴν ἕξουσιαν.

Auaritia imperantium & ministro- rum turba Reipub.

Hærum autem rerum conumelia & lucrum quam vim habeant, & quomodo sint seditionum causa, propemodum ap- paret. Nam cum is, qui Magistratus gerunt, contumeliosi sunt in priuatos, & plura atque ampliora omnia per iniuriam & auaritiam sibi sumunt, seditionem concitant illi tum inter se, tum in eas Reipub. administranda formas, que hanc licen- tiam præbent ac permittunt.

Quod

Quod si omnia in Romana Republ. perpendas, pleraque seditiones ex avaritia nobilitatis ortas inuenies: hinc enim & Tribuni plebis inuenti, vt contra fœneratorum iniurias adessent infirmioribus: hinc leges agrariæ toties tentata, cum plebs gentium victrix in opia contabesceret, nobilitas latifundia possideret.

Nimum multi sunt hodie Cleones, qui τὴν χεῖρ ἐν ἀλλοδαίς, τὸν δὲ ἴψ' ἐν κλοπιδῶν

habent. Caligula omnes commouit cum sibi testamenta legari cogeret, pro edalijs pretium statueret. Galba ob avaritiæ opinionem, ab exercitu proditus est. Eadem de causâ Didius Iulianus desertus, atque in Palatio occisus est. Mauricius cum ob causam sui prodiderunt, dum avari principis custodiam negligunt, & Phocam Parricidam eadem de causâ sustulerunt. Constantinus ob eandem sordes & rapacitatem in Sicilia à suis interfecit est, rapinæ eius à Saracenis in Africam auersa sunt. Persa Macedonum rex fraudatis stipendio militibus, desertus, cum auro captus, & à Paulo Æmylio in Triumphum ductus est. Heraclius etiam dum Saracenos stipendio priuat, Orientis imperium perdidit.

§. 4. Ad avaritiam pertinent iniquæ tributorum exactiões, quæ raro principes dant, crebro illis sunt exitio, officialibus lucro. Darium, qui primum tributa Persici regni ordinauit καπηλεύς seu capto dictus, mores quoque corrupti, & odio genti fuit. Lydi Achæum Regem in tributis exigendis avarum pedibus suspenderunt, ita vt caput Pactolo mergeretur, vt sic auifera aqua eius sitim expleant. Libera voce Tiberio Bartus Dalmata exprobrauit, belli causam Romanos dare, qui non canes sed lupos pecoris custodes mitterent. Quod si præsentia spectemus, Tributorum exactio bellum in Belgio peperit, aut occasionem dedit. Ita que magno pericauendum, ne supra modum, aut morem grauentur, cum enim spoliari se sentiant, grauius insurgunt. Quamuis enim sint extraordinariæ necessitates, vt cogatur interdum princeps pro utilitate publica indictiones, & superindictiones imponere, populus tamen ita affectus est, vt quod pro salute fit, dari alijs interpretetur. Acerbissima vero seditiones sunt, quæ negato tributo oriuntur, & ministros præcipue impetunt. Sic populi Israelitici furor in Aduramum, qui erat supra tributa, singulariter sauij, eum que lapidauit.

Tutissime itaque rex faciet, si tributa parua, per partes, consentientibus statibus demonstrata rei nummaria necessitate exigat; ordinaria conferuet, noua haud facile imperet. Tempore Caroli Sexti noua vectigalia pene regem & regnum euerterunt, plebs enim tumultuata obtinuit, vt ea abolerentur, occisis primum è magistratu clarissimis viris. Eadem de causâ tota Flandria Galli expulsi sunt, cum initium Brugeses dedissent. Plebs quidem humiliter feruit, & quandiu cõsuetâ imperantur, quiescit, cum inuitatis modis se spoliari intelligit, ad arma vertitur.

§. 5. Iniustitia, vel quæ reuera legibus & iuri obsistit, vel quam iniustitiam arbitrantur illi, qui deteriore conditione viuunt. Nam cum omnes ius, hoc est, æquum postulant, idque præterdant, non tamen veram æquitatem agnoscunt. Qui enim aliqua in re sunt æquales, in omnibus pares esse, & hac ratione iustitiam, hoc est, ipsam æquitatem violant. Populus & optimates cum pariter liberi sunt, non tamen etiam par honor plebeio & nobili debetur; illa enim κατ' ἀριθμὸν ἰσθῆς, non est ἰσθῆς κατ' ἀναλογίαν. Rursum qui aliqua in re superiores sunt, nulla in re parem ferre volunt.

idque iustum existimant. Vt cum nobiles oneribus ciuilibus exempti sunt, æquum censent creditoribus non soluere, ad iudicum citationes non comparere, nulli honorem exhibere, minorum seruitia exigere.

Cum igitur ius sibi negari, aut inique dici animaduertunt, ad vim conuertuntur. Magnus imperator Iulius Cæsar nunquam maius periculum adijt, quam cum iudex inter Cleopatram & fratrem lectus, indigens amoris reginæ, contra fratrem iniquam sententiam pronunciaisset, tum enim in seditionem & pene rabiem versi Egyptij vno animo in eum confurrexerunt, adeo vt nudus flumini se committere sit coactus, atque ita ad suos euaserit, nec minus tamen eius vestimenta Alexandri per ludibrium circumtulere. Regnum enim propter iniustitiam de gente in gentem transferri nos sacra litera docent.

§. 6. Magnum etiam ad seditionem incitamentum est metus; cum enim peccarunt, & legum timement vindictam, vel cum innocentes prospiciunt iniurias, malunt anteuertere. ita Aurelianus à suis penam partim merentibus, partim ab innocuis trucidatus est. Incidit autem, inquit Flavius Vopiscus vt ferres fataliter agunt, vt Mnestheum quendam, quem pro notario secretorum habuerat, libertum, vt quidam dicunt, suum infensorem sibi redderet, quod nescio quid de quodam suspicatus esset: Mnestheus, qui sciret Aurelianus neque frustra minari solere, neque si minaretur ignoscere, breue nomen innotuit, mixtus iis quibus Aurelianus veritas scabatur, cum iis de quibus nihil asperum cogitabat, addito etiam suo nomine, quo magis fidem faceret ingesta sollicitudinis: ac breue legit singulis, quorum nomina continebat. addens, disposuisse Aurelianus eos omnes occidere: illos vero debere sua vita, si viri sunt, subuenire. Hi cum exarsissent timore, qui merebantur offensam, dolorem miscentes beneficiis atque officiis, quibus Aurelianus videbatur ingratus, in supradicto loco iter facientem principem subito adorti interemerunt. Recte itaque Aristot. l. 5. c. 3. διὰ δὲ φόβου φασι τὸ ζῆλον δι' ἠδὲ καὶ τὸν φόβον, ἀδελφῶν μὴ δῶρι δὲ καὶ ἐξ ἑαυτῶν ἀδελφῶν φοβούμενοι φθάσαι πρὸς ἀδικήματα. Propter metum autem tumultuantur, qui iniuria affecerunt, ne penas dent, aut qui iniuriam passuros suspicantur, malunt enim preoccupare. Ita Rhodij metu iudiciorum contra plebem conspirarunt. Metus enim vehemens cum ignoscentiæ desperationem facit, omnium affectuum est fortissimus. Vide Heroinam illam

Memer super ipsa dedissem.

Quid metui moritura?

Quorum vita, fortuna, fama in aliena est potestate, Fortunas sapius cogitant, quid possit dominus, quam quid facere debeat; quod si ita sibi conscij sunt, vt iudicent, non posse tantum, sed iure etiam posse, & debere dominum asperius agere, iamque promptum videant ad cruciamenta, & exitia apparatus, omnia tentant vt euadant; quod si multi timent, nulla vis imperij tanta est, quæ premente metu possit esse diuturna. Hinc celeris & inconsulta rebellio, & quidem multorum, quia nemo illi fidus est, quem timet. Athenæ cum Alciabidè ob rem in Sicilia male gestam, ad tribunal citant, ciuitatem euerterunt; ille enim desperans veniam cladis acceptæ, ab infensa plebe se consecuturum, cum eos qui optime meriti fuerat, extrema passos videret, hostibus salutem quam ciuibus credere maluit. Lacedæmonem enim profectus auctor fuit, vt Syracusanis Gylippus auxilio mitteretur, bellum in Atticâ instauraretur, Chijs, Lesbijs, alijs, qui ab Atheniensibus descuerant supplicia ferrentur, ipse in Ioniam nauigans in alienandis ciuitatibus ab Atheniensibus felix fuit. Verum nec apud Spartanos fides fuit, contumelia iniuriaque sua Alciabidem patriæ reconciliarunt, cum enim Ephori ducibus

Qui malum metuunt anteuertere solent.

Fortunas ex aliena potestate pendere miserum est.

Desperans omnia se cum rapit.

H h h

Manus habent in Aetolis seu peritorio, metum in Clodiam pro uincia, seu partem.

Tributa fontes que riarum.

Non mirum est tumul- tuari subditi cum iudices latrocinantur.

ancibus imperaffent vt Alcibiadem occiderent, iterum Lacedæmonios in odium adduxit, tum apud vrbes, tum apud Tifaphernam Perfam, deinde Mindarum, & Pharnabazum ingenti pralio vicit, & imperium maris, Spartanis ereptum Athenienfibus tradidit, à quibus cum iterum in ordinem redactus efferet, patriam videre captam exul coactus est.

§. 7. Timori affinis est spes, Nam & qui aduerfis conflctantur, meliora, & quibus prospere res cedunt, optima sperant. Sic multo tempore imperium Romanum venijt, cum spe impletos militares animos ad facinus seditiofi impelleret. ijdem quoq; spe frustrati principes destituerent. De Vespasiano refert Dio. Neque tamen Alexandrinis gratus erat, cui adeo grauius infensi erant, vt ei priuatim publiceque illuderent atque maledicerent. In causa erat, quod quum sperauissent se ab eo, quem primi omnium imperatorem fecerant, magnam aliquod munus accepturos, non solum nihil eis largitus est, sed etiam ab eis pecuniam exegit, atque tam multam collegit nullo genere tributi omisso, vt ne mendicis quidem pepercerit, ac de diuinis humanisque rebus pecuniam fecerit. Multa enim vestigalia quæ iam solus deserant, renouauit, auxitque multa ex iis, quæ obtinebant, idque in cæteris prouincijs subditis imperio Romano, ac postea in vrbe fecit. Hanc ob causam Alexandrini multa conuicia in eum iactabant, dicebantque præter cetera: eum sex obolos exigere. Spes itaque Egyptios concitat, & destituta furit, norunt hoc illi, qui noua moliantur, nihil ad seditionem magis impellere, quam spe meliorum animos inflare. ita Cyrus Perfam induxit, vt à Medis deficerent. Antiochus simili modo cum Cyplea obsideret, nobiles Cypsalenses, quos in castris habebat, torquibus, argenteisque armis ostentabat, itaque eorum cognati ad eum defecerunt, & quod consecutum est, vrbe tradiderunt. Crudelis est metus, & mali facinoris conscientia. Bagoas metu crudelitatis Ochum regem Perfaram occidit. Artamem filium in regnum extulit, & eodem modo ne iste paternam eadem vlceretur, interfecit, & ad Darium Imperium transfulit. Itaque non magis Senatui quam Reipubl. M. Duellius Tribunus plebis consuluit, cum damnatis decem viris, omnibusque timentibus edixit; Ne eo anno cui diem dicere liceret: at spes acrior, quia actiuos facit, metus torpidos.

§. 8. Multas seditiones excitauit Magnatum & principum licentia in feminas: nam & bella externa inde orta; regia coniux & externi thalami, & rapina pactarum plurimum bellorum causa fuerunt. Sed de seditionibus agimus. Lilius l. 4. Apud Ardeates ortam ait ciuilem discordiam, inter plebem & optimates, ob nuptias virginis cuiusdam plebeij quidem generis, sed forma maxime nota, quam iuuenes duo plebeius alter, alter nobilis expetierint, fretus ille tutoribus, hic vero & matris, quæ quam splendidissimis iungi puellam volebat nuptijs, & optimatum studio. Cum igitur intra parietes peragi negotium nequisset, ventum in ius est, postulari audito matris, tutorumque, secundum parentis arbitrium Magistratus ius dant nuptiarum. Sed vis potentior fuit. nam tutores de iniuria decreti inter suæ partis homines in foro concionati, manu facta virginem è domo matris rapiunt, aduersus quos infestior coorta optimatum acies accensum iniuria iuuenem sequitur. fit prælium atrox. pulsa plebs armata ex vrbe profecta colle quodam capto in agros optimatum ferro ignique excursions facit, vrbeque ipsam obsidere parat. nec vlla abest belli clades. Parum parti utriq; armorum, in vrbe belliq; visum est esse, sed & optimates Romanos ad auxilium vrbis adesse, plebs ad expugnandam secum Ardeam Vollicos exciure.

Scelera maiore scelere defendunt.

Roderici Hispaniæ regis libido adeo ad vltionem inflammanit Iulianum Tingitanum, cuius filiam contumelia affecerat, vt Mamolinum Saracenum in Hispanias euocaret. Vnius itaque intemperantia primo rebellionem, deinde bellum ac feruitum multorum sæculorum nobilissimis regnis attulit.

Reges quoque Romanos pepulic populus, dum aliter pudicitiam vlceri se posse desperant. Decem viros quoq; hac ratione vlti sunt. Pandolphus Tyrannus ob filiam Bellantij abductam conspiratione cognatorum oppressus est.

Aristoteles quoque inter paruas causas, sed frequentes hanc recenlet. Sane in populo Dei vnus tribus interitu fere libido expiata est. Regum potentissimus Xerxes dum fratris vxorem, familiamq; infanda libidine incestat, fratremq; amicissimū trucidat, ab Artabano patruo interficitur. At nihil foedius quàm inter Artaxerxem & Darium filium de concubina certamen. Amabat Artaxerxes Aspasiam, Darium filium regem creat; moris erat vt die inaugurationis filio à patre donum petenti quod vellet, negari non liceret; Darius impudens & ingratus Aspasiam, petijt Artaxerxes iuxta leges donat, & paulò post, cupidine victus eripit. Darius patri necem machinatur, deprehensus capite luit. Quemadmodum vero vetustissimæ bellorum cause sunt, virginum, matronarumque raptus, ita quoque integras Respublicas procerum rivalitates turbauerunt.

§. 9. Honorum cupido & ambitio vix ab vlla abfunt rebellion; plurimarum autem cause sunt solæ. Clara res Aristoteli videtur l. 5. c. 3. δῆλον ἔστι τὴν ἀμύνην τὴν διουλίαν, ἢ πῶς αἰτία ἐδύσασκεν ἡ γὰρ αὐτοὶ ἀλιμαζόμενοι, ἢ ἄλλοις ὄραντες τιμωμένοις ἐστιάουσι, τὰντα δὲ ἀδίκως μὲν γίνεσθαι, ὅταν αὐτοὶ τὴν ἀλιαν ἢ τιμωλίαν τίνες, ἢ ἀτιμωροῦνται. διαιώς δὲ ὅταν καὶ τὴν ἀλιαν. Clarum est quid honor possit, & quomodo causa fit seditionis, qui enim sine honore sunt, videntes alios honorari, tumultuantur. id iure aliquando, iniuria nonnunquam contingit. Dominandi sane libido, vt bellorum, ita seditionū fax est. Romæ grauis erat Senatus plebi, & plebs Senatui, iuniores patrum plebi insultabant, seniores nimis feroces credebant suos iuuenes: malebant tamen si modus excedendus esset, suis quam aduersarijs superesse animos. Primo æquare volunt, deinde ne libertatem & æqualitatem amittant, alios deijcere, alijs imperare volunt, itaque iniuriam repellere vt alijs inferant. Quæ res omnia conturbat. Neque enim tutos se putant, nisi alios qui iure pares sunt, ita prostrauerint, vt resurgere nequeant. Boni etiam principes hoc modo perierunt, sed mutati. Pausanias modestiæ, & temperantis animi in victoria exemplar, secundis rebus elatus, pacem Perficam adornabat, nuptias regias pactus, vt ipse rex Græciæ fieret, quocirca cum in templum vigisset muro inclusus est, ibique fame periijt, cum mater eius Alcithæa in obstructione primum lapidem posuisset.

In Romana ciuitate spe dominationis plurimæ seditiones concitate sunt. siue sacra spectes, siue profana in hoc genere plurima inuenies; Reges Istraëitarum pene omnes ab insidiatoribus occisi sunt, & reges Iudæorum quoque coniuurationes pertulerunt. Sennacherib filij, aliique alios ad regnum enim cadibus venientes, eodem fere modo deijciuntur. Hoc itaque agunt, vt nemo sibi par, nemo superior sit, & vt aliorum sint domini incerto euentu innumeros occidunt.

§. 10. Reipubl. euerfiones vt plurimum eueniunt, cum vnus nimia potentia alicui, & firmatur, de quo sapius actum, sed malum est quod tenacissime hæret. Vnius excellentia libertati populorum, & regum maiestati æquo noxia est; Prudenter Aristoteles: Propter excellentiam porro seditio oritur, cum aliquis vnus, aut

Infanslibido.

Ambitio rebellionum plerumque comes, spe causa.

Prin super causa

aut plures, ampliores opes, maioremque potentiam obtinent, quam fert ciuitas, aut Reipub. administrationis potentia, ex talibus enim rebus monarchia, aut dynastia nasci solet. Quocirca in nonnullis locis praestantiores viros per testam ad certum tempus relegare solent, quod Graci dicunt *ὄγκαισι*, vt Argi, & Athenis. At qui praestat ab initio prouidere, ne viri tam excellentes in ciuitate possint existere, quam malo ex patientia & negligentia nato posterius mederi.

Hinc Roma trium principum conspiratione, tribus dominis communis facta. Hinc oligarchia, coniurationes, ceteraque pestes. Si vero vnus apud principem omnia possit, inuidiam ferre non valet; Si paucorum potentia, inter se conuenire nequeunt, potiusque principem produnt quam conseruant, quia ab aliorum amicitia & societate principem auertunt. Denique ex tot millibus, de quorum potentia prouincia quaestae sunt, vix decem moderate vsi sunt potentia, sed eam in plebis, nobilitatis, principis, ac suam postremo perniciem verterunt. Causa vero est, quia nec in populi, aut procerum, nec in regis voluntate spem habent.

Contumelia potentibus facta, vindictam inuenit.

§. II. Par est error imperantium cum magnos viros contumelia afficiunt. Illi enim cum potentes non facile amittunt vltonis occasionem. Isoboth dum Abnero obicit regia concubina amplexus, magni animi virum & regni stabilitamentum offendit, vt continuo descisceret ad Dauidem. & Dauid quoque dum Ioabum in ordinem redigere nititur, substituto in eius locum Amasa, qui nisi dolo cecidisset, non immerito timendus erat Ioabo. Coriolanus ignominiam iudicij excidio patriae vindicasset, nisi preces matris obtulissent. Hippiani Athenienses ita meritū ceciderunt, sed redeuntem cum centum pedatum, decem equitum millibus horruerunt, quem tamen vndecim millibus instructus Milciades vicit, in quem tamen ingrattissimi fuere, ingentique pecunia multatum in carcere mori coegerunt. Quod si ille ad Persas profugere voluisset, paruis viribus Athenas euertere potuisset, quid enim non faceret, si centena dena millia haberet contra vndecim millia, qui vndecim millibus centena dena millia deuicit? stultitaque ciuitas, quae in viros claros semper iniqua, & maleuola, suis se praedictis desituebat. Baldilus Gallus quod iniuste à Childerico vapulasset regem ipsum & coniugem pragnantem interemit, & Colas pedagogus tres discipulos ad Galeatij Sfortiae necem incitauit, quod plagas quas puer ab eo preceptore acceperat, rependisset. Andreas Lamponianus Galeatium Sfortiam occidit, quod sibi non fauisset contra Episcopum Comensem. Integra Resp. aliquando in hoc genere delinquit. Matho cum exercitu multatus exilio Carthaginem profectus, ingratam patriam obsedit, nec nisi precibus mitigatus est. Vir magnus patriam occupare & perdere, quam cum tot fortibus ciuibus aduersam fortunam innocens luere maluit.

Principum superbia causa exitii

Duobus vero modis in his peccatur, cum nimios honores princeps admittit, vel alios proceres contemnit, illo fastu Caesar amicissimos fidissimosque quondam milites abalienauit, & principes in sui exitium armauit. Suet. in Iulio. c. 76. & seqq. Pragmauant tamen cetera facta dictaque eius, vt & abusus dominatione, & iure casus existimetur. Non enim honores modo nimios recepit, vt continuum consulatum, perpetuam dictaturam, praefecturamque morum, insuper praenomen imperatoris, cognomen patris patriae, statuas inter reges, suggestum in orchestra, sed & ampliora humano fastigio decerni sibi passus est: sedem auream in curia, & pro tribunali thensam, & serculū Circensium pompae, templum, aras, simulacra iuxta Deos, puluinar, flaminem, lupercos, appellationem mensis à suo nomine, ac nonnullos honores ad libidinem cepit,

& dedit. Tertium & quartum consulatum titulo tenuerunt, contentus dictatura potestate decreta cum consularibus simul: atque vtroque anno binos consules substituit sibi in ternos nouissimos menses, ita vt medio tempore comitia nulla habuerit praeter tribunorum & edilium plebis: praefectoque pro praetoribus constituerit, qui praesente se res vrbanas administrarent. Pridie autem Calend. Ian. repentina Cos. morte cessantem honorem in paucas horas petenti dedit. Eadem licentia strepitu patriae more, Magistratus in plures annos ordinavit. Decem praetoris viris consularia ornamenta tribuit. ciuitate donatos, & quosdam à Semibarbaris Gallis recepit in curiam. Praeterea monet publicisque vectigalibus peculiare, seruos praeposuit. Trium legionum quas Alexandria relinquebat curam Rufini liberti sui filio, suo exotero demandauit.

Cap. 77. Nec minorū impotentia voces propalam edebat, vt T. Amprius scribit, nihil amplius Rempub. esse, appellacionem modo sine corpore & specie. Sullam nescisse literas, qui dictaturam deposuerit; debere homines consideratius iam loqui secum, ac pro legibus habere que dicat. Eoque arrogantia est progressus, vt aruspice tristitia, & sine corde extra sacro quodam pronunciantem, futurum diceret letiora quum vellet, nec pro ostento ducendum, si pecudi cor defuisset.

78. Verum precipuam & inexpiabilem sibi inuidiam hinc maxime mouit. Adeuntes se cum pluribus honorificentissimisque decretis vniuersos P. C. sedens pro eade Veneris genitricis excepit. Quidam putant retentum à Cornelio Balbo, quum conaretur assurgere: alii ne conatum quidem omnino, sed etiam admonentem C. Trebatium vt assurgeret, minus famulari vultu respexisse. Idque factum eius tanto intolerabilius est visum, quod ipse triumphantis, & subsellia tribunicia praeteruehenti sibi vnum à collegio Pontium Aquilam non assurrexisset adeo indignatus sit, vt proclamauerit: Repete ergo à me Aquila Remp. tribunus: & nec destiterit per continuos dies quicquam cuiquam nisi sub exceptione polliceri, si tamen per Pontium Aquilam licuerit.

79. Adiecit ad tam insignem despecti Senatus contumeliam, multo arrogantius factum. Nam quum sacrificio Latinarum reuertente eo inter modicas ac nouas populū acclamationes, quidam è turba statua eius coronam lauream, candida fascia praefigata imposuisset, & tribunus plebis Epidius Marullus Cereusque Flauus corona fasciam detrahi, hominemque duci in vincula iussissent, dolēs seu parum prosperè motam regni mentionem, siue (vt ferebat) ereptam sibi gloriam recusandi, tribunos grauius increpitos potestate priuauit, neque ex eo infamiam affectari etiam regis nominis discutere voluit: quanquam & plebi Regem se salutanti, Caesarem se, nō Regem esse responderit: & Luperalibus pro rostris à Coss. Antonio ad motum sepius capiti suo diadema repulerit, atque in Capitolium Ioui Opt. Max. miserit. Quinetiam varia fama percrebuit migraturum Alexandriam, vel Ilium, translatis simul opibus imperii, exhaustaque Italia, delectibus, & procuracione vrbis amicis permissa. Proximo autem Senatu percrebuit fama L. Cottam XV virum sententiam dicturum, vt quoniam libris fatalibus contingeretur, Parthos, nisi à rege non posse vinci, Caesar Rex appellaretur.

Hae in noua & cruda seruitute intoleranda videbantur, postea virtutes haberi coeperunt. Neque sane finis esset, si exempla virorum fortium enarrem, qui contemptu sui indignantes ciuicos motus excitauerunt. Coriolanus, Belisarius, Narfes, alij testimonio sunt. Victor quidem Pisanus cum à Veneto Senatu in vincula coniectus, à plebe liberatus, moneretur ab insigni viro, vt iniuriam vindicaret, colaphum illi impexit, adiunxitque vocem maiorem omnibus gestis: An ego patriae decreta vnquam contempserim? Verum tanta virtus rara est, quod si alibi sit, non tamen esse eam confidere patria potest, aut debet: quia & mutari facile potest.

§. 12. Propter minas multi principum euerfi sunt, Mina per vt supra de Aureliano docui. minari itaque Magistratus non facile debet, nisi vt delictum vitari possit.

Hhh 2 fit,

fit, certissimo enim se periculo exponit. Si enim necem alicui minetur princeps, ille vel de fugienda, vel facienda cogitat, idque agit ut princeps potius quam ipse pereat. Ad metum hoc pertinere non dubito. Quia tamen metum potentissimum & violentissimum comminationes efficiunt, facillimeque effertur in vulgus, & augentur, omnino est minus abstinendum. Tutius est nocentem occidisse, quam mortem minari. Minæ enim vel sunt potentis, & quas euadere nequeas; & sic præmatura sunt; vel imbecilli, & sic vana sunt, utroque modo executionem faciunt difficiliorem. Minantis, si potens est, inuidiosa est atrocitas, si infirmus, nulla est auctoritas. Qui minatur inimicum admonet, non nocet. Facillimum namque illi est tibi irrogare malum, quod alteri minatus es. Addo etiam illud. Illum cui malum minatus es videri iustam habere causam, ut feceratur, & velut bello indicto sese ad defensionem parat. Quam vox imprudens fuit imperatoris Romani, qui tribunus tum erat militati potestate; *Malum militibus meis nisi quiescant!* Hoc enim verbo inflammati, cædem fecerunt. Qui enim minatur affectu & ira videtur effertur, atque iudicare cum nondum cognouerit.

Oppositi  
Magistratus  
in Rep.

§. 13. Cauendi oppositi in Republ. Magistratus. Itaque infcitissime fecerunt Romani, cum tribunos plebis dederunt, perperuum seminarium omnium seditionum, multo sapientius consulem alterum de plebe creassent. Nam tribuni plebis primo eos adegerunt, ut tribunos militum consulari potestate eligere cogerentur, deinde matrimonia, tertio alterum consulum, tandem utrumque, denique censuram, dictaturam, omnia extorserunt. Contigit itaque Romanis ut per *Δυναστείας* & tribunos suos inteciret, quod narrat Arist. pluribus euenisse l. 5. c. 5. *Democratia* igitur mutatur maxime propter leuem tribunorum petulantiam. Nam parum locupletis calumnias auerentes, eos coire & conspirare faciunt, (conciat enim & coniungit vel inimicissimos communis metus) partim communiter multitudinem in eos incitantes. Atque hoc in multis qui ira euenire videat. Nam etiam in commutata democratia est, exortientibus in ea improbis populi ductoribus. Nobiles enim coiuerunt, & Rhodi: stipendium enim militibus populares concionatores præbebant, & Tirimium præfectus ista perfoluere vetabat. Illi autem propter iudiciorum grauium, (qua qui ex lege non nauigarent, erant subituri,) metu coacti sunt, coitione facta populi potentiam euertere. Heraclea quoque opes populi fracta & dispersa sunt, statim post coloniam eo ab Atheniensibus missam, culpa popularium & leuium populi ductorum. Cum nobiles ab iniuria afficerentur, exire e ciuitate coacti sunt, deinde qui eiecti fuerant in vnum conducti & contractis copiis, in ciuitatem, ab exilio reuersi, Democratiam susulerunt. Similiter & que Megaris erat democratia, dissoluta & conuulsa est, nam populi ductores ut bona priuatorum publicare possent, multos nobiles e ciuitate exterminarunt, usque eo, donec magnum exulum numerum fecerunt. Illi autem in ciuitate ab exilio reuerti cupientes, signis collatis popululum superarunt, & oligarchiam ex Democratia fecerunt. Idem porro & Cumis accidit: quam in vrbe democratiam Trasymachus funditus deleuit. Atque in alijs fere ciuitatibus, si qui animaduertere & considerare velit, rerump. conuersiones, & mutationes hoc eodem modo fieri videre possit. Interdum enim ut a populo gratiam ineant, nobilibus iniuria inferentes, eos ad coersiones & coitiones faciendas impellunt, dum aut eorum bona legibus agrarijs populo diuidunt, bonorumque æquationem inducunt, aut veltigalia functionibus munerum publicorum exhaerunt: interdum falsis criminibus in iudicium adducunt, & inuidiam vocantes, ut diuitum fortunas & facultates rei familiaris publicare possint. Præcis quoque temporibus cum idem populi ductor fieret, & imperator democratia in tyrannidem vertebatur, fere n. plerique tyranni antiqui ex populi ductoribus facti sunt.

Externo ad  
fidem, im-  
perium  
amittunt.

§. 14. Imperia etiam plurimi perdidit, cum externos in ciuitatem adciuerunt. Arist. l. 5. c. 3. Ad seditionem excitandam valet etiam id, quod non est eiusdem generis

& generis, donec consenserit & conspirarit. Quemadmodum enim non ex qualibet & sortito oblata multitudine fit ciuitas, sic neque, quouis tempore. Quapropter qui inquilinos aut aduenas in ciuitatem receperit, ipse se oēs, aut certe plurimi, seditionibus conficiati sunt. Exempli causa cum Troezenis Achii Sybarim incolerunt: deinde Achii numero aucti Troezenios eiecerunt. Vnde scelus Sybariticum natum est. Et Thurijs cum Sybarita populos vna secum habitantes, & in ciuitatem receptos iniuste laderent, & maiorem agri tanquam sui partem, superioraque adeo omnia sibi assumerent, exacti sunt. Et cum Byzantijs aduenas sibi insidiari cõperissent, & manifeste quasi in ipso furto deprehendissent, eos praelio commisso superatos exterminarunt. Et Antissiei Chiorum exsules in ciuitatem receptos cum eos res nouas moliri sensissent, signis collatis eiecerunt. Et Zancleis cum Samios in ciuitatem suam receperissent, ipsi ab eis victi & expulsi sunt. Et Apolloniata qui in ponto Euxino habitant, cum aduenas quosdam inuissent, seditionem inter se concitarunt. Et Syracusani post tyrannos exactos, peregrinos & mercenarijs militibus ciuibus factis, dissenferunt ac discordarunt inter se, & praelium commiserunt. Et Amphipolitæ Chalcidensium colonis receptis, ab his eiecti sunt eorum plerique.

Prudenter itaque Romani Gallos, qui Alpes innoxii transierant, recedere iusserunt, Causam Galli agunt. Se superante (Liu. l. 39.) in Gallia multitudine coactos inopia agri, & egestate, ad querendam fidem Alpes transgressos, que inculta per solitudines viderent, ibi sine vllius iniuria confedisse, oppidum quoque adificare cepisse: quod indico esset, nec agro, nec vrbi vlli vim allaturus venisse. nuper M. Claudium ad se nuntium misisse: bellum se cum iis, ni dederentur, gesturum, se certam, et si non speciosam pacem, quam incerta belli præoptantes, dedisse se prius in fidem, quam in potestatem populi Romani. Post paucos dies iussus & agro & vrbe recedere, sese tacitos abire quo terrarum possent, in animo habuisse, arma deinde sibi ac postremo omnia alia que ferrent agerent, ve adempta. orare se S. P. Q. R. ne in se innoxios deditos acerbius, quam in hostes seuerent. Populus Romanus arma reddidit, abire iussit.

Non facile gentes inter se coalescunt, nisi matrimonio, vestitu, lingua, paulatim similes reddantur. Bebryces adierunt in ciuitatem Phocenses, qui cum armis opibusque florent, hospitibus illi inuidere cõeperunt, eosque tollere de medio cogitabant, quo cognito Phocenses insigni stratagemate victos Bebryces occiderunt, & vrbem soli possederunt. Vtinam id illi fecissent, qui primum barbaros in imperium vocarunt, agrosque dederunt, qui deinde Turcas Europæ immiserunt. Et nunc quoque dum hæc scribo, quid aliud agunt illi, qui comparatis vndique exterorum auxilijs, Ferdinandum Imperatori rebellant, idque in conspectu Turcorum, amico etiam & Vafallo Turcorum adiuti, quam ut in Germania possessionem tyrannum inducant? sed eas principum discordias peccata peruentium efficiunt: & eadem tamen principum seruitute, vel exitio sopientur.

§. 15. Arma populo data ad defensionem, nisi carere Respubl. administretur, facile eam euertunt. Ideoque illa non omnibus, sed nonnullis & selectis permittenda sunt. Rebelles Aqueusium cum armati essent, Senatum eiecerunt. Id multis olim imperij ciuitatibus contigit: quin & rustici quandoque arma ceperunt. Reducenda itaque nouella 85. t. de armis. Magnam Deum & Saluatorem nostrum Iesum Christum, & eius auxilium semper inuocantes, studemus omnes subiectos nostros, quorum regimen credidit nobis Deus, illos & sine calumnia custodire & inhibere bella, quæ per suam considerariorem suscipientes aduersus alterutros operantur dolores, duplex ex hoc contra se supplicium inferentes, tam quod sibi inferunt, quam quæ legibus resaniam eorum punientibus patiuntur.

Cap. I. Volens igitur huiusmodi moribus, homines liberare, prospexit arma factura, opus nullum priuatum operari, fortissime permissenda. Armis autem illos arma facere, qui in publicis deputati sunt armificatoris, aut qui dicuntur fabricensis, eos autem, qui

Gentes di-  
uersas in y-  
num mi-  
scenda.

Cal-  
mor-  
cessu-  
fuo.

Arma cau-  
rissime per-  
mittenda.

qui operantur arma nulli vendere priuato, sed neque qui in numeris constituti sunt a: misactores, quos etiam deputatos appellat, qui de fisco annonas accipiunt, permittimus operari, aut alicui vendere arma: sed solum diligentiam habere armorum militum in numero constitutorum, in quibus militat. Si vero nouum aliquid faciunt, hoc auferri ab eis & in sacro nostro inferri armamento adiciendum ibi repositis publicis armis.

Cap. 2. Hoc autem obseruare volumus & eos, qui in ordinibus ballistariorum sunt, quos per diuersas statuimus ciuitates, ordinantes eos & arma facere sancientes, vt & ipsi sola publica arma in armamento publico vniuscuiusque ciuitatis recondita corrigant, atq; renouent. Si qui vero vni aliquid armorum instruxerint, hoc similiter & ipsi inter publica arma presentent, & nulli alteri penitus vendant. Hoc quoque custodiant, qui in Ballistariis deputati sunt, periculo patrum ciuitatum, sub quibus & ipsos ballistarios statuimus, & publicorum armamentorum diligentiam atque custodiam constituimus: quatenus si qui visi fuerint aut deputati, aut fabricensiu vendentes arma, prouideant per loca iudices, eos supplicis subdere, insuper etiam arma ab eis, qui ea comparant, sine pretio auferre, & publico vindicare.

Ceteris armorum cessu promissio.

Cap. 3. Hanc igitur gubernante nos Deo cogitationem, per presentem sancimus legem, in nulla ciuitate aut prouincia nostra reipublica habere licentiam priuatos, aut alium quempiam arma facere, aut vendere, aut quolibet mercari modo: sed solos eos, qui inter fabricenses referuntur, hac instruere & deferre ad sacrum nostrum armamentum. & hoc à tua celsitudine, & qui post te susceperint cingulum, custodiri sancimus, deputantibus nobis aliquos chartulariorum qui sub tua celsitudine in scrinio sunt constituti fabricensium, periculo quinque inter eos priorum bonam opinionem habentes & oportunos, qui in hac felicissima ciuitate, & aliis ciuitatibus nostre Reipublica arma faciunt, requirentes prohibeant priuatos, aut etiam alios quosdam, citra eos qui deputati sunt inter fabricenses, armifacere agere causam, & in quibuscumque competerint locis, aliquos priuatos hoc audentes, hac offerre, & fisci applicare armamento. Si autem inter operarios priuatos, opifices oportunos inuenire potuerunt, hos si voluerint in militis statu statuere, & in descriptione nomina eorum facere, & destinare nobis descriptionem artificum, vt per sacrum nostrum scriptum in illis statuatur locis, in quibus sunt publica fabrica, quatenus illi operantes arma & de fisco annonas accipiant, hoc enim factu & subtiliter obseruare à predictis personis, licentia penitus nulli dabitur, neque ciuitates inhabitantibus priuatis, neque villas incolentibus rusticis armis vti aduersus alterutros, necque presumere, & ex hoc plurimos homines occidi, publicas vero perire functiones, dum terra cultores vitam amittere metuentes, fuga propter timorem videntur; oportet ergo eos qui dirigitur à tua celsitudine ex memorato fabricensium scrinio ad prohibendos priuatos armorum factores, confessionem accipere etiam per loca iudicum, & subiectorum eis officiorum, & ciuitatum defensores & patres, quia nihil valebunt de cetero horum, qua à nobis prohibita sunt, aliquid agere, sed qua per presentem sancita sunt legem custodiant, penam & in pecuniis & in ipsum formidantes caput. Sancimus enim magna quidem Alexandria iudicem negligentem, qua à nobis sancita sunt, viginti auri librarum exsoluere penam, & cingulo cadere, & huius officium similiter auri librarum viginti, dare penam, & capitale subire supplicium: aliarum vero prouinciarum iudices damnum decem librarum auri sustinere, similiter autem casus cinguli subiacere & eorum officia. Defensores autem & patres ciuitatum, trium librarum auri multari pena & in capite sustinere periculum, si quod tale factum compertentes non punierint, aut hoc agere volentibus non nuntient, sed late permisserint.

Cap. 4. Vt autem palam fiant, qua à nobis prohibita sunt, à priuatis & aliis quibusdam, citra eos qui in sacris nostris fabricensibus referuntur, fieri aut priuatis vendi arma: & hoc per presentem legem significari curauimus. Prohibemus enim priuatos fabricari & emere arcus & sagittas, & spatias, & enses que vocare consueverunt semispathia, & qua vocantur

Zabe sue lorica, & contos & quolibet modo vel figura factas lanceas, & que apud Sauros nominantur monocopia, & appellatos stinnos seu misilia, insuper & aspidas siue scuta, & galeas seu cassides; non enim ista aliquid in instruere sinimus, præter eos qui deputati sunt in sacris nostris fabricensibus, solos autem fieri & vendi à priuatis, & priuatis vendi permittimus cultellos minores, quibus nullus in preliis vititur. Presentem igitur legem generalem tua celsitudine, in hac proponat regia ciuitate, nec non & per alias ciuitates nostre Reipublica, vt omnes agnoscentes qua placuerunt nobis, hæc obseruent.

Qui verò exercendi sunt, melius publicis armis exercentur, vt factum apud Romanos.

CAPVT IX.

Seditioꝝ cause ex subditis.

§.1. SEDITIOꝝ origo, quemadmodum morborum ex constitutione corporis, ita ex imperij amplitudine, diuersiq; partibus oritur. Ang. veie l. 19 de ciu. c. 7. Quamuis de sunt hostes, tamen ipsa imperij latitudo peperit peioris generis bella, socialia scilicet & ciuilia quibus miserabilis quæritur genus humanum, siue cum belligetur vt aliquando conqueſcant, siue cum timetur, ne rursus exsurgant. Oriuntur igitur discordiæ populi crebro nulla causa, nequitia tantum & lasciuia populi, & eorum qui populum ducunt. Huiusmodi fuere seditioꝝ populi Israelitici in deserto, contra Moſem & Aarone, contraque Deum ipsum infestæ. Quid enim æquius benigniusq; Moſe, quid magis propitium quàm Deus, qui quotidianis miraculis beneficiisque rebellium ingratitude obruebat? Nulla etiam seditioꝝ causa in Samuele fuit, & confurgentes tamen cum abiecerunt, regemque petierunt. Quid mouit furiosos vt Abſolonem, deinde Sebam duces secuti impia arma Dauidi inferrent? Alia cogitare non possum, quam felicia bella sancti regis, gentiumq; vicinarum prædas, indeque luxum, qui plurimos merferit. Hinc Abſolon populi vitijs magis idoneus quam Dauid, & Seba omnia permittitur, vt qui esset vir Belial, & tæterrimo cuique obnoxius, fautorque.

Seditioꝝ interni morbi sunt.

Seditioꝝ saepe nulla ex causa.

Ad hoc genus reuoco stultissima ludicra, ob qua seditioꝝ frequentes motæ sunt. Histiones & Pantomimi à Nerone ex Italia pulsi sunt, quod eorum causa variæ factiones oriretur, adeo vt ad contentiones fautorum militem theatro affidere oporteret. ita Suet. male Nerua restituit, bene Traianus iterum abstulit.

Sine causa etiam & occasione in Leonem tertium Romani, in Vitalem Michaëlem Veneti, quod reducta classe pestis urbem inuasisse causati; In suos Magistratus, & Neapalionem legatum Bononienſes, itaque crebro existunt, quarum nulla in rectoribus causa, nec causæ prætextus vllus.

§.2. Belli quidem Sebani causa fuit factio; & inuidia, quod tribus Iuda non presentibus alijs Regem reduxisset. Quare (inquiunt 2. Reg. c. 19.) teſerati sunt fratres nostri viri Iuda, & traduxerunt regem, & domum eius Iordanem, omnesque viros Dauid cum eo. Et. Decem partibus ego maior sum apud regem, magisque ad me pertinet Dauid quam ad te, cur fecisti mihi iniuriam, & non mihi nunciatum est priori, vt reducerem regem meum? Durius autem responderunt viri Iuda filiis Israel. Quid hic aliud quam merus amor in regem? & vide tamen mutabile ingenium populi c. 20. F. Bochri cecinit buccina, dixitq; non est nobis pars in Dauid neque hæreditas in filio Isai, reuertere in tabernacula tua Israel: separatusque est omnis Israel à Dauid, secutusque est Seba filium Bochri. Tam facile animos mutat inuidia contentioſa. Pars contempta se mox applicat non nobili alicui & forti duci, sed

Seditioꝝ causa mutua inuidia, & prætextus in principem amor.

Seba filio Bochri viro Belial. Inuidebant itaque Tribui Iuda, cui regnum perpetuum promissum fuit, felicitatem; & vnus hominis contagione insaniunt; nam illo caelo omnes conquiescunt. Malignum sane vulgus, limis semper oculis procerum felicitatem inuetur, & cū potest, aduersatur. Arugo illa Remp. ex fugit quam frangere & sternere nemo potest. deinde ex sanguinem hostibus suis dilaniandam contradit.

Talis erat illa nobilis in Anglia seditio rusticorum: nō enim tam oppressos se queruntur, quam nō esse pares nobilibus. Anno 1381. Cantij iugum omne detrectabant, nobiles de medio tollendos dicebant. Ab eodem Adamo omnes sine discrimine natos, pares omnes esse. Itaque arteptis armis multos ē magistratibus nobilibusq; factio interemit, bona eorum diripuit, regem ad iniquas condiciones adigit, donec tandem auctores puniti sunt. Huiusmodi fuere conuentus Atheniensium, cum viros claros, & optime meritos exilio multarent.

§. 3. Causa seditionum etiam esse solet, cum potentes patrimonia absumpserunt: Causam eam sapientissime notauit Arist. l. 5. Pol. c. 6. *Fiunt & oligarchia conuersiones etiam, cum pauci potentes qui Remp. moderantur, rem suam familiarem consumserunt, intemperanter viuendo. Etenim tales homines rebus nouis student, & aut ipsi tyrannidem occupant, aut alium tyrannum parant: quem admodum Hipparchus Dionysium Syracusis, & Amphipoli quidam cui nomen erat Cleobino, Chalcidensium inquilinos in urbem adduxit: eosq; cum venissent locupletibus in senos reddidit, atq; in eos incitauit. Et in Aegina is, qui negotium illud, qd ad Charetem attinebat, gesserat, Reipub. administranda formam mutare conatus est propter talem causam. Interdū igitur aliquid mouere & nouare conantur: interdum pecuniam publicam furantur, ex quo aut inter se dissident & discordant, aut qui his Remp. depeculantibus aduersantur & repugnant: quod Apollonia accidit, eam dico quae est in Ponto. Haec prisca exempla, noua memorare nihil attinet, quibus res mala, aut nulla domi, spes multo asperior, seditiosi sunt. Foris subsidia viuendi quarunt. Omnino ita fieri a solet, communi interitu sua mala sopire conantur. rebus turbatis alacres sunt, quia aliqua spes affulget, in pace illis turbæ sunt. hinc tumultum & incerta pericula malunt, quam certa domus suæ mala. Certum itaq; esse statuat Magistratus, tot esse in Republ. hostes, quot sunt qui nequitia & libidine rem decoxerunt. Iulio regia pecunia opus erat, vt nihil haberet, omnia enim in largitiones effuderat. Carilina sunt, & Cerhegi, quibus ex luxu probra paupertatis ad facinus sunt incitamento. Demades Atheniensium orator ante opulentissimus, tandem pauper ciuitate pulsus est, septies falsi accusatus. At nihil opus est externa querere, Curionem, Milonem, ceterosque miseros & turbatores, praesertim Iulium, Caesarem & Antonium Triumvirum historia exhibent.*

§. 4. Euertitur etiam Respubl. cum paulatim eo usque res deuenit, vt potestas magistratus imminuatur, & potentiores sint illi quos parere leges iubent. Illi enim non parent dicto, nisi animo collibitum est. Hinc Romanum Imperium infirmum redditur, cum duo tresve principes pares sunt imperatori, cui si se opponant sine dubio magnas difficultates inferrent Reipubl. causa est, quia potestas sine viribus contemnitur. Sic teste Aristotele mutata est Respubl. Thebanorum, quod plures, meliores, fortioresque essent, qui non admitterentur ad Reipubl. administrationem. Idem Megarensibus euenit, Syracusis, Rhodisq; Ne. calid perdidit imperium Constantinopolitanum quam principes ab imperatore dissidentes, tanta potentia vt eos in concordiam redigere non possent: Hac enim ratione contingit, vt ea sit potentia diuturnum, quæ vigorem magistratus prorsus tollit. Eodemque

Magni viri extra magistratum non relinquendi.

modo in magno imperio, principum. Atheniensium quidem Remp. magistratus sortito electi, & plebei perdidit. Turpe est enim eos eligi vt praesint alijs, quos cognatos, parentes, filios nemo praepudore nominare auderet. Hinc viri nobiles, & magno animo praediti, contemptu vilium praesidium, qui & vulgo ridentur, facile conspirare, & in se transferre potestatem valent.

§. 5. Dissimilitudo etiam facile seditiones concire potest, vt cum sub vno rege sunt diuersae nationes, quarum alias aliae ferre nequeunt. Quod Clazomenis & Athenis factum memorat Aristoteles. Nostro etiam tempore frequenter vidimus exercitus ex varijs nationibus collectos inter se tumultuari. Vidimus & vrbes clarissimas exterorum admissorum seditionibus agitari. A quis granum principū; Belgæ inquilini, qui errorum & rebellio nis causa, patria excefferant, exercitati iam malis ciuilibus, turbauere, pulsus Catholicis. Idem Wessalia & Bremæ fecere in ordinem redactis Lutheranis. Olim maius ex hacre periculum fuit, cum coloniae deducerentur interdum ex diuersis gentibus, maxime si miscerentur antiquis ciuibus. Crebro itaque legitimus initium caedis in coloniis factum. Plus autem ad discordiam valet regionum, quam nationum diuersitas.

§. 6. Quod si rem ipsam spectemus, eadem ex populo cauta seditionum oritur, quæ ex rectoribus, cum vt in hominibus eiusdem naturæ, sic vitiorem quoque sit affinitas. De Roma sua fatetur Florus l. 5. c. 12. *Qua enim res alia furoribus ciuiles peperit quam nimia felicitas? Syria prima nos victa corrupit, mox Asiatica Pergamini regis hereditas. Ille opes atq; diuitias affluxere seculi mores, mersemque vitii suis quasi sentina Remp. pessum dedere. Vnde enim populus Romanus à Tribunis agros, & cibaria flagitare, nisi per famem quam luxur fecerat? Hinc ergo Gracchana & prima, & secunda, & illa tertia Appuleiana seditio. Vnde regnare iudicariis legibus iussus à Senatu eques, nisi ex Auaritia, vt retigalia Reipub. atque ipsa iudicia in questu haberentur. Hinc rursus & promissa ciuitas Latino, & per hoc arma sociorum. Quid autem bella seruilia: vnde nobis ex abundantia familiarum? Vnde gladiatorum aduersus dominos suos exercitus, nisi ad conciliandum plebis fauorem effusa largitio, cum spectaculis indulget, supplicia quondam hostium artem facit? Tam vt speciosiora vitia tangamus, nonne Ambitiosus honorum ab istdem diuitiis incitatus? Atqui inde Mariana, inde Syllana tempestas. Aut magnificus apparatus conuiuorum & sumptuosa largitio, nonne ab opulentia, paritura mox egestatem? Hac Catilinam hostem patrie sue impugit. Denique illa ipsa principatus & dominandi cupido, vnde nisi ex nimis opibus venit? Atqui haec Caesarem & Pompeium, iurialibus in exitum Reip. facibus armauit. Hos igitur omnes populi Romani domesticos motus separatos ab externis, iustisque belli ex ordine prosequemur.*

Adiuuant hæc omnia magisq; intenduntur, cum in populo grassantur, tum quia vulgantur in plurimos, tum quia populus haud facile vitij resistit, plus in eo est animi quam consilij, instabilis est, & sententias, vt tempestates aura commutat. Motuum & mutationum cupidus est, quia multi in eo sunt agentes, multi nouarum rerum appetentes. Quemadmodum enim nautis fame ac siti laborantibus quaelibet terra grata est, ita pauperibus, in quietis, afflictiis omnis mutatio melius aliquid allatura videtur. Oraculum est Platonis in Axioch. *Populus ingratus est, rerum facile fastidiosus, mutabilis, crudelis, inuidus, inuidius, irpote ex plebis colluue, & violentis impostoribus collectus. id honestum putat quod à plerisque laudatur.*

§. 7. Maximum est, & pene incurabile seditionis genus, quod ex superstitione oritur. Ratio enim eius ex intimo oritur animo, & ad omnia fanda, infanda propellit, neque cessat quamdiu mentes obident superstitione.

Diuersae gentes facile tumultuantur.

Idem in populo sunt fontes malorum, qui in rectoribus.

Schedae am. C. M. 10.

Am. M. 1. 21. Calend.

Julii a. 1. 1. 1.

Nonatores  
periculosi in  
omni statu.

Exemplis do-  
ctum.  
Euni.

Pseudopro-  
pheta Aegy-  
ptii.

Marci.

Elmahelis.

Cheminis.

Schacoculis  
ann. Christi  
M. 10. 11.

Am. M. 10.

xxvi.

Calenderis.

Judaei ayo-  
vici.

perditiones. Libet hoc loco admonere quod vir clarissimus, nostri seculi magnum decus, Justus Lipsius facit, L. aduersus Dialogistam. Verba eius sunt. Serio ego vos Principes moneo, cauete. A nulla re maius periculū imperijs & sceptris, quā ab innouata, aut infidiōse simulata religione. Hi. n. tales cōmouent animos plebis maxime & per speciem pietatis impellunt quo volunt. Exempla dabo? Ecce hæc pauca. Eunus (Flor. 3. c. 19. & Diod. Sicul. in Fragm.) olim in Sicilia fuit conditione seruus: qui fanatico furore simulato, dam Syriæ Deæ comas iactat, ad libertatem & arma seruos quasi numinum imperio, concitauit. & LX. amplius millium exercitu coacto, palam Regem se ferens, Siciliam totam subegerat, nisi ægre, ægre coërcuissent Romana arma. Quid Pseudopropheta ille Aegyptius sub Claudio? qui in Iudæa (Joseph. 2. belli Jud. c. 12.) per hanc ipsam speciem pietatis ad triginta M. hominum sibi adiunxit, cum ijs Hierosolyma petijt, arcem illam & sedem regni habiturus: nisi à Floro præside qui obuiam egressus, acie victus cælusque esset. Haud dissimile Marici illius factum sub Vitellio: qui (Tac. 2. hist.) assertor Galliarū & Deus (id sibi nomen indiderat) concitis octo millibus hominū, proximos Aduorum pagos trahebat, maiora & ipse aufurus, cum fanatica multitudo delecto milite oppressa vel disiecta est: Quid Elmaheli in Africa? is (vt refert Joh Leo l. 2.) mira sanctimonie opinione conciliata gente, bellum suo & Maroccenium regi (Abrahamus tunc erat) palam intulit, acie vicit, regno & vita spoliavit.

Nec dissimilis fraudis & fati in eadē Africa (idem Leo l. 3.) impius alius (Chemen Mennal vocant) qui rituum & religionis vanitate illectum populum in Regem Fessæ concitauit, pendere tributum vetuit; denique per aperta eo adegit, vt pacto sibi traderet Temesinæ regnum. Apud Turcas ipsos (vt referunt annales Tur.) nonne aliquoties res motæ hoc prætextu? fuit Schacoculis quidam simulatæ sanctimonie vir, & hoc sine in solitudinibus plerumq; agitans: cui ipse Princeps Turcarum Baiazites munuscula annua mittere in speluncam veneratione pietatis solebat. Is vbi maturum visum, post septē annos prodit, sectam nouam profeminat, fautores, alleclatq; reperit. Cum ijs vrbes aliquot Asiæ inuadit & diripit, ipsum Bassam Anatoliæ iusto prælio vincit. Imo paulo post Corcutem quoque Baiazitis filium, & mox Ali Bassam cum robustis veteribusque copijs aduentantem. Quid multa? in discrimen summum rem Turcicam adduxerat: cum visum ei defletere in Perfarum fines, quorum Rex eiusdem illius sectæ. Nam hæc est Sophilariorum secta, quæ præcipua causa etiam nunc inter vtramque istam gentem belli. Sed cum in via Carauanam quandam Perseam (agmen vianum ita vocant) milites eius inuassent ac diripissent, plerisque viatorum cæsis: ita ægre Ismaël Sophi Perfarum id tulit, vt ipsum, præfectosq; eius omnes, illico trucidandos satellitibus suis objiceret: reliqua multitudo in seruitutem adjudicata & diuisa. Hæc iusta Nemesis nebulonē illum afflecuta est. In eadem Asia iā nuper Suleimanne Principe (vt referunt Annal. Turc.) quidā Calendër Zelebis insurrexit ad res nouādas, teceus hoc ipso pietatis velo. Is cū aliquo Deruiforum numero Sangiacos plures fudit, & Anatoliam totam vocauit ad arma. Sed. n. missu aspicijsq; Suleimānis, Ibrahimes Bassa, ancipiti plio ipsum, factionē que deleuit. Quid in Creta insula (veniendum ad ridenda est) Judæus quidā (vt Socrat. Eccl. hist. 7. c. 37.) Theodol. Imperatore, quā scelestæ & periculose gēti suæ imposuit? Finxit se nouū Mosem adesse, callitus missū, vt eriperet eos e diutina seruitute. Oppidatim ergo circūit, hortatur opes, amicos relinquere; se se qui in terrā illam promissionis, & addebat (veteris il-

lius Mosis exēplo) per ipsum mare se eos traducturū. Credunt, cōueniunt, immēsa multitudo, omnis ætas, omnis sexus ad promontoriū, illo duce properant, i-tur in beatam terrā. Ipse insilire iubet, quod factū insana cōfidētia à plurimis: qui statim merfi, paucis eorum scaphis piscatorijs exceptis. Caput ipsum sceleris nusquā cōparuit, siue homo, siue humana specie Genius malus fuit. Deniq; nostro aut patrū quo nōne talia monstra? Joan. Leiden. ille nobilis, vibex & macula suæ vrbs. Qui opificio sartor, regna & sceptrā somniauit: & adeptus capta Monasterio vrbe, nisi potēte exercitu Principes imperiū obfedisent, recepissent, ipsum & alleclas cōdignis supplicijs affecissent, vt iure hæc concludā Liuiano (l. 39.) dicto, nihil in specie fallacius, quā praua religio est, vbi Deorū numē præteditur sceleribus. Quod si tu insanias religionū & superditionū q̄ras, nostri seculi historias lege, intelliges nihil esse ad tumultum, cædes, tormenta efficacius.

§. 8. Solent etiam collegia & societates crebro esse femina discordiarū, cum nō vt mēbra totius Reip. sed propriæ quædā ciuitates magnæ ciuitati insertæ plus potestatis sibi arrogāt, quam bono cōmuni expedit. Hinc & rariæ & cōuentus in legibus imperiū prohibētur, eaq; occasione interdum contra Christianorū ecclesias persecutio sæuiit. Augustus vt autor est Sueton. omnia collegia præter antiqua abrogauit. Omnia scilicet præter antiqua. Nā illa permanferunt à Numa constituta, vt Plutarch. auctor est. Distributi erant artifices varii, vt nunc in vrbib. cōtingere solet. Lex omnibus cōmunis erat. Vti sodalib. qui coeundi ius haberent, potestas esset, pactionē quam vellent, sibi ferre: dū ne quid ex publica lege corrūperet. Hæc lex maxime tenenda est, omniaq; illicita celsenda, quæ auctoritate magistratus nō coaluerint, ideo dissoluenda vt Martian. cōstituit: cum vero quocunq; modo suspecta et alia redduntur, cōtinuo sunt vetanda, vt factum est in Italia collegijs philosophorū Pythagoreorum, in quos tamen olim barbare sæuitum est, exultis cum scholis suis publico iudicio philosophis: nisi forte magi pleriq; erant. Quod quidem mihi verisimile videtur.

Legib. ergo regenda collegia, vt publico bono seruiant, aut si quid priuatim cōtra bonū publicū agitur, seruanda lex Martiani Jurisc. 4. 7. c. 22. Mandatis princip. præcipitur præsidibus prouinciarū, ne patiantur esse collegia, sodaliciaue; neque milites collegia in castris habeat, sed permittitur tenuiorib. stipem mēstruam cōferre, dum tamen semel in mense coeant, ne sub prætextu huiusmodi illicitū collegium coeat: quod non tantū in vrbe, sed & in Italia & prouincijs locum habere D. quoq; Severus rescriptis. Sed religionis causa coire non prohibentur, dum tamen per hoc nō fiat contra Senatusconsultū, quo illicita collegia arcentur. Non licet autē amplius quā vnum collegium licitū habere, vt est cōstitutum, & à diuis fratribus, & si quis in duob. fuerit, rescriptū est, eligere eū oportere, in quo magis esse velit, accepturū: ex eo collegio à quo recedit, id q; ei competit ex ratione qua cōmuni fuit. statutum est de poena. Quisquis illicitum collegiū v supauerit, ea poena tenetur, qua tenentur qui hominibus armatis loca publica, vel templa occupasse iudicati sunt. De collegijs specialiter nō cōcessis lex est; Collegia si qua fuerint illicita mādatis & cōstitutionib; & Senatuscōsultū, dissoluntur; Sed permittitur eis cū dissoluntur, pecunias cōmunes, si quas habēt, diuidere, pecuniāq; inter se partiri. In summa autē nisi ex Senatuscōsultū auctoritate, vel Caesaris, collegiū, vel quodcūq; tale corp; coierit, cōtra Senatuscōsultū, & mādatis, & cōstitutiones collegiū celebrat.

§. 9. Bellum in Græcia funestius nullum fuit Peloponesiaco, ciuile erat, inter victores Perfarum certabatur, annos 27. durauit, vrbes multæ excisæ, omnes cædibus funestatæ, agri flamma, ferroque vastati, de Athenis excidendis deliberatum. At quæ belli causa? Megareses Lucum incenderant, ea re moti Athenienses portu suo, & Attica Megaresibus inter-

Ioann. Leideni.

Peloponnesiaci belli causa leuis.



De seditionibus ex Religione vberius disputarum, & Republicæ ac religionis status anno 1617.

tiata legem abrogari voluit. Pericles non magni momenti causam esse confitetur, sed agi libertatem, tenari patientiâ Athenarû. Si n. nunc imperiû accipiant, tolerandam deinceps esse. Idque non modo vt orator maximus, sed etiam vt fidus consiliarius persuasit. Nam reuera omnium libertati imminabant Lacedæmonij, & ceteræ ciuitates imperium appetebant; quare & omnes perdiderunt.

§. 10. Seditio leuissima Othonis tempore nota est, ex incommoda armorum distributione. Tacit. l. i. hist. recenfer in hunc modum. Paruo initio vnde nihil timebatur, sub Othone orta seditio prope vrbi excidio fuit. Seprimam decimam cohortem colonia Hostiensis, in vrhem acciri Otho iusserat. Armada eius cura Varro Crispino Tribuno è priorianis data. Is quo magis vacuus, quietis castris, in sua exequeretur, vehicula cohortis, incipiente nocte, onerari aperto armamentario iubet. Tempus in suspicionem, causa in crimen, affectatio quietis in tumultum euasit. Et visa inter temulentos arma cupidinem sui mouere. Fremunt miles, & Tribunos centurionesq; prodicionis arguit, tãquam familie senatorum ad perniciem Othonis armarentur. Pars ignari & vino graues, pessimus quisq; in occasionem prædarum, vulgus, vt mos est, cuiusq; motus noui cupidum, & obsequia meliorû nox abstulerat. Restistentem seditioni tribunum, & feruissimum centurionem obtruncant rapta arma, nudati gladij, insidentes equis vrhem ac Palatium petunt. Erat Othonis celebre cõuiuium, timet ipse & timetur à cõuiuiis. Dilabitur magistratus & senes femina per tenebras, & diuersa vrbi itinera incertas latebras petunt. Militum impetus ne foribus quidem Palatii coercitus, quo minus conuiuium irrumperent: ostendi sibi Othonem expostulantes. Vulnerato Iulio Martiale Tribuno, & Vitellio Saturnino præfecto Legionis, dum ruentibus obstitunt, vndiq; arma & mina, modo in Centuriones Tribunosq;, modo in Senatû vniuersum lymphatis cæco pauore animis, & quia neminem vrnum destinare ira poterant, licentiam in omnes poscentibus: donec Otho contra decus imperii thoro insitens, precibus & lacrymis egre cohibuit. Redieruntq; in castra inuiri. Fecit id Otho in seditione Romanæ vrbi periculosissima, castra seditionum post primum tumultû ingreditur, milites blâda oratione mitigat aut perstringit, neque in plures quam duos (qui perditis & temulentis) animaduerti iussit: atque feruicitatis modus grate acceptus, compolitiq; ad præsens militis, qui cõterceri nõ poterant.

§. 11. Inconsulta principum liberalitas etiam discordiarum crebro dat causam, cum enim alicui donatur, quod alter suum esse contendit, lites eo vsq; crescent, vt ne donator quidem sopire eas possit. ita factum in Belgio an. 1007. Balduinus Barbatus comes Flandriæ, post multa obsequia in Henricum II. Imperatorem, & conciliatum fauorem, dono ab illo obtinuit Wallachiam cum alijs Zelædiæ insulis, & materiam simul discordiæ, rixarû & bellorum inter Flãdros & Hollandos, quæ tam aspera & diuturna fuce, vt spatium quadringentorum annorum per interualla durauerint, Hollandis ius suum & liberalem donationem, ad Ludouicum Cæsarem, Ludouici Pij filium, referentibus. Flandris verò à recentiore Henrici donatione nullatenus cedentibus.

Cum capiti oculisq; non credit corpus, malè resp. geritur

§. 12. Mihi quoq; difficile videtur libertatem custodire, vbi dux est vnus quidè, sed cui parua, & quasi precaria potestas, quem dum honoris causâ eligunt, quasi suspectum custodiunt, vt nec ipsi, nec dux tutus videatur. Marinus Faletrus à Venetis dux electus, delere senatum statuit, & nisi per cõfictos detecta res fuisset, flagitium perpetrasset. Quod etiam Biamontis Teupoli perfidia instituerat facere, factaque magna cæde tandem victus est. Egnat. l. 4. Hinc consultum est, vel nullum ducem, vel talem eligere, qui per custodias & ætatem nihil possit, nam leges parum fortes continendæ ambitioni, animi hominum parum sunt stabiles.

§. 1. **M**AGNA pars bellorum, calamitatumque, & seditionum, aut ab religione est, aut prætextu religionis; quapropter pluribus eâ de re agendum: quod quatinus I. de pace Germaniæ, & coronide Jubilorum egerim, eadè tamen sibi hic liber deposcit. Nullius n. rei tam audios fore posteros existimo, quam vt cognoscant, quid celebratissimo sæculo nostro actum sit, si quis vberiora desiderat, Jubilum Jubilorum consulat.

§. 2. Duplex est omnino genus hominum quod negocia religionis iudicat; Quidam multitudinem ac varietatem opinionum, crebramque mutationem considerantes, omnem penitus religionem contemnant, libros tamè cristicos, & certamina comparant, ac legunt, vt alienis litibus animos pascant. Horum expertus Iannas, & irrisiones Sibrandus Lubbertus, sese vlcisit, atq; ita eos describit præf. contra Faustum Socinum. Maxima pars hominum sinistre iudicat de laboribus & curis, quas Doctores in explicanda & defendenda doctrina Christiana ponunt. Multi enim Religionem tanquã inanes fabulas, & terriculamenta ad hominum animos percellendos excogitata vident, & subsannant: hi putant omnes contentiones de dogmatis Christianæ doctrinæ tantum esse logomachias, & quia ipsi in corde suo omnem Religionem vident, eamq; nullum alium ob finem prætendunt, quam vt emergant, suis animis metuantur aliorum animos, indignanturq;, & fremunt, cum vident aliquem esse, qui ipsorum cupiditati subseruire, iudicioq; applaudere recusat. Hi homines müdana gloria inflati conqueuntur communem tranquillitatem diuersitate religionis perturbari; cum tamen ipsi sepe tam petulant in ingenio sint, vt versutos homines supponant, qui noua dogmata cadant; vt dum p̃y doctores se illis opponunt, ipsi se his spectaculis oblectent, & doctrinam, quam oderunt, & fouere videri vult, populo exosam reddant; accidit etiam, vt cum omnia sursum & deorsum volere in animo habeant, certamina in doctrina concitent; vel eos, qui ea mouent, fouent, impediuntq;, ne lites in doctrina mota legitimo iudicio componantur, aut decidantur, & quod omnium miserrimum est, cum sint dogmatû doctrinæ Christianæ imperiti, summum de illis iudicium sibi arrogant, perinde ac si cæcus de coloribus recte iudicare possit: qui paulo moderatioribus sunt, delectantur quidem doctrinæ puritate, sed non putant eam tanti momenti esse, vt propter eam tantas contentiones, tantaq; certamina subire debeamus.

Deum verè eligerent, at ibi sunt.

Politicorû de religionis sensus.

§. 3. Hi quidem impij sunt, & Deo abominati, quos **אִרְיָוִי** Illusores, vocat Pl. i. i. Propheta Dauid. Sunt illi omnibus hæreticis pestilenciores; nam hæreticini vnum errorem, aut plures impellunt, hi verò omnem fidem, omnemq; errorem spernunt, & planè in atheismum abeunt, itaq; **אֲנָשִׁים רֵעִים** sunt, reprehenses, irrisores, vt Aquila Ponticus vertit, sunt **אֲנָשִׁים רֵעִים** transgressores, vt quinta, & sexta editio: **אֲנָשִׁים רֵעִים**, impostores, vt Symmach. R. Dauid **אֲנָשִׁים רֵעִים** ait esse homines astutos in sciẽtia ad malum, & versutos, & loquentes mala supra filios hominum, & dantes opprobrium & malum supra filios hominum. Hanc ob causam verus Bibliorum interpres vertit, pestilenciores, cum dixit: Et in cathedra pestilencie non sedit. Ita & 72 interpretes **אֲנָשִׁים רֵעִים** notant, & in cathedra pestilenciarum; Imò & Symmach. Prou. 20. 1. **אֲנָשִׁים רֵעִים**, pestus est vinum. Et Prou. 9. Vbi noster **אֲנָשִׁים רֵעִים** vertit, illusor, & 72. **אֲנָשִׁים רֵעִים**, Symmach. ait **אֲנָשִׁים רֵעִים**, & si pestilentia fias. Voluit tot modis S. irrisores cõpescere, vt certo cõstaret nihil esse præteritum in causa religionis pestilentius irrisoria, & contemptu. Omnia enim naturæ iura illi violant, & celest. me venena spargunt, magisq; veritati, quam vlli hæretici, obstitunt. Cuius duplex causa est.

Irriores certaminum de religione impij.

Hoc Lat. Palatiorum nihil...

§. 4. Prior

Religio facilius accipitur, quia diffacilius intelligitur.

Vera religio caritatis habet modum iudicis.

Irripiunt veniam pietati.

Irripiunt occurrunt.

Anno 1617 irripiunt in ualuerunt.

Capita irripiunt Mattheus Hoe, & Abraham Scultetus.

Hoc laudat Palatinum.

§. 4. Prior rerum, quae credenda proponuntur difficultas, & sanis rudium obnoxia profunditas. Judaeos olim & Christianos subannabant gentiles, cum de innocente protoplastorum nuditate, de fraude serpentis, de orbis diluio narrant, quae omnia sarcasmo, & blasphemis dicerijs eludebant. Quando serpentes loqui desissent? quo cultro costam Adamo Deus excidisset? Hinc pari modo fabulas suas credi, aut haec non credi volebant. In nostra religione quam multa contra sanctissimam Trinitatem, Incarnationem, Crucem DOMINI impietati locati sunt irrisores? Altera causa est, quia omnis vera religio leges, & caerimoniae habet aliquas, quibus animi demissio, & patientia grauius & religiosè exercetur, quaeque libertati, & superbiae humanae, quae suae dignitatis est retinentissima, repugnare videtur. Huiusmodi erat apud Judaeos circumcisio, ob quam ludibrio gentibus erant, verpi, appellae, recuti per contumeliam, vocabantur, hinc apud Aristophanem cum multa in senem conuicia dixisset, ea claudit quasi coronide, & iurat se existinare ΑΠΟΛΙΛΑΥΟΝ ΕΙΝΑΙ, circumcisum esse; Plura sunt apud Christianos, ut baptizari, iniungi, confiteri, sanctorum pedes lauare, aliaque, quae ut nobis sunt Dei virtus, ita illis stultitia. Magnam autem vim habent amarulenta dicta, & iocia ad animos frangendos, hinc multi Judaeorum, quos pudebat signaculi foederis, praepudia adducebant, ut quocumque modo se impijs infidelium facerijs subducerent.

Inter hos etiam numero illos, qui certam religionem profiterentur, sed tantum sui commodi gratia, aliam vero religionem, a qua capitalissimè confortes suos differre norunt, interdum infestissimè persequeuntur, interdum verò tanquam veram agnoscunt, ita olim Bucerus, alij fecere.

§. 5. Exempla τῆς χυλευστικῆς κοληλας imposturae irrisoriae annis 1617. dedit innumera; omnium enim concionum jubilatarum argumenta ad irrisorem pertinent Catholicorum, quibus tamen tota martyrum Ecclesia, cum sanctis partibus contumelia afficitur. Sed de illa vituperandi, laudandique eandem religionem inconstantia, accipe lector duo insignia documenta, Abrahamum Scultetum Haedelbergensem, & Matthiam Hoe ab Hoeneg Dresdensem concionatorem. Abraham in Epistola ad Illustrissimam Loysiam Julianam Illustrissimi Friderici quarti viduam, inter principes Evangelicos numerat, serenissimum Christianum Daniae regem, Illustrissimum Joannem Georgium Saxoniae Electorem, item Illustrissimum Joannem Calixtum, & Joannem Ernestum Saxoniae duces; item Braunschuienses, Wirtembergenses, aliosque principes, qui Lutherani sunt, nec in suis ditionibus ipsum Scultetum ferrent. At in concione sua enumerat multos principes, qui illam fidem, quam Danus, Saxo, alijque profitentur, ditionibus suis eiecerunt, Lutheranos praedicantes proscriperunt, ideoque DEVM laudat, & Lutheranis insultat.

Eadem penitus impostura Matthias Hoe, & principi suo, & auditoribus imponit. Nam in epistola sua ad Joannem Georgium Illustriss. Saxoniae Electorem p. 2. ita fatuit. Ja Ew. Churf. Gn. haben vngezeiweifelt mit ihrem Christ, Ebblichste Exempel viel andern Potentaten / vnd fürnehme Euangelische Stände in vnd außserhalb des Römischen Reichs angereiset / daß in vnderschiedenen Königreichen / Chur vnd Fürstenthumben / Landen vnd Herrschafften / die Euangelischen ebe vmb die Zeit / ihr Jubelstuck außgeschrieiben / vnd mit grosser Andacht gehalten haben. Daß so viel nun mit der Zeit Nachrichtung zu kommen / so ist dergleichen geschehen / in den beyden Königreichen Denemarck vnd Schweden / dergleichen ist gesche-

hen in der Chur Pfaltz / vnd Brandenburg.

Ecce Palatinum, & Brandeburgicum jubulum vocat Evangelicum, & quod magna deuotione sit peractum. Itane Matthia, tu quoque Caluinizans? Tibi jubulum Caluinianum videtur Euangelicum, & deuotum? Si ita est, verum igitur est, si Evangelicum, si deuotum, vestrum igitur est falsum. An tu es ex occultis illis Caluinianis, quos Saxones pertimescunt?

Nulla modo, inquit, odi Caluinistas ego *ἰσχυροῦς ἀποστόλος*, nam in tertia concione, pag. 115. Iner fanaticos statui Sacramentarios, verba mea sunt. Hic her gehören insonderheit die Sacramentirer / Zwinglianer / vnd Caluinisten. Dieses Geschmeiß / ihr meine gestehet im Heren / hat in Wahrheit grosse Zerrüttung vñ Verwirrung / hat em grosses Gesenck in die Hochzeit Gottes gemacht / vnd der reinen Göttlichen Lehr sich bößlich muthwillich vnd haßstärkig wider setzer.

Huc etiam pertinent praecipue Sacramentarij, Zvingliani, & Caluinista. Haec colluuiis, carissimissimi mei in Domino, magnam profecto conturbationem, & confusionem, magnum etiam foetorem in nuptias Dei intulit, & se pura doctrinae malitiose, petulanter, contumaciterque opposuit. Haec tu quidem dicis, & in eadem approbas omnia, quaecumque Lutherus in Zvinglianos dixit. Sed impostorem, & irrisorem te probant verba eodem ore calida & frigida. Jubilant Caluinista, eos tu in aula velut politicus pie facere profiteris, in templo condemnas. Si in Palatinatu & Brandeburgica prouincia malitiose, petulanter, contumaciter pura doctrinae oblitus, non igitur pie in tanto malo iubilare possunt: supremus est gradus malitiae de malitia gloriari. Hi sunt igitur *ἰσχυροῦς ἀποστόλος* pestes, irrisores, quorum alius est in palatio, alius in templo sermo.

§. 6. Alterum est genus hominum vehemens, asperum, zeloticum, opinionum suarum perditae amans, propagandae religionis, ad quam impedit, audium. Huius generis sunt fere hodie Lutherani, qui ubique tuentur, Caluiniani, quos Rigidos vocant, eos enim alij fere Zelotas appellant. Sed tamen tales etiam nobis depingit molles in Belgio Sibrandus Epistola ad Ecclesiam quae est Londini, p. 2. Sunt etiam arrogantes & superbi homines, qui omnia vana gloria, & inani fastu honoreque meciuntur, cum vident doctis laudi duci, si quid noui in alijs disciplinis inueniant; etiam sibi laudabile fore putant, si quid in sacra Theologia inuolare possint. Hi quia vera Theologia imperiti sunt, desperant se Orthodoxae doctrinae explicatione aut defensione decus & nomen parare posse: quia tamen vana gloria turgent, & laudis cupiditate ardent, omnia perturbant, ut innotescant; malumque turbantis ecclesiae inclarescere, quam in vera Orthodoxaque Religione sine gloria consensere. Cum animaduertunt doctos viros sibi praeferi indignantur: & cum illos neque scientia, neque pietate, neque eruditione, neque eloquentia, neque agendi dexteritate, neque vlla honesta arte superare possunt, conuertunt se ad artes malas, insinuant se Aulae, ut quos virtute vincere nequeunt, ope auxilioque Aulicorum opprimant: & quod omnium sedisimum est, simulant orthodoxam religionem, praeseferunt studium defendendae doctrinae sanae, iurant in confessiones, & Catecheses receptas, hoc ipsum insurandum propriae manus substitutione testantur: & tamen omnibus viribus sanam doctrinam eamque publice receptam oppugnant, prauam & nouam suscipulis callide inculcant, Orthodoxos Pastores & Doctores per calumniam deserunt, concitant in illos Magistratus civiles, pellunt illos suis sedibus, & in illorum locum errorum suorum (quos seminauerunt) alumnos substituant.

Inter hos igitur religio iactatur, vtraque enim pars pijs, & orthodoxis imminet, zelotae iurgijs, calumnijs, bello premunt, irrisores in sinum gaudent, de euentu securi.

Hoc laudat, & culpatur Caluinianos.

Zelota homines sunt periculosissima superstitionis. Artes mollium Caluinianorum.



Pleriq; prin-  
cipes sequun-  
tur.

Libera ciui-  
tates lentius  
mutarunt  
religionem.

Miscetur  
hic Luthere-  
rani, & Cal-  
uimiani, de  
quo vide  
Hoe, Treu-  
herstige  
Wartnig  
contra Scul-  
teturum.

§. 7. Religionis & politicę gubernationis magnam esse affinitatem libris de pace Germania ostēdi. Alia enim aliam trahit, & crebro commutat, omnes religione ducuntur, sed in Germania, principum apud multos, quam Dei venerabilior est prescriptio. Hinc sæpius in pleriq; Germania partibus mutata est religio, etiam in liberis quibusdam imperii ciuitatibus, quæ tamen, quod ex vnus voluntate non pendeant, reliquis perseverantiores esse solent in pposito. Brema, Wesalia, aliaq; nonnullæ vrbes, cum auidē Lutherismum hausissent, breui eum fastidio, non sine regiminis concussionē, & magnatum exiliis eiecerunt; alia è cōtrario cum initio Zvinglianismum professæ essent, vt Memminga, Lindauum, Argentoratum, Orlamunda ad Lutherismum deinde inclinari. Verum hæc alias, & alibi. Vt verò quasi in synopsi statū principum quoad religionem videas, sic habeto omnes Reges & principes Europæ, si Turcam excipias, vel antiquam fidem profitei, vel Lutheranam, vel quam vocant reformatam, cuius primipili Carolustadius, Zvinglius, Caluinus fuere. Reges & principes Euangelicos in hunc modum recenset Abrahā Scultetus in epist. ad Illustriss. viduam Loysam Julianam.

§. 8. Haidelbergæ 11. Nouemb. ann. 1617. quo tempore in viuis erant, regnumq; tenebant sequentes Euangelici Reges, Electores, Principes Magnates.

Jacobus Magnæ Rex Britannia.  
Christianus 4. Rex Dania.  
Gustauus Adolphus, Rex Suecia.  
Fridericus, Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariæ, Elector.

Joannes Georgius, Dux Saxonie, Elector.  
Joannes Sigismundus, Marchio Brandenburg, Elect.  
Archiepiscopi Magdeburgenses & Bremenses.

Joannes Comes Palatinus Rheni, Dux Biptontinus.  
Joannes Calimirus, Dux Saxonie.

Joannes Ernestus, Dux Saxonie.  
Georgius Wilhelmus Marchio Brandenburgensis,  
Dux Julie, Cluiue, Bergie, Borussia, &c.

Joannes Georgius Marchio Brandenburg. Dux Borussia, Silesie, &c.  
Joachimus Ernestus, Marchio Brandenburg. & Anspacensis.

Christianus, Marchio Brandenburg. & Colmbacens.  
Fridericus Vricus Dux Brunsvicensis.  
Joannes Albertus, ipsiusque Dominus frater Duces Mechelburgenses.

Joannes Fridericus } Duces VVirtembergenses  
Ludouicus Fridericus } & Deckenses, Comites  
Fridericus Achilles } Mompelgardenses.  
Magnus

Duces Holfatie, Pomeranie, Lunenburgi & Lauburgi  
Mauritius }  
Ludouicus } Landgrauii Hassie.  
Philippus }

Georgius Fridericus, Marchio Badensis.  
Joannes Georgius, }  
Christianus, }  
Augustus, } Principes Anhaltini.  
Ludouicus, }  
Rudolphus, }

Heinricus VVenceslaus } Duces Monstbergenses  
Carolus VVenceslaus } & Olsnicenses.  
Joannes Christianus } Duces Silesie, Berg. &  
Georgius Rudolphus } Ligni.

Dn. Mauritius, Princeps Orangiensis.  
D. VVilhelmus, Comes Nassauensis, Gubernator Frisia.

**IN GALLIA RELIGIONIS REFORMATÆ**  
lumina & columnina, erant precipue.

Heinricus, Dux Bullionensis, supremus Marschalcus,  
duorum filiorum patris, quorum alter Fride-

ricus Princeps Sedanensis, alter Henricus Vice-Comes Turaine.

Heinricus Dux Thours & Tremoille, vnā cum fratre Domino de Soubize.

Dux de Sully, & filius ipsius Marchio de Rosny.  
Dux de Desdigniers.

Marchio de Candale, Ducis de Espernon natu maior filius.

Comes de la Sufe.  
Comes de Ruffly.

Dominus Vidame de Chantres.  
Dn. Philippus de Plessis Mornay.

Dn. de la Force. multiq; alii proceres, vt in numerum non veniant nobiles magno numero.

**PER VNGARIAM ET TRANSYLVANIAM**  
Ecclesiarum Reformatarum Nutricij.

Gabriel Bethlen Princeps Transsylvanice, partium Regni Vngarie Dominus, Siculorum Comes.

Stephanus Bethlen, Capitaneus Huzticiensis, Præfectus Marmarossæ.

Franciscus Redoi Comes Comitatus Bichorienf. Capitaneus Varadien.

Franciscus }  
Georgius } Perini Comites Abauu variensis.  
Gabriel }

Stephanus Török Comes Hunyadiensis, Hæres & Capitaneus Papensis.

Georgius Rakoci Comes Sarosienfis, Capitaneus Onodienfis, eius Frater.

Sigismundus Rakoci.  
Franciscus Battyani Comes Comitatus Sopronienf.

Nicolaus }  
Georgius } Zerini Comites Szaladienf.

Pauus Nadazdi Comes Castriferrei.  
Thomas Nadazdi.

Stanislaus Turzo de Bethlen falua, Comes Scepusi-  
Emericus Turzo Comes Aruenfis. (enfi.

Petrus de Reua Comes Turociensis.  
Stephani Illyeshazi vidua cum filio Comite Tricini-

Petrus Forgats de Gimes Lib. B. (enfi.  
Nicolaus Forgats de Gimes Lib. B. Capitaneus Setherienfis.

Michael Karoli Lib. Baro.  
Stephanus Nyari Lib. B.

Stephanus Tököli Lib. B. in Keszmarck.  
Thomas Szerzi Lib. B. & filius Georgius Szerzi.

Sigismundus Prapostvani Lib. B.  
Joannes }  
Stephanus } Listius Lib. B.

Nicolaus Botskai Lib. B. in Köuerd.  
Franciscus Banffi à Lossonez Lib. B.

Stephanus Kakoni Lib. B.  
David Zolyomi L. B. in Szekelyhida.

Francisci Pacrot Vidua.  
Sigismundus }  
Paulus } Mariasi.

Andreas Kapi.  
Stephanus Korlat Capitaneus Szenderouienfis.

Joannes Bakos in Ozgyan.  
Ladislaus Barkoci Vice Comes Comitatus Zeleniesf.

Stephanus Pethnehazi Comes Szarandienf. Capitaneus in Zenò.

VVolfgangus Kamuti.  
Caspar Petò Capitaneus Gefztelien.

Balthasar Kouats Capitaneus Galankienf.  
Thomas Oknai Capitaneus Szödenienfis.

Et alii quamplurimi nobiles Vrbiū, Ciuitatumque ciues Ipectatissimi Orthodoxi.

**POLONIE IN REGNO EVANGELICÆ VERITATIS sese affectas profitebantur.**

Dn. Raphael, Comes Leino, Castellanus Bislickenf. Comi-

Comites Ostrorodij, Domini Latalcij.

Dn. Firleij, Sienekij, Vrotocij, Coratscij, Sbanccij, Przymescij, Orzechorii, Goluchouii, Reii, Sienute, Bronicuii, Dunikonii, Potokii, & innumeri alij.

**IN LITHVANIA CVRSVI EVANGELII calcaria admouebant, omni laude cumulatifsimi Principes.**

Dn. Janusius & Christophorus Radziuilii. Nā alioqui adiutabilem Ecclesie Euangelicę nauabant operam.

**IN BOHEMIA D. VVēceslaus de Budouitz** } Barones.  
**IN MORAVIA Dn. Carolus de Zeroten.**  
**IN SILESIA Dn. Georgius de Schōnaich.**

§. 9. In his tamen magtopere obseruandum est, principes illos, prouincialq; partim esse Lutheranos, partim reformatos vt vocant. Deinde subditos Reformatorum magnam partem Lutheranos, atq; existimare se magna in persecutione versari, & hactenus quidem liberationem ab Euāgelicis Lutheranis frustra exspectarunt, nunc spem suam damnare coguntur, & sensim frenum recipiunt: de eorum irrita spe testantur Saxones motiua 12. cur non sit pax ineunda cum Caluinianis: Exiguam Protestantes inuituri essent gratiam, imo execrationes potius, & gemitus aduersum se excitaturi apud eos, qui inter Caluinianos habitant, & à statibus Augustanae confessionis breui se liberandos, & Caluinismum abolendum esse confidunt, serioq; exspectant, siquidem isti auditione perciperent, eos cum Caluinistis eandem iam tibiam inflare, & quinq;, quod dicitur, esse paria concedere. Quo facto, sane turbis & motibus haud exiguis in Ecclesia Dei apud Christianos infirmos ansa, causaq; praberetur.

§. 10. Catholicam Religionem colebant ac tutabantur, & verum constantiā Jubilæum celebrabant hi principes.

**IN GERMANIA, EX DOMO AVSTRIACA.**

**M** Artthias Imperator Augustus.

Ferdinandus Rex Bohemia, Hungariae.

Maximilianus Archidux Austriae Ordinis Teutonici magnus Magister.

Albertus Archidux Austriae, Dux Brabantiae, &c.

Leopoldus Archidux Austriae Episcopus Argentor. & Passauiensis.

Carolus Archidux Austriae Episcopus Brixienfis, Vratislauensis.

Joannes Svickardus Archiepiscopus Moguntinus Elector &c.

Ferdinandus Archiepiscopus Colonien. Elector &c. Dux Bauariae &c.

Lotharius Archiepiscopus Treuirens. Elect. &c.

Vilhelmus Senior Bauariae Dux Comes Palat. &c.

Maximilianus Dux Bauariae Comes Palatinus, &c.

Albertus Dux Bauariae, Comes Palatinus.

VVolfgangus VVilhelmus, Dux Bauariae Neoburgens. Juliacens. &c.

Emmanuel Philibertus Saubaudiae Dux.

Henricus Lotharingae, &c. Frācisus Lotharing. &c.

*Episcopi in Germania plurimi.*

Marcus Archiepiscopus Salisburgensis Romanae sedis Legatus.

Joannes Godefridus Bambergens. & Herbipolensis, Franciae Orientalis Dux.

Philippus Christophorus Spirens. Supremus Camerae Augustae Judex.

R. Curienfis.

Georgius Godefridus VVormatiensis.

Theodorus Paderbornensis.

Jacobus Constantiensis.

Henricus Augustanus.

Guilhelmus Basiliensis.

Alios Principes, Comites, Barones, Magnates o-mitto, vt & ciuitates liberas, ac Respublicas in Germania, Heluetiaque.

*In Italia.*

Paulus Quintus primae Sedis, & Ecclesiae omnium matris Pontifex, cum statu Ecclesiastico quem vocat. Deinde regnum Neapolitanum cum Sicilia, Sardinia, Corsica, Liguria. Magnus in his ducum, comitum, nobilium numerus.

His si nobiles ditescque Venetias adiungamus, regna earum, & insulas, tantum Romani sanguinis virorumq; Illustrium exercitum producemus, vt dimidiam aduersariorum partem ex vna Republ. finis adequaturi.

Quid vero si Hetruriam, & magnum ducem Florentiae filiosq;, & iam insitam domui Austriacae familiam, recenseam? quorum insignis in fide & religione tuenda pietas illustris est, quorum classibus Ottomanicae vires acciduntur.

*In Gallia plerique Catholici sunt: mihi ab amico haec nomina sunt missa.*

Le Roy.

Monfieur le frere du Roy.

Monfieur le Prince de Condé prince du Sang.

Monfieur le Conte de Soiffon prince du Sang.

*Autres Princes.*

Monfieur De Guife.

Monfieur Du-Maine.

Monfieur De-Neuers.

Monfieur De Longueuille.

Monfieur De Vandosme.

Monfieur le cheualier De Vandosme.

Monfieur De-Saint Paul.

Monfieur De-Nemours.

Monfieur le Prince D'Auuegne.

Monfieur Darbeuf.

Monfieur le Prince De Ginuille.

Monfieur De Cheuerensle.

Monfieur le Conte D'Arcour.

Monfieur D'Alles.

Monfieur De Lauragne.

Monfieur le Duc de Ratelois.

Monfieur le Duc de Fronfac.

*D V C S.*

Monfieur le Duc de Pernon.

Monfieur le Duc de Monbayoy.

Monfieur De Candelle Duc D'Aloin.

Monfieur le Duc de Mommorancy.

Monfieur De la Vallette coronel general de France.

Monfieur le Grand, Eicuyer de France.

Monfieur le Duc de Vantadouë.

Monfieur le Duc De Raiçts.

Monfieur le Duc De Roncs.

Monfieur le Duc Duze.

*MARESCHAUX DE FRANCE.*

Monfieur le Marechal de Rognelaure.

Monfieur le Marechal de Briffac.

Monfieur le Marechal de Boif-Daulphin.

Monfieur le Marechal de Souuray.

Monfieur le Marechal de Vitry.

Monfieur le Marechal de Tamines.

Monfieur le Marechal de la Chattrre.

*MARQUIS.*

Monfieur le Marquis de Rouillac.

Monfieur

Monsieur le Marquis de Mirebeau.  
 Monsieur le Marquis de Mortemard.  
 Monsieur le Marquis de Trans.  
 Monsieur le Marquis de Canisy.  
 Monsieur le Marquis de Vieille.  
 Monsieur le Marquis de Villaine.  
 Monsieur le Marquis de Ruffec.  
 Monsieur le Marquis de Tamine.  
 Monsieur le Marquis de Sable.  
 Monsieur le Marquis de la-Verdun.  
 Monsieur le Marquis D'Eternel.  
 Monsieur le Marquis de Beuron.  
 Monsieur le Marquis de Cuure.  
 Monsieur le Saint Chaumont.  
 Monsieur le Marquis de Mony.  
 Monsieur le Marquis de Ville-roy.  
 Monsieur le Marquis de Cortaubau.  
 Monsieur le Marquis de Villars.  
 Monsieur le Marquis D'Oraison.  
 Monsieur le Marquis de Marigny.  
 Monsieur le Marquis de Portes.  
 Monsieur le Marquis D'Allegre.  
 Monsieur le Marquis D'Estin.  
 Monsieur le Marquis de Ruel.  
 Monsieur le Marquis Domtefort.  
 Monsieur le Marquis Dalluy.  
 Monsieur le Marquis de Sidul.  
 Monsieur le Marquis de Fimarcon.  
 Monsieur le Marquis de Mirepoix.  
 Monsieur le Marquis de Timbrune.  
 Monsieur le Marquis D'Araigny.  
 Monsieur le Marquis de Bressieux.  
 Monsieur le Marquis de Cessac.  
 Monsieur le Marquis de Gimolz.

## CONTES.

Le Conte de la Rochefaucoult.  
 Le Conte de Saint dignan.  
 Le Conte de Gramont.  
 Le Conte du Lude.  
 Le Conte de Lauzun.  
 Le Conte de Torigny.  
 Le Conte de Termes.  
 Le Conte de Grampe.  
 Le Conte de la Marque.  
 Le Conte Chomberg.  
 Le Conte de Treme.  
 Le Conte de Sanferre.  
 Le Conte de la Voute.  
 Le Conte de Curfon.  
 Le Conte de Carton.  
 Le Conte de Mauleurier.  
 Le Conte de Cars.  
 Le Conte de Tonnerre.  
 Le Conte de Cremail.  
 Le Conte de Sulle.  
 Le Conte de Grignan.  
 Le Conte de Vertu.  
 Le Conte de Brene.  
 Le Conte de Pegnillem.  
 Le Conte de Tonnon.  
 Le Conte de L'Esrange.  
 Le Conte de la Vedan.  
 Le Conte de Frasque.  
 Le Conte de Mauret.  
 Le Conte de la Roche Gnon.  
 Le Conte de Carilles.  
 Le Conte de Crisse.  
 Le Conte de Granfay.  
 Le Conte de Maille.  
 Le Conte De Maran.  
 Le Conte D'Aubigon.

Le Conte de Sanzay.  
 Le Conte de Chantel.  
 Le Conte de Chasteau-Vilain.  
 Le Conte de Chasteau-neuf.  
 Le Conte de Monranel.  
 Le Conte D'Ax.  
 Le Conte de Chinerny.

## VISCONTES.

Le Visconte Duza.  
 Le Visconte de Pompadoun.  
 Le Visconte de Brigul.  
 Le Visconte de Poulignac.  
 Le Visconte D'Ambeterre.  
 Le Visconte de Pomy.  
 Le Visconte de Foncande.  
 Le Visconte de L'Arbouft.  
 Le Visconte de Saint-Girons.  
 Le Visconte de Bordes.  
 Le Visconte de Poise.  
 Le Visconte de Cere.  
 Le Visconte de Chanemy.  
 Le Visconte de Clere.  
 Le Visconte de Marcossy.  
 Le Visconte de Duno.

## LES CARDINAUX.

Monsieur le Cardinal de Guise.  
 Monsieur le Cardinal de la Roche-faucault.  
 Monsieur le Cardinal de Pourdy.  
 Monsieur le Cardinal du Perron.  
 Monsieur le Cardinal de Rautz Euefque de Paris.  
 Monsieur le Cardinal de Vernul Euefque de Metz.  
 Monsieur le Duc de Joyeuse fils de Monsieur de Guise  
 Abbe de Feccan & coadiuteur de L'Arche-  
 uefque de Marbonne.

## EVESQUES.

Monsieur l' Archeuefque de Tholoufe fils de Mon-  
 sieur de Pernon.  
 Monsieur l' Euefque D'agde fils de Monsieur le Cõ-  
 te D'auvergne.  
 Monsieur l' Euefque de L'andeu fils de Monsieur  
 de Dantadouë.  
 Monsieur l' Euefque de Cammaige fils de Monsieur  
 le Marefchal de Souray.  
 Monsieur l' Euefque Du-mans fils de Monsieur le  
 Marefchal de la Verdun.  
 Monsieur l' Euefque de Vimers fils du Conte de Su-  
 ze, nepueu de Monsieur Dumaine.  
 Monsieur l' Euefque de Marseille frere de Monsieur  
 de Saint Luc.

Plus quarante cheualiers du Saint Esprit.

Plus plusieurs Seigneurs de qualite portants til-  
 tres de Lieutenant du Roy, dans toutes les prouin-  
 ces de France, que ie ne vous faurois nombrer; Cõ-  
 me Messieurs de Goudrin, De Cregny, De Pralin,  
 Bassompierre, Dorlame, D'alincourt, Montauban,  
 qui est prince de Gninemie, de Bordeille, d'Amble-  
 uille, de Montpessart, Denis frere de Monsieur Du-  
 maine, Deliaucourt premier escuyer de du Roy, Dan-  
 delot de Saint-geran, De Saint-luc, Et plus de qua-  
 tre mille fil y faillor mettre le tout.

Plus tous les Parlemens de France qui sont tous  
 Catholiques: Comme, le Parlement de Paris, Parle-  
 ment de Tholoufe, Parlement de Roians, Parlemet  
 de Bourdeaux, Parlement de Raines en Bretagne,  
 Parlement de Dijon, Parlement D'aix, Parlement de  
 Grenoble, Sens.

Quod si etiam è Gallia ad occidentem procedere  
 animus est, & spectare magna trans Pyrenæos regna,  
 regna nunc duplici matrimonio Franciæ confædera-  
 ta, plurimos antiquæ religionis cultores inueniemus.

Primo

Primo Philippum Tertium Catholicum regem, Tres eius filios, duas filias. Deinde potentissimos principes, quorum Catalogum eo modo, quo mihi ab homine doctissimo, & amicissimo transmissus est, hic tibi lector lubens reddam.

*Relatio Titulorum Hispania, quanta vniuscuiusq; reditus annui, & ubi quisq; suum habeat Statum.*

**D**VX FIATÆ, Marchio Berlangæ, Comes de Haro, domus de los fieri, Infantes de Lara septem filiarum Dominus, Comestabuli Castiliæ & magnus Iuris præses, Caput domus de los Velascos, Domus originaria illi est in Burgos, status in Castilia vetere, syluis Biscaniæ & Soriæ, Reditus annui 80. m. Ducatos.

Dux Medinæ de Rio seco (fluuij torridi) comes Modicæ & Melgaræ Vicecomes de Esterlin, Almerante (Thalassarchus) Castiliæ hic sanguine regio natus est patre Don Fridrico Magistro S. Jacobi, qui filius regis Alfonsi XI. fuit & frater nothus regis Petri crudelis cognomine, Caput familiæ de los Henriques, Domus huic Vallisoleti, status in prouincia de Campos, in Catalaunia & Seuilia, Reditus sūt 100. m. duc.

Dux Albanus & Huicæ marchio Soriæ, comes Saluaterræ, vicecomes de Saldires, Dominus de Valde Corneia (vallis cornicum) Caput domus de Toledo, Domus originaria est Salamancæ, Status in Castilia vetere, & regno Granatensi & finibus Portugaliæ, Reditus ille habet 80. m. duc.

Dux de Infantado, marchio Zenetæ & Santilanæ, dominus (del Real de Mançanares) regaliū (quæ ex pomis & eo spectantibus) Caput domus de los Mendocas, Domus in Guadalaiara, Status in regno Toletano & salubus Castiliæ veteris & prouincia de Alaua, Reditus 80. m. ducat.

Dux Alcaiz de los gan zules, marchio Tarifæ, Comes de Burno & de Villamartin, Adelantado maior Andaluziæ, Caput domus de Riberas, Domus origo illi Seuilia est, Status in eodē regno, Reditus 150. m. duc.

Dux de Albuquerque, comes Budinæ, caput familiæ de los Cuebas, habet suum Statum in Albuquerque, Domum in Estramadura & Castilia vetere, 40. m. ducat.

Dux Escalonæ, marchio Villenæ & Moyæ, Comes S. Stephani, Caput familiæ de los Pachecos, Domus illi Toletæ, Status in regno Murcia, habet annuatim 150. m. duc.

Dux Ossuriæ, marchio de Penafiel, Comes Vrennæ, Caput domus de los Girones, Habet domum aut sedem suam in Penafiel, Statum in regno Seuilia, In annum 100. m. duc.

Dux de Arcos, marchio de Lara, comes Marchenæ, caput familiæ de los ponce de Leon, Domus ipsius in Seuilia, Status ibidem, In annum 80. m. duc.

Dux de Baiar, marchio de Gibræen, Comes de Benalcaçar, caput de los Zunegas de Sotomaiore, Domus in Seuilia, Status ibidem & Castilia vetere, 70. m. ducatos annuos.

Dux Gandiæ, marchio de Lombaii, Caput de los Borias, domus Valentia, Status in eodem regno, 60. m. ducat.

Dux Sefæ, comes de Cabray de Vaena, caput de los Cordouas & de Aguilar; Domus illius est Corduæ & Granatæ, Statum habet in eodem regno Granatensi, 70. m. ducati annui.

Dux Medinæ cœli, marchio, de Cogolludo, comes de Puerto de Sancta Maria, Caput familiæ de los Cordas, Domum habet Medinæ cœli, Statum in regno Toletano, 50. m. duc.

Dux de Medinacidonia, marchio de Sanct Luca de Barrameda, comes de Niebla (nebule vel vapores),

caput de los Guzmanes, Domum habet in Seuilia & in portu de S. Lucar, Statum in regno Seuilia, ducatos annuos 150. m.

Dux Maquedæ, marchio de Elche, Caput familiæ de los Cardenas, statum habet in regno Toletano & Valentia per annum 40. m. duc.

Dux de Nagera, comes de Treuino de Valencia, & Don Iuan, Caput domus de Manriquez de Lara, domum habet in Nagera, statum in prouincia de la Rioja, 50. m. duc.

Dux Feria, marchio Castræ, caput de los Figuerros, Statum refert in Estramaduran, domum in Castra, 50. m. duc.

Dux Cardonæ & de Segorie, marchio de Comares, dominus in Lucena, Alcayde de los Donzoles, sanguine iunctus regibus Aragoniæ & de la Cerda, Domum habet Valentia & Cardonæ & Barcelonæ, Statum in regnis Valentia, Catalaunia & Cordouæ, reditus annuos habet 110. m. duc.

Dux Somæ, marchio de Palamos, Almiranta Neapolitanus ex domo de Cordoua, domum habet in Belbuche, 40. m. duc.

Dux de Villahermosa (καλοπέλεος) comes de Ribagorçæ, ex familia & sanguine regum Aragoniæ, Domum habet Saragoçæ, Statum in regnis Aragoniæ & Valentia, annuos 25. m. ducat.

Dux Pastranæ, Princeps de Euoli caput domus de Silua regni Portugaliæ, vnde in Castiliam venit Ruy Gemez de Silua, Domum habet Madriti & Pastranæ 50. m. Ducat.

Dux de Francauila, Princeps de Melito, ex domo de los Mendocas, Domum Toleti, Statum in eodem regno, & numerat in annos 40. Ducatorum millia.

*Marchiones maiores.*

Marchio de Astorgæ, Comes de Traffamare, Dominus domus de los Villalobos, caput de los Ozorios, domum habet in Astorga, statum in regno de Leon, & prouincia de Campos habet 50. m. ducat.

Marchio de Aguilar Comes de Castaneda, ex domo de los Manriques de Lara, habet domum Originariam in Carriën & Aguilar de Campos, Statum in montib' & prouincia de Cãpos, Reditus 40. m. duc.

Marchio de Denra, Comes de Lerma, Caput de los Roias, Domus illius in Denra & Valentia, Status in regno eodē & in Castilia veteri, Reditus 25. m. duc.

Marchio de Mendeiar Comes de Tendilla, ex domo Mendocæ, Domum habet in Mondeiar, Statum in Alcarria, Reditus 36. m. duc.

Marchio de Nauarres, Magister de Montesa, Principalis & caput domus de los Borias, habet domum in Valentia, Statum ibidem, Reditus 20. m. duc.

Marchio de Pliego, Dominus domus de Aguilar & de Cordua, Domum ibidem habet Corduæ, Statum in prædicto regno in reditib. habet 50. m. ducat.

Marchio de Sarria, Comes de Lemos, de Castro & de Villalua, dominus de villoa, Caput Domus de Castro, domum habet in Lemos & Sarriæ, statum in regno Galiciæ, Redit. 80. m. duc.

Marchio de los Veles Adelantado de Murcia, ex domo de los Faiardes, domum habet in los velez, Statum in regno Murcia, In reditib. 60. m. duc.

Marchio de S. Cruce ex domo de Bacan creatus Iudex cum summa auctoritate die 23. Januarii Anno 1584. domum habet Granatæ Annuos 36. mille ducat.

Marchio de Villafranca, ex domo de Toledo habet annuè 30. m. ducat.

Marchio de Volade, ex domo de Auila Toledo, domum habet Auilæ & velade de renta 20. millia ducatorum.

*Marchiones minores.*

Marchio de Ajanounte, ex domo de los Sunegas, domus illius Originaria est Senilia, status in eodem regno, & sunt in redit. 26. m. Ducat.

Marchio de Altamira, ex domo de los Rojas, domus in Altamira, reditus 12. m. ducat. habet.

Marchio de Viana, ex domo de los Pimentales, domus Vallisoleti, status in regno Galicia, 14. mille ducatos.

Marchio de Camarata & de Sabroso, Comes de Rula, Adelantado de Caçorla, ex domo de los Cobos & Mendocã, domus Vallisoleti status in Catalonia, ducati illi annui 50. m.

Marchio de Cortes, ex domo de Toledo, domus illius originaria in Cortes, status in regno Navarra, 16. m. ducat.

Marchio de Monte maior, ex domo de filua, domus in monte maiore, reditus 15. m. ducat.

Marchio de la Guarda de sancta Eugenia, Caput domus de los Mexias, domus illius Salamantica, status in regno de Jaen, reditus 40. m. ducat.

Marchio de montes claros, ex domo de los Mendocã, domus in Gadalajara, 16. m. ducat.

Marchio de las Nauas, caput de los Auilas, domus in ciuitate Auila, status in finitimo illius tractu, annue 16. m. duc.

Marchio de Possã, ex casa de Rojas, domus Vallisoleti Pozã & Madriti, status in Castilia antiqua, 20. m. ducat.

Marchio de Estigra, ex domo de los Centuriones de Genua, domus illius in Estipa, status in regno Seutilia 25. m. duc.

Marchio de Ibara, ex domo de los Pimentales, domus Vallisoleti, status in Castilia antiqua 16. mille ducat.

Marchio de Villamanrique, Caput de los Portocarerros, domus illius Seutilia, status in Estremadura, 16. m. duc.

Marchio de Villanueva del Ris, Caput de los Henriquez, domus est Seutilia sita annue duc. 25. m.

Marchio de la Drada ex domo de la Cueua, domus sita in la Drada, status in regno Toletano, annue habet 10. m.

Marchio de Cauete, ex domo Mendocã, domus in Cueua, status in ipsius tractu & finibus, annue 15. m. ducat.

Marchio de Fromista ex domo de Benauides & Henriquez, domus in Fromista, status in Prouincia de Campos & Castilia vetere, annue habet ducat. 10. m.

Marchio de Falces, Caput de los Peraltas, domus illius in Vrbe, status in Regno Navarra, 8. mille ducatos.

Marchio del valle, ex domo de los Corteses, domus Seutilia, status in Hispania noua 50. m. duc.

Marchio de Ardales Comes Leug, Caput de Guzman, domus in ciuitate de Melaga, status in regno Seutilia ducat. 16. m.

Marchio Alcala de la Alameda, ex domo de Portocarerros, domum habet Seutilia, ducat. m. quolibet anno.

Marchio de Alcauzos, ex domo de Henriquez, domum in Alcauzos, status in ipsius tractu habet 16. m. ducat.

Marchi de Auilafuente, ex domo de Zuniga, domus in Raltanas, status in Castilia vetere, Reditus 12. m. duc.

Marchio de Pioxã, ex domo Wolla, domus Vallisoleti, & 12. m. duc.

Marchio de Villamanrique, ex domo de Suniga, domus est Seutilia, status in eodem regno, 16. m. duc.

Marchio de Aunon, ex domo de Herrera, domus Madriti, status in Alcarria, 25. m. duc.

Marchio Molina, in eadem domum habet, in reditib. 6. m. duc.

Marchio de Cerraluo, ex domo de Castro, domus in Ciudad Rodrigo, status in eiusdem finib. aut ditio- ne, 8. m. duc. habet.

*Comites Prima Classis.*

Comes de Benauente, Caput domus de los Pimentales, domum Vallisoleti habet, status in regione de Campos, prouentus illius 100. m. duc.

Comes Albe de Lista, ex domo de los Henriquez, domum refert Samorram, status in Castilia veterem, prouentus 40. m. duc.

Comes Mirandã, Caput domus Aucunnã & de los Auellanedas, domum refert in Pennarandam, status in Castilia veterem, prouentus 35. m. duc.

Comestabuli regni Navarra, ex domo de Toledo, domum in Pamplona, status in Axuel regni Navarra, prouentus in 25. m. ducatis habet.

*Comites secunda Classis.*

Comes Salinarum & de Ribadeo, ex domo de Auellanda, & Mendocã, sedes stirpis in Burgos, status in Biscaia & eius montibus, hic ob fortia maiorum suorum facta regi Castilia in expugnanda vrbe Toletana, priuilegium habet prandendi simul cum rege Castilia diebus Paschã & Natiuitatis, illique cedunt vestes regia. Item equus & patera, quibus Rex ijs diebus vitur, habet ducat. 20. millia.

Comes de Aguilar, Caput de los Arellanos, sedem habet in ciuitate Demanda, status in la Riofa, & ditio- ne de Horria, de renta 15. m. duc.

Comes de Aranda, ex domo de los Vrreas, Dominus de Almormo, sedem aut domum familie seu gentilitiam Arandã habet, status in Aragonia, De renta habet 16. m. duc.

Comes de Alcaudera ex domo de Cordua, sedem gentilitiam Alcaudera habet, & in annua numerat ducat. 8. m.

Comes de Ayrona, ex domo de Moncada, sedem Barcelonã habet originariam, status in Catalunia, 14. m. duc.

Comes de Altamira, ex domo de Moscoso, sedem habet in Altamira, de renta 8. m. duc.

Comes de Buiendia, Dominus de Duennas ex domo de los Acuenas, sedem habet in Duennas, status in terra de Campos, numerat annue 20. m. ducat.

Comes de Ayllon, ex domo de los Ayllones & de Cordoua, sedem habet in Ayllon, de renta 8. m. duc.

Comes de Belchite, ex domo de Texar, domum Caragoçã, status in Aragonia, habet de renta 10. m. ducat.

Comes de Castellar, Caput de los Sapanedra, sedẽ Seutilia, status in eodem regno, de renta 14. m. duc.

Comes de Castro, ex domo de los Mendocã, & Manriquez, domum in Castro habet, & annue duc. 10. mil.

Comes de Chrachon, Caput de los Bouadillas, sedem habet Madriti, status in regno Toletano, habet annue 40. m. duc.

Comes de Cifuentes, Caput de los siluas, domum habet Toleti, status in eodem regno Toletan. 25. m. duc.

Comes de Cornua, ex domo de Mendocã, domũ habet in Guadalajara, in redit. duc. 20. m.

Comes de Fuenfalida, Caput de los Ayalas, domũ Toleti, status in eiusdem regno, in reditib. habet duc. 20. m.

Comes de Canimo, domũ ibid. in Canimo habet 6. m. duc.

Comes de Gelues, caput domus de Portugal, domũ Seutilia

Seuiliæ & statum in regno Seuiliæ, annuè habet 22. mille ducat.

Comes de Gomira, ex domo de Ayala, domum Gomiræ habet, annuè 16. m. duc.

Comes de Oliuares, ex domo de los Guzmanes, domum Seuiliæ habet, statum in eodem regno, de renta 40. m. ducat.

Comes de Corentayna, Caput domus de los Corellas, domum habet Valenciæ, statum in eodem regno Valenciæ 14. m. duc.

Comes de Fuentes in Aragonia, Caput domus de Heredra, statum in d. regno habet, domum Saragoçæ, 10. m. ducat.

Comes de Medellin, ex domo de los Portoramos, domum habet in Medellin, statum in Extremadura, 35. m. ducat.

Comes de Monte agudo, marchio de Almagar ex domo de los Mendoças, domum in Almagar, statum in Aragonia regno habet, annuè 18. mille ducat.

Comes de Montorrey, ex domo de Azeuedo, domum Salamañçæ habet, statum in regno Galiciæ, de renta 18. m. ducat.

Comes de Oropesa, & de la de leytosa (delectabili) Dominus de Segulla, ex domo de Tolero, domum habet in Talauera, statum in regno Toletano, 35. m. de renta.

Comes de Iserno, ex domo de los Manriquez, domum habet Vallisoleti, statum in Castilia veteri, de renta 20. m. ducat.

Comes de Onanto, Caput de los Gueuaras, domum habet in Onanto, statum in prouincia de Alaua, de renta 10. m. ducat.

Comes de Morata, ex domo Luna, domum Maratæ habet, statum in Aragonia, in redbibus, 12. mille ducatos.

Comes de Orgaz, ex domo Mendoçana, domum in Orgaz habet, & annuè 12. m. duc.

Comes de la Puebla, ex domo de Cardinas, domum habet Clerenæ, statum in Extremadura & regno Granatæ, 18. m. duc.

Comes de Pliego, ex domo de los Carrillos & Mendoçana, domum habet Gradalajazæ & in Pliego, statum in Saltibus de Cuenca, 12. m. duc.

Comes de Puno ex rostro, Caput de los Arras, domum Madriti habet, statum in regno Toletano, de renta 20. mille ducatos.

Comes de Paredes, ex domo de los Manriquez, domum in Paredes habet, statum in prouincia de Campos, 14. m. duc.

Comes de Riudetura, ex domo de Anellaneda, domum habet Vallisoleti, statum in regno Galiciæ, 10. m. duc. annue.

Comes de Saftago, ex domo de Alagon, domum Saragoçæ, statum Aragonia, habet in redbibus 18. m. ducat.

Comes S. Stephani, Caput de los Benaueses, domum habet Vbeda, statum in regno Aragonia, de renta 15. m. dnc.

Comes de Gelues, ex domo de la Cerda, domum in Gelue habet, & annue 8. m. duc.

Comes de Baraias, Caput de los Sapates, domum Madriti, statum in regno Toletano habet 12. mille ducat. de renta.

Comes de la Puebla de Montaluan, ex domo de los Girones & Pachecos, domum Pueblæ de Motaluan habet, statum in Extremadura, & in redbus 20. mille ducat.

Comes de Baylen, ex domo de los Ponces de Leon, domum habet in Baylen, statum in regno de Jaen, & 16. m. ducat.

Comes de Nieua, ex domo Valasorum, domum in Nieua habet, statum in Rioja, ex redbus annuo numerat 12. m. duc.

Comes Saluaterra, ex domo de los Ayalas, domum in Saluaterra habet, statum in prouincia de Campos, ex annuo redbus 10. m. duc.

Comes de Luna, statum habet in Leon, & ibidem domum, & 20. m. duc.

Comes de la Guerra, ex domo de los Carrillos, de renta 60. m. duc.

Comes Vceda de domo de Mexias, domum Auillæ habet, & ex redbus annuo numerat 10. m. duc.

Comes de Fuenfaldana, domum Vallisoleti habet, statum in Castilia veteri, 8. mille ducat. ex censu annuo.

Comes Lodofa, ex domo ..... domum in regno Nauarra habet, vna cum statu, in censu habet 8. mille duc.

Comes de sancta, Gadca, Adelantado Castilia, ex domo de los Padillas & Acunas, domum habet in sancta Gadca, census 20. m. duc.

Comes Almenara, ex domo de los Proximas, domum Valentia habet, statum in eodem regno. Censu 8. m. duc.

Comes Oliua, Caput familiae siue domus de los centellos, domum Valenciæ, statum in eiusdem regno habet 18. m. duc.

Comes Albayda, caput familiae, siue princeps de los de Lapellido de Milan, domum habet Albayda, statum in regno Valentia, Censu illius 10. m. duc.

Comes Elda, Princeps familiae suæ, domus de los Colomas, statum in regno Valenciæ, domum Elda, habet 8. m. duc.

*Vice Comites.*

Vice Comes Peralta, in censum habet annue 6. mille ducat.

Vice Comes de Guebuli, in censum 8. m. duc.

Vice Comes de Chelua in censum habet 6. m. duc.

*Almirantes seu Thalassarchi.*

Almiranta Castilia, in censum habet 40. m. duc.

Almiranta Aragonia, in censum 80. m. duc.

Almiranta Valencia, in censum 10. m. duc.

*Adelantados.*

Adelantado Caragoça 12. m. duc.

Adelantado Galiciæ 8. m. duc.

Adelantado Canana 10. m. duc.

Adelantado Castilia 12. m. duc.

*Priores Sancti Ioannis.*

Prior S. Joannis Regnorum Castilia & Leonis, Censu 100. m. duc.

Prior S. Joannis Catalaunia 14. m. duc.

Prior S. Joannis Valencia 7. m. duc.

Prior S. Joannis Aragonia, in redbus annuos habet 6. m. duc.

Princeps de Ascoli, caput de los Leyuas, domum habet in ciuitate S. Dominici, statum in Prouincia de la Rioja, & in Ducatu Regni Neapolitani, census 50. m. duc.

*Magistri.*

Magister S. Jacobi, qui ipsemet Rex est, annuè habet 200. m. duc.

Magister Calatrauæ habet 100. m. duc.

Magister Alcantara 100. duc.

Hos tres Magistratus sua Regia Maestas sibi vdicat.

*Archiepiscopi.*

Toletanus 200. m. duc.

Seuilia 100. m. duc.

S. Jacobi 60. m. duc.

Granatensis 50. m. duc.

Saragoça 50. m. duc.

Valenciæ 60. m. duc. annue.  
Tarragonæ 20. m. duc.  
Burgensis 40. m. duc.

*Episcopi.*

De Leon 16. m. duc.  
De Vbredo 12. m. duc.

*Episcopi suffraganei sub Archiepiscopatu  
Toletano.*

De Ciguença 40. m. duc.  
De Cuenca 36. m. duc.  
De Cordoua 40. m. duc.  
De Segouia 20. m. duc.  
De Palença 30. m. duc.  
De Hozma 20. m. duc.

*Episcopi suffraganei Archiepiscopatus  
S. Iacobi.*

Plasenciæ 40. m. duc. annue.  
Salamançæ 20. m. duc.  
Coriæ 25. m. duc.  
Astergæ 20. m. duc.  
Badajazæ 20. m. duc.  
De Gudaen drigo 14. m. duc.  
Orenses 8. m. duc.  
De Iuy 7. m. duc.  
De Mondonedo 7. m. duc.  
Samoræ 16. m. duc.  
De Lugo 6. m. duc.

*Episcopi suffraganei Archiepiscopatus Ca-  
ragoceni.*

Pampelonæ 16. m. duc.  
Calahorra 6. m. duc.  
Huelcæ 12. m. duc.  
Balbastri 8. m. duc.  
Tarragonæ 16. m. duc.

*Episcopi suffraganei Archiepiscopatus  
Seuiliæ.*

De Cadis 14. m. duc.  
De Jaen 30. m. duc.  
Aulæ 20. m. duc.

*Episcopi suffraganei Archiepiscopatus  
Valenciæ.*

Cartagenæ 12. m. duc.  
Origuelæ 8. m. duc.  
Secorbe 8. m. duc.  
De Albarazen 8. m. duc.  
Malloria.

*Episcopi suffraganei Archiepiscopatus  
Granatensis.*

Malagæ 30. m. duc.  
Almeriæ 13. m. duc.  
De Guadiæ 12. m. duc.

*Episcopi suffraganei Archiepiscopatus  
Tarragonensis.*

Gironæ 10. m. duc. annue.  
Leridæ 10. m. duc. annue.  
De Vrgel 8. m. duc. annue.  
Eluæ 7. m. duc. annue.  
De Vrque 6. m. duc. annue.  
Barcelonensis 8. m. duc. annue.  
De Cerduna 4. m. duc. annue.  
Tortosanus 12. m. duc. annue.

Quod si Indiarum quoq; regna animo obire pla-  
ceat, nationes, populoiq; potentes, duplo maiorem  
numerum, quam sit eorum, qui in varias sectas sparsi  
sunt, conficiemus. Tor Prætorum, Gubernatorum,  
Nauarchorum nomina recensenda forent, vt tedium  
& inuidiam facturum me putem.

Sed nunc Boream reuisamus, atque illam viris, ar-  
misque, & quod caput est, eruditâ generositate no-  
bilem Poloniam ingrediamur; In qua primum ari-

mo pio, fortique, & rebus gestis exercito, Rex Sigis-  
mundus, & patriæ virtutis æmulator Vladislaus fi-  
lius, occurrunt, Cæteraque proles regia.

*Sequuntur Principes & Domini Aulae Sere-  
nijs. Archiducis Alberti.*

Dux de Oranges, obiit constantissimus in fide Ca-  
tholica Anno DOMINI 1618. die 20. Febr.  
Dux de Arifchor Comes de Arenberg, Eques velle-  
ris aurei.  
Dux de Chimay Comes de Beaumont, Dominus de  
Auennes & Comes de Zonegfen.  
Eques de Arenbergk.  
Dux de Croy Marchio de Haure, Comes de Fonti-  
noy velleris au. eques.  
Baro de Fine tranges frater ducis de Croy.  
Princeps de Legne, velleris aurei eques Gubernator  
& Capitaneus Artesiæ Comitatus.  
Marchio de Roboys filius istius.  
Comes de Egmont, velleris aurei eques, gubernator  
& Capitaneus generalis Comitatus Namurci.  
Princeps de Baure filius illius.  
Fridericus Comes de Berge, Comes de Boermer, E-  
ques velleris aurei, Gubernator & Capitaneus  
generalis Geldriæ, Ducatus & Comitatus Zut-  
phanienfis.  
Comes Henricus de Bergen, Dominus de Steuenf-  
uert frater illius.  
Comes de Berlaymont & de l'Alaing Eques velleris  
aurei Gubernator & Capitaneus generalis Du-  
catus Luxemburgensis, & Comitatus de Chi-  
ny.  
Comes de Champlite Eques velleris aurei Vice-  
Capitaneus Generalis Burgundiæ & Char-  
lois.  
Marchio de Veranbon Eques Vel. aur.  
Baro de Balancon frater illius.  
Marchio de Marney, Comes de Ponrevaule Eques  
&c.  
Comes de Solre, Eques aur. velleris.  
Comes de Hochstraten.  
Comes de Bosluit.  
Comes de Bucoy Eques velleris aurei Lieutenant  
locum tenens & Capitaneus generalis & ma-  
gnus Baillii Hannouix & Comes de Haute-  
querfque.  
Princeps de Barbançon.  
Comes de Reux.  
Comes de Meghen.  
Marchio de Renty.  
Marchio de Trefegmes.  
Comes de Vertam.  
Comes de Henin Dux de Borneuille.  
Comes de Beaurieu.  
Comes de Fresin.  
Comes Sanctæ Aldegonde Gubernator, & Capita-  
neus Ducatus Limburgensis, de Faulquemont,  
Dalhem & Rodeleducq.  
Comes de Norelles.  
Comes de Vbalfuze.  
Comes de Middelburgh.  
Comes de Henghien.  
Comes de Falays.  
Comes de Croix.  
Comes de Esterres.  
Comes de Willerual.  
Comes de Bailleul.  
Comes de Bassigny Baro de Boertel.  
Baro de Grimbergh.  
Dominus de Bredam.  
Dominus de Marlec penes quem summa rei quæ-  
storia.  
Dominus de Coppigny & hic quæstor.

Marchio

Marchio Spinola Capitaneus & Praefectus gubernator generalis Belgii nomine Regis Catholici & Archiducis.

Comes de Aneuer dicti Marchionis Aulae Praefectus & Archiduci à poculis.

Marchio de Wedere Praefectus generalis equitum. Comes de Furstenberg.

Marchio de Malaspina, Ordinarius in Aula Serenissimi Archiducis.

*Cum viro nobili, doctog, è Polonia oriundo Abrahami Sculteti Catalogum ostenderem, hunc in modum ille mihi rescripsit: Verba enim eius ponere consultum duxi.*

Ex omnibus istis familiis, quas pro se Hæresiaracha citat, nonnulli degenerarunt, Principiora tamen capita eorundem stemmatum Rom. Cathol. ab antiquo illatæ fidei tempore incorrupta permanerunt, & hucusque constanter perseverant: Nam de familia Lesniouiorum de Lesno, & eorum stemmate, quæ pro se citat, etiam hac tēpestate tot existunt feruentes Rom. Catholici; quot nec iste qui citat, nec qui ab illo citatur, capillos in capitibus suis numerare valent.

Comites verò ab Ostrog (excepto citato) omnes Roman. Catholice Religionis non solum assertores, verum etiam acerrimi propugnatores fidei, sapientia & potentia insignes existunt. Quorum caput, & princeps Palatinus Posnaniensis recenti iudicio in publica disputatione Lublini nouum Euangelium, & illius sectatores grauisimo iudicio condemnauit.

De Fierleorum tam numerosa prosapia, si duo solummodo funesta noui Euangelii caligine offusi, ad publici muneris officium in Religione aut Republicum rumpere nequeunt cum summo dolore suorum; non idcirco de vniuersa familia, de qua tot Principes viri Palatini & Episcopi, tot ceteri potentes Senatores, omni tempore in Rom. Cath. fide floruerunt, & nunc florent, quot annalibus recensentur, & quibus nunc Illustrissimus & Reuerendissimus Episcopus Ploësis, paulò ante Vicecancellarius Regni, noui Euangelii assertores, & doctrina & potentia ita coerces, vt in tota Diocesi sua eis, non modo noui Euangelii Scholæ, sed ne os quidem aperire liceat.

Nicolaus autè Fierlei Senator Regni dignissimus, publicè in prædicta Lublinensi disputatione, seductores noui Euangelii autoritate, & prudentia sua compressit.

Ceteri quos refert Hæresiaracha sui Euangelii erroribus irritos, tales sunt, vt in tam numerosis Prosapiarum suarum familiis, & ordinibus, quæ Roman. Cath. Religionem semper sunt professæ, & iam profiterentur, ne cernantur quidem.

Quod vero vnum & alterum Principum & Comitum Hæresiaracha pro se adduxit; facile ea ipsa inopia conuincitur, quod satis exiguam copiam ex innumero ferè Principum, Ducum, & Comitum numero recensere potuit.

Nos autem pro adductis possumus Rom. Cathol. Religionis tot oculis illius turmatim obicere, quot ille terris Euangelii sui tenebris nunquam vidit, aut videre poterit.

In primis autem sese offert Minor Polonia, in qua Marchionum de Mirou, Gonzagarum domus vniuersa Rom. Cath. fidè ab antiquo tuetur & defendit.

Arauiæ Liptouiaque Comitum Komorouiorum familia tota.

Comitum à Teczyn peruetusta prosapia tota quæta. Comitum de Wilnicza Lubomirsciorum Gens vniuersa.

Ipsè Palatinus & Castellanus Cracouicis, Principes viri potentia & autoritate, cum omnib. Senatoribus Rom. Cath. Religionem profiterentur & tuentur.

In Maiori vero Polonia Comes de Zgorka Generalis Maioris Poloniae.

Comes de Zgorka Stanislaus Carnouius, cum omnibus familiae suæ ordinibus eandem religionem profertur.

Palatinus Posnaniensis Comes ab Ostrog.

Comites à Tarnov. Senatorum quoque omnes quotquot in eo Ducatu reperiuntur, omnes Roman. Cathol. Religionis sese Assertores & propugnatores feruentissimos quotidiano experimēto profertur.

Ex Ducatu Masouie non expedit quempia Principum, Senatorum aut Nobilium recensere, cum omnes & singuli adeo ab antiquo complexam Romanam Ecclesiam foueant ac defendant, vt noui Euangelii seductoribus, non modo verbis influere callidis, sed ne iter quidem illuc facere tutum experiamur.

Ex Magno Ducatu Lithuaniae non negamus duos Radziuilios, sæpius calcaria nouo Euangelio admouisse, sed multo potentiores eiusdem prosapiae Duces, iisdem admotis calcaribus scimus ita propulisse & concitasse illud ipsum nouum Euangelium cum Assertoribus suis ad ipsos vsq; inferos ablegando.

Ex eodem Ducatu, vtram libenter admota calcaria remouerent, si possent, ne toties inquietudine, & noui Euangelii admotis calcaribus protruderentur & conculcarentur. Nam Radziuilius Dux, Palatinus VVilnensis. Dux Radziuilius Palatinus Proccensis. Dux Radziuilius Adalbertus in Otyka & Niesvies. Dux Nicolaus Radziuilius non solum Rom. Cathol. Religionis ab antiquo fuerunt, verum etiam angusta templa permulta, & magnifice dotata extruxerunt, Collegium quoq; Societatis Jesu dignum suo nomine & Religione erexerunt.

In eodem Ducatu, Duces omnes de Jagellonia Regia familia.

Duces omnes à Magnorum Ducum Lithuaniae stirpe originem trahentes noui Euangelii caliginem hucusq; etiam aspiciere dedignantur.

Comes Chotkiev vicz, Dux Generalis copiarum, eiusdem Magni Ducatus, tantopere nouum dogma pestilentis Euangelii, quæto Patriæ hostem cum amplissima familiae suæ potentia, & toto Senatorum ordine, quorum nemo in eo Ducatu nouo Euangelicus reperitur, persequitur.

Ex Ducatu VVotynia & Russiae Dux de Ostrog Janusius, Dominus Cracouienfis.

Dux de Ostrog Janusius eiusdem nominis Palatinus VVolyniae.

Dux de Ostrog Alexander Palatinus Braczlauia.

Dux Georgius Zaslania.

Duces Sanguski omnes.

Duces Czartonski in Czartori omnes.

Duces de V Vishovvice omnes.

Dux Constantinus in Jaroslavv.

Dux Janusius in Jaroslavv.

Duces Korecii omnes, de Korec.

Duces Kofzerfcii omnes.

Et reliquæ Ducum familiae, trahentes originem à Magnis Ducibus Lithuaniae, Russiae, Masouiae, Nalacia, VVolodimiria, quorum numerum recensere, esset innumera folia otiose replere: Rom. Cathol. fidem profertur, & noui Euangelii inuectoribus, non minus quam Turcarum, Tartarorumq; perfidis excursionibus sese re ipsa opponunt, vna cum Regia Maicestate, & vniuersis senatorum dignitatib; ordinibus, pietate, studio, armis, & si quando expedit vita ipsa Roman. Religionem roborando & propugnando.

Neque nobilissimis Hungariae, Bohemiaeque regnis defunt, quibus vetus Cathol. religio, pietasque cordi sit, qui magna constantia eam defenderunt: ostendunt hoc ipsa comitia, & pro principibus suis impensulabor, sumptusq; & inter clades seruata fides.

5. Hic igitur cum sit status religionum, si defensores attendas, non facile alia vi & armis opprimere poterit, quod si Catholicos in parte premant arma & bella, non tamen victores diuturna frui pace valebunt, cum inter se acerbe diffideant, nec desint, quibus victoria societas futura sit grauis.

## CAPVT XI.

*Status Religionum Europæarum, si doctrinam & doctores spectes.*

§.1. **D**OCTORES, & antistites discrepantium sectarum, quorum præcipuè nomina in catalogo nundinarum vernarū anni 1618. inueni, & scripta comparauī, (quamquam aliquorum haberi non potuerunt, vel quod nondum prodissent, vel quod eorum typographos puderet) illi ferè nominantur.

Argentoratenses Academici.

Andreas Finnolot.

Anonymus *vnbekant gegē Christian Gottsies.*

Argentoratenses Prædicantes.

Anonymus de Jubilæo.

Andreas Cramerus.

Abraham Schultetus.

Adrianus Smoutius.

Arminiani & Gomorriani in Hollandia.

Balthasar Meisner.

Caspar Holtenius.

Caspar Melissander.

Caspar Finckius.

Christophorus Schlepnerus.

Christophorus Ziegler.

Conrad Dietrich.

Christophorus Adolphi.

Christophorus V Valpurger.

Danici Prædicantes.

Daniel Angelocrator.

Daniel Pareus.

Ethardus Lauterbach.

Egidius Strauch.

Fridericus H. bachius.

Friderich Franck.

Fridericus Balduinus.

Georgius Engelman.

Georgius Zeeman.

Gaudentius de Jubilantibus.

Guilielmus Barter Anglus.

Heidelbergenses Academici.

Hartmannus Braun.

Henricus Altingus.

Henricus Eckardus.

Henricus Hopffner.

Henricus Hirzvigius.

Jacobus Martini.

Joannes Gifenus.

Joannes Simonius.

Joannes Grocius.

Joannes Tarnouius.

Joannes Affelmannus.

Joannes Staden.

Joannes Schröder.

Joannes Heinrich Niemern.

Joannes Schneider.

Joannes Pandocheus.

Joannes Salmuth.

Joannes Joachim Beutherus.

Joannes Michael Beutherus.

Joannes Leibius.

Joannes Georgius Siegwart.

Joannes Roffensis contra

Robert. Bellarminum.

Joannes Schreiter Annaberg.

Joannes Scharpius.

Maximilianus Ritter.

Martinus Rober.

Matthias Hoc von Hoheneck.

Matthias Hassenreffer.

Melchior Schærerus.

Michael Mulingus.

Mercatus Popisticus autoris.

M. M. D.

Nicolaus Hartkopfius.

Nicolaus Martini.

Nicolaus Pomeranus.

Nicolaus Greuinchouius.

Paulus Laurentij.

Polycarpus Eysler.

14. *Predig diuerforum vom Jubelst.*

Roththockiensis Academici.

Robertus Sarisburiensis.

Sibrandus Lubberti.

Sigismundus Fuenius.

Simon Gediccus.

Scholastici Neihufanij.

Tubingenses Academici.

Thomas VVeinrichius.

Thomas Tuki Angli index fidei & religionis.

Vincens Schmucken.

VVihelmus Alardus.

VVittebergenfes Professores & Doctores.

VVittenburgenses Prædicantes.

VVollfgangus Franzius.

Et

Alii quos fama obscura recondit.

Catholici huius temporis doctores nominare multitudo vetat, ipsæ Academie, & collegia tum Canoniorum, tum Religiosorum multas paginas implent.

§.2. Ad doctrinam quod attinet, ea omnibus Catholicis vna est, quæ Concilio Tridentino, & aliis in Synodis explicata est, ab hac vbi recesseris, ingentem turbam omnium sectarum cõspicies, quarum vnaquæq; certissimam veritatem, exploratissimam sanctitatem sibi vendicat, audacissimè alios eodemnat. Quia igitur postera ætas mirabitur de varietate, absurditate, blasphemis hæreseon, breuius de illorum auctoribus, sententiisque dicendum est.

Catalogum variarum hæreseon olim S. Augustin. Philastrius, & ante hos Epiphanius contulerunt, nostro autem tempore, Lindanus, Prætolus, Sanderus, & compendio nostro in tabula Chronographica Jacobus Gualterus qui nouas veteribus composuit.

§.3. Primus nouitatem oris est, & ambitioni, ac libidini libertatè quæsiuit Martinus Lutherus, cui occasione indulgentiarum proclamatio, causam verò interna mala, quæ res quietas semper mouerunt, auaritia, illiciti amores, inquieti ingenii superbia dedit.

Sed cum non haberet omnia constituta, & non modo falsa, sed & falsa repugnent, non potuit opus illud vnquam apte contexere, & concinnare, quin alia atq; alia destrueret, vt si quis magnum ædificium sine hypodigmate fabricetur, necesse habet multa diruere, quia manus consilio velociores fuerunt. Hinc inter ipsa initia non modo conciones, & scripta, sed mensurarum etiam hilaritudines, & Eurrapelia, de quibus integros libros Lutherani scripserunt, nouarum hæreseon secunda fuerunt. Et sanè vt ipse Lutherus, & Matthias Hoc conc. 3. Jubil. fatetur, triginta fanaticos Sp. ipse expertus est, quemadmodum ingens illa

sub illicibus suis

Triginta capitum fetus enixa iacebat.

Fatetur hoc vel ingenue, vel necessitate veri adactus Joan. Gifenus Gifenus professor, thesi 7. Quia vero in primis scriptis, quedam, quæ ipsius manifeste fauent, propugnauit, in sequentibus tamen edictis & improbauit. Successus enim, assidua Oratione, Meditatione, &

Tenta

Errantium nunquam est vna via.

Hæresis aliam causam habent, aliam præcedunt.

Hæreses multa mutare coguntur.

Varietas secunda hæresis.

Tentatione in veritatem est introductus, & impietates pontificias agnoscere, & solide refutare didicit. Exponit id ipse in præfat. To. 1. ten. Lat. Ante omnia, inquit, oro primum Lectorem, & oro propter ipsum Dominum nostrum Iesum Christum, vt ista legat cum iudicio, imo cum multa miseratione: Et sciat, me fuisse aliquando Monachum, & Papatam insanissimum cum istam causam aggressus sum. Et paulo post: Ita muenies in istis meis scriptis prioribus, quam multa, & magna humiliter concesserim Papa, qua posterioribus, & istis temporibus pro summa blasphemia, & abominatione habeo, & execror. Dabit ergo hunc errorem, pie Lector, vel (vt ipsi calumniantur) autologiam temporis, &c.

Cum igitur inter initia non Dei spiritu, non gratia cœlesti loqueretur, sibi contradixit. Nam si Deus verbum posuisset in ore eius, nihil abominandum, nihil contra manifestam veritatem tam certo affirmasset: Errant quidem sancti, & docti interdum, sed eum, qui toram Ecclesiam, atque antiquitatem damnaret, nouum se Eliã profiteretur, in cunctis errasse, omnia permutasse non oportebat.

§. 4. Porro qui fidem à Luthero prædicatam imitauerunt, alij à Luthero penitus defecerunt, eumque condemnauerunt, alij sub famoso, & apud Germanos gratioso nomine sectiunculas fecerunt.

Infestissimus illi fuit eius promotor Andreas à Bodenstern Carolstadius, qui impus est, vt clientem oppugnaret, quemadmodum historiam narrat multi iubilantes, in primis concione 3. Matthias Hoc pag. 116. Huic Sacramentariam, & Anabaptistam hæresim tribuunt Lutherani, vt Erasmus Alberus l. de male dicta Carolstadianorum doctrina, & Melanchthon in comm. ad coloss. ait eum Pædobaptismum negasse. Alij Zvinglio Anabaptismum acceptum referunt, quod is libro de baptismo scribat: Viriulus esse pueri baptismum non conferri: quin & Balthasar Pacimontanus quem plerique parentem Anabaptistarum esse affirmant, scripto Zvinglij Pædobaptismum improbantis se tuebatur. Sed de auctore mali non est magnopere laborandum, malo auertendo rationes quærédæ sunt. Thomas Muntzerus, & Nicolaus Storckius illa in tragedia primas tenuere.

Primus igitur Lutherismi ramus, sed ab arbore reuulsus est Anabaptismus, in plurimas ille sectas diuisus est: Filium Dei negat ex virgine carnem sumpsisse, promiscuos concubitus probant, imperant, magistratum non agnoscunt, externis larnis opinionem innocentie quærunt, fomijis indulgent, magiæ student; interimi putant eos posse, qui sectam eorum non sequuntur, multa cum ceteris communia, multa peculiaria habent. Eorum dux fuit Christophorus Schaplerus qui in bellis in concitauit. Huic affinis Campanus etiam hoc addidit, vt personarum in Trinitate distinctionem negaret. Ad hos pertinere arbitror, Scripturianos, Paulinos, Barenburgicos, Pastoricias, Sanguinarios, Egidianos, Demoniaicos, Sabbaratios, communia habentes, etiam Syxores. Condormiçtes, Eiulantes, quorũ sunt tot secte, quot capita. Alia parte obstericante Carolstadio, pariente Zvinglio, adiuuante Oecolampadio natus est Sacramentarijmus, quem Zvinglianijmus, & Calvinijmus nuncupare solent Lutherani, quem præcipue detestantur.

Zvinglius Berengarij errores imitatus est, sed plures addit, eum Carolstadius, & Oecolampadius adiuerunt. Peccatum Originale, & gratiæ necessitatem cum Pelagianis reiecit. At Nestorianijmus illi Lutherani oēs obijciunt. Zvinglium secutus est Calvinus, additis multis erroribus, vt fidẽ non esse vnã, non esse sine incredulitate, implicitam nullam esse, scripturam incertã esse, intellectu facilem, fidem non posse trahi, Deum ad mala & peccata prædestinasse, in diuina essentia esse realem distinctionem, Trinita-

tem non esse adorandam, Christum secundum humanam naturam fuisse ignorantem, officium mediatoris refugisse, desperasse, pœnas damnati hominis sustinuisse, nihil sibi meruisse, gloriam piorum ante diem extremũ non dari, Ecclesiã posse deficere. Quidã Lutherani trecetos & plures errores Calvinianorum enarrant: Fasciculus Ekkardi, & Cramerus. alij.

§. 5. Hæresis sacramentaria in multas est diuisa sectas, vt monuit Lutherus: Hinc enim orti Bucerani & Melanchthonici in perpetuis conciliationibus versati, quamuis peculiare errores defenderint. Martyr quoque singularem sententiam docuit. Castellio religionem quam quisque vellet, permittebat, Canticum çanticorum è canone tollebat, quod impudicam cantionem esse diceret.

Lasco baptismum penitus reiecit. Valentinus gentilis Alcoranum cum nouo testamento miscuit. Ludouicus Alemannus negauit corpus Christi etiam fide percipi. Petrus Richerius negauit Christum in humanã carne adorandum, tandem censuit solum patrem adorandum esse. Sunt & alij quos vocant, Significatiuos, Tropistas, Energicos, Arthabonarios, Adefsenarios, Metamorphistas, Icariotitas, Metaphoristas, Antipuritanos, Pseudoirenicos, Arminianos, Sibrãdianos, Vostianos, Venatorianos, horum errores maxime posteriorum varios, perniciosos eristica scripta Belgarum ostendunt.

§. 7. Atque hi sunt, qui omnino se Luthero opposuere, nec tamen pauciores sub eius nomine inter se acria bella gerunt, contra se mutuo fulminant; partes fuere, Rigidi & molles; horum caput Melanchthon, Wittebergenses, & fere Academici. Illorum Illyricus Flaccus, hoiũ errores etiam ad exilia, & proscriptiões inroduere. Deinde inualuere Brentiani seu crassiores Vbiquitarij. Eodem tempore maxime in Borussia Ostandrini, qui essentiali Dei iustitiã nos iustificari docuerunt. Huic se ita opposuit Stacarus, vt humanitati soli vim iustificandi tribueret, diuinitatẽ negaret, hac in parte Arianus. Vtrunq; Andreas Musculus Vbiquista insignis oppugnauit, vtrique enim natura, diuina & humana iustificationem tribuit, & vt vehementius faceret, diuinam naturam in cruce mortuam dixit. Tubingenses in parte adhæserunt Ostandro, vt dicerent, iustitiã Dei essentialẽ impunitari nobis. Magna lite deinde Saxoniam distaxerunt Nicolaus Ambsdorffius, & Mansfeldici, dum operibus bonis Maioristis, Antinomis, liberi arbitrii defensoribus, Adiaiphoristis, Stancarianis sese obiecerunt, eosque habitã Synodo damnarunt. Errores in varijs partibus, Chyrtius, Functius, Pastillarij, Interimista, Antidiaiphorista, Lutheropapista, Lutheroz wingliani, Heshusiani, Hutita, varijs opinionib. instaurarunt, & ita multiplicarunt, vt vix in vllis sit consensus.

Iactata est circa annũ Domini 1580. cõcordia Berengensis, & annis sequentibus in eam coniuratum est à plerisque, sed eo fine, vt mox Lutherani plerique ab ea deficerent, & à Lutheranis pleraque prouincia.

§. 7. Qui vero contra Lutheranos, Calvinianos, Anabaptistas manifeste pugnat, sunt Ostorodiani, siue maus Sociniani, Christi meriti, redẽptionis, & diuinæ iustitiæ negatores, Ariani per Poloniã, Hungariam, Translyuaniam. Seruetiani, qui Sabellianijmus, Eutychanijmus, Anabaptijmus miscent. Effrontes qui frontem donec sanguinem elicerent, radebant, deinde oleo eam perungentes se Christianos sine baptismo esse iactabant, Spiritum sanctum motum quendam esse dicebant, ideoque sine idololatritiæ crimine non posse adorari. Ochinista qui polygamiam admittunt. Noui Sabelliani, Bacularij, & quorum maxima turba est, Epicurarij, Athei, Libertini. Hic status est pugnantissimarum in Europa religionum, populus magnam partem contro-

Lutherus  
verum suum  
ignarus.

Lutherani  
uominis  
multa secte  
fuerunt.

Carolstadius  
Lutheri  
oppositus.

Zwinglius  
Balthasar  
pacimontanus  
Thomas  
Muntzerus  
Nicolaus  
Storck  
Anabaptismus.

Christophorus  
Scaplerus.  
Campan.

Oecolampadius.

Errores  
Caluiniani

Bucerani,  
Melanchthonici.

Castellio.

Lasco.

Variæ hæreses.

Vide Synodum Mansfeldicam.  
Lutherani  
Rigidi &  
Molles.  
Brentiani.

Ostandrini.  
Stancariani.  
And. Musculus.

Mansfeldici.

Concordia  
liber interior  
est Lutheris.

Ostorodiani.

Europe hæreses ad Athesismum inclinant.

uerfiarum vel non curat, vel sane ignorat. Doctiores in partibus sunt partim alienis, partim suis, fere enim altercandi vehementiam veritatem amittunt, & in haeresin aliquam impingunt. Multi igitur sunt, & varij commaritis Lutherani, multi Calviniani, & forte non pauciores Anabaptista, Sociniani; sed plurimi qui religiones in vnam omnes conflare constituerunt.

§. 8. Fecerunt hoc olim Nouatiani, vt auctor est Aug. haeref. 38. & Epiphan. haeref. 59. qui eadem se & Catholicos fide imbutos ferebant, sed in doctrina tamen discrepare, culpabat & Catholicos Ariani tempore Valentis; Vos contenditis propter exiguam dogmatum subtilitatem. Fuere & Rheroriani, qui docebat omnes haereses recta via incedere, & docere veritatem; ita refert Philastrius in Catalog. & Augustinus haeref. 72. miraturque posse cuiquam in mentem venire, vt ita iudicet.

Inualefcit semper ea opinio cum in multiplices labyrinthos errorum incidunt prouincie. Eo enim homines profani inducuntur, vt modo pacem Reip. teneant, non vereantur in vnum errorem conspirare. Docuit illam pacem Zenonis *ἐνοτικὸν πρὸς αὐτοὺς* pacificatorium, seu vniuersum editum, quo voluit Eutyrianos, Diolcorianos, & Catholicos de sua sententia aliquid remittere, vt in vnam conspirarent religionem, quae res tamen maiores diffensiones peperit, quemadmodum nulla re magis se Lutherani infirmant, quam cum in vnum Concordiae librum insanabiles alioqui errores compegerunt. Non dissimili ratione Ioannes

Sturmius, an. 1578. mediam viam instituit, nouam enim religionem ex Protestantium & Catholicorum sententij, iudicio virorum septuaginta conflari volebat: qui omnium Theologorum in se iras concitauit. Refert doctissimus noster Gualterius tab. Chrō. pag. 380. col. 2. Ioannem Serranum ministrum Araucanicum potenti cuidam Catholico Domino dixisse: Suam religionem à Romana non nisi ceremonijs discrepare, suamq; pauca nimis ceremonias habere, Romanam nimis multas: neg. difficile esse vnam alteri conciliare: nempe illarum numero aduucto, harum immutato, qua de re inchoatum li-

brum morte praeventus, non absoluit. Idem tentauit quidam Christianus Constans fidei nominis conciliator, qui Romanam, & Calvinianam religionem, nō duas esse religiones, sed vnā asserit, si verè & Germane iudicandū sit, vt in an. 1600. p. 824. col. 1. multis exponit idem Gualterius, qui si Parei Irenicon, & Lutheranorum Polemica vidisset, quae omnia post eius tabulas Chronographicas edita sunt, multo magis quam Augustini de Rherorianis admiraretur.

§. 9. Cum igitur tot sint haereses, & exque indies augeantur, augmento suo Respublicas in partes trahant, membra Europae diuellant, alia alijs, vniuersa Turcis obijciant: Agnoscite o reges & principes statum religionis vestrae, animabus vestris, subditorumque saluti Reipublicae & Politiae prospicite, ad vnam religionem redeundum est, vel enim luas quisque opinioniones obfirmate propugnabitis, atque ita tot erunt dissidia, quot homines; vel cuique opinandi & docendi potestatem facietis, & sic vno verbo Remplicam euertetis, venient enim qui negabunt Magistratui quicquam esse iuris, qui omnia communia dicet, & efficaciam errorum lenocinante voluptate in mores inducent.

Haec mutatio religionis, multis seditionibus, bellisque in Europam inducta est, stetit omnino sanguine multo, quo poruit Africa, Asia, India parari, ex eaque nunc quo quo dum haec seribo, multis locis ciuilia bella grassantur, pluribus apparantur, omnibus timentur. Eheu posteri negabitis? Inter tot fides an filius hominis veniens, inueniet fidem?

Haeresis summa est omnium chaos.

Zenonis diuisit Ecclesias.

Concordia liber omnium errorum tartarus.

Hodie quoque multi sunt Rheroriani.

Consulte acta Belgarum.

Nulla spes pacis nisi in vna religione.

CAPVT XII.

Seditionum improuisa, & ex paruis rebus origo.

§. 1. **M**onet verissime Aristoteles l. 5. c. 4. Politic. *ἐκ μικρῶν*. Oriuntur seditiones non de paruis rebus, sed ex paruis, dissident enim homines & seditiones excitat de rebus magnis. In his tamen obseruabis, tum cum parua res magnum incendium conflauit, id fere ortum ex corruptis moribus populi, vel in re parua ostendi magnum contemptum, nequitiamque.

§. 2. Pulsus est Roma Tarquinius ob filij adulerium. Non parua res est vxorum pudicitia, sed magna, pro qua tanquam pro re sacra maritum pugna re fas est, sed inter gentilium & barbarorum regum libidines haud tanti aestimata, vt Brutus & Collatinus, si hoc solum fuisset peccatum, commouere Romam Collatiamque non possent. Erant vero exacerbati scelere, superbia, tyrannide regis. Nam de eo Liuius l. 1. Conficius deinde male quarendi regni ab se ipso aduersus se exemplum capi posse, armatis corpus circumsepsit: neque enim ad ius regni quidquam praeter vim habebat: vt qui neque populi iussu, neque auctoribus patribus regnaret. Eo accedebat vt in charitate ciuium nihil spei reponenti, metu regnum tutandum esset. quem vt pluribus incuteret, cognitiones capitalium rerum sine consilij per se solus exercebat. perque eam causam occidere, in exilium agere, bonos multare poterat. non suspectos modo & inuisos, sed vnde nihil aliud quam praedam sperare possent. Cum vero Capitolium, cloacam maximam aliaque exstrueret oppressae plebis manibus magno in odio erat, quod occasione duntaxat egebat.

Aristoteles non dissimilia narrat. Syracusis tumultum exortum ob duorum flagitia, quorum alter adulterij, alter tritoris criminis reus erat: Sed cum singuli ciuium partem sibi adiungerent, seditionem, qua forma Reipub. mutata est, concitarunt. Verum corruptos tam magistratum, quam populi mores, indicat se ditio; his pro adulterio, illis pro *παίδεσσι* pugnantibus, in vitioso enim populo cum pessimus quisque in tumultum sit pronus, facillime seditio nascitur.

§. 3. Histae orta est seditio ob duorum fratrum in diuidenda hereditate contentionem, vt testatur Aristoteles. Cum enim locupletior frater alteri iniuriam faceret, paternaque opes detineret, alter frater pauper, pauperes ciues in auxilium vocauit, alter locupletes, factaque est pugna pauperum contra diuites, quae nulla fuisset, si vel vmbra iustitiae in tribunalibus apparuisset.

De seditionis Delphicae historia constat, vtrinq; fuisse speciem recti. Mytilenorum enim seditio originem ex iustitiae neglectu habuit. Timophanes duas filias opulentas reliquit superstites, eas filijs suis poscit Doxander, fert repulsam, & Athenienses concitat ad impium bellum.

§. 4. Parua etiam res erat quae consulari plebi communicauit, quod soror plebeio nupta, ab sorore qua in patriciam domum venerat, irrita est: quia ad insolitum licitoris ianuam percutientis sonum expauit, quae sanè irrita ad seditionem nullas vires habuisset, si in pacata Reipu. tempora incidisset. At iam praecesserant Tribunitiae contentiones de consulari plebi communicando, quarebaturq; auctor, qui intermissa certamina instauraret.

§. 5. Suetonius in Augusto refert magni periculi iudicium

Ex parua scintilla magnum incendium.

Tennis est valetudo Reip. quae leui occasione meritur.

Seditio quo modo signi corrupta Reip.

Roma Plebeius consuli vnde?

ludicram causam. Nam cum spectaculo ludorū gregarium militem in XIV. or dinibus sedentem excitari per apparitorem iussisset, rumore ab obtrectatoribus dilato, quasi eundem mox discriciatum necasset, minimum absuit quin periret concursu & indignatione turba militaris, saluti fuit, quod qui desiderabatur repere comparuit incolomis, ac sine iniuria. Philippus Macedo quam parua in speciem causa interijt, quod contumeliam adolefcenti factam nō vindicaret. sed magno ex vitio erat, & errore gubernationis, quod rex bellis intentus, iusti & honesti negligens erat.

Seco imp*er*ator ele*ct*us.

§.6. De Regilliano narrat Trebellius Pollio per icōū esse factum imperatōrē. Nam cum milites, inquit, cum eo quidā cenarent, assistit Valerianus Tribunus qui dice-ret, Regilliani nomen vnde credimus dicitū? Alius cōtinuo, cre-dimus q*u*o*d* a regno. Tū is qui aderat scholasticus cepit quasi grā-maticā iter declinare & dicerē, Rex, regis, regi, Regillianus. Mi-lites, vt est hominū genus pronum ad ea quae cogitāt, dixerunt, ergo pot*est* rex esse: item alius, ergo pot*est* nos regere: item alius, Deus tibi regis nomen imposuit. Quid multa? his dictis, quū alia die mane processisset, a principibus imperator est salutat*us*. Ita q*u*o alius vel audacia vel iudicium deculit, huic iocularis astutia. Ridicula plane principis designatio, at si statū Reip*u*bl*ic*ae spectes, intelliges plane nihil esse mirū, de summa re- rum tam leuiter acētari; ludicra n. militibus res vi-debatur imperatōrē facere & occidere: hoc tempus erat quo Gallieno imp*er*ante tringinta tyranni orbem Romanum lacerarunt. Nec dissimili olim leuitate Claudiū protractus, in solium, pauēs dum mortem expec-tat, collocatus est. & ante duo manipulares sū-cēpere transferendū imperium Romanū, & transitu- lerūt vt auctor est Tacitus. Proculus ad aleam factus est imperator, cum n. decies exisset imperator, incla- mauit vnu. Aue Auguste, & reliqua turba simili vā- cordia imperatorem salutauiit.

Ex sena- tu.

§.7. De Magnētio Zolimus refert. Magnētius quasi rei necessaria causa de mensa surgens, quū per exiguū ad rēp*u*bl*ic*ae a conuuiui secessisset, eis seruus amictum stola regia quasi in scena spectandum exhibuit. Ibi cum eum conuiua regem appel- lassent, similit*er* oēs incola vrbis Augustodum (que hac in vrbe gesta sunt) in eandem sententiam venerunt. Et quoniam rei sa- ma tenebat vltimus, extra vrbe rusticā quoq*ue*, plebs conflue- bat. At agrā tū erat Resp*u*bl*ic*ae & militi ex seditione luerū, alio qui personatū regem irrisisset omnis vicinia. Nūc magnas ille clades dedit, magna potentia g*ra*ssatus.

§.8. Innumera talia sunt. Ludicro certamine ad ca- stellum Taruifium sub Othone IV. cum Venetū ve- xillum laceratum est, ingens seditio concitatur. Flo- rentia cum adolefcentis Donatus & Cerchius alto- rum equos turbant ad choreas, magnā ciuitas ex tu- multu calamitatē accepit. Cause vero iam praecesse- rant. Nam Venetorum & Itatorum animi exulcerati erant, & Florētino*rum* factiones quamlibet causam sufficientem putabant, inimicos opprimendi. Hae- c igitur indicia sunt Reip*u*bl*ic*ae pessime constitutae, cum ad minimum impulsū concidunt, lubrico stetit lo- co argumentū est. Prona n. ad lapsum sunt, quae sub- ducto impedimento, aut addito in alteram partem quouis momento, ruunt.

C A P V T XIII.

Fortuita interdum seditionis causam praeber*e*.

Fortuita seditionis causa.

§.1. FORTUITA appello, quae principum aut populi vitio nō comitantur, nec natura sua habent vllam rationem cur seditionem concitent. Deo sua cōstat ratio, cur illa inferat, aut esse sinat. Nihil aeter- nae prouidentiae, quae capillos capitis nostri ante mū- di constitutionem numerauit, fortuitum est. Nos ca- sū factum iudicamus, quia praeter op*er*ationē. Seditio-

num aut cause fortuite sunt calamitates, vt fames, incendia, eluiones, aliq*ue* quae animos tristes efficiūt, multoq*ue* odio imbūt. Cum n. in Rep*u*bl*ic*ae malorum sit maximus numerus, calamitatibus asperantur, & fe- rociunt, vt agrestes bellu*ae*, non circulantur. sic irritati in magistratum aliosq*ue* facile impetū faciunt, & quamuis non laerunt. Prudentes sane principes id cogi- buntur, quod faciebat Fabius:

Hos mulcens questus Fabius deforme docebat  
Cladibus irasci, vulgumque arcebat ab ira;  
Aduerfis etenim frangi non esse virorum.

Hebrei in deserto, si Pharao sequat, si aqua desit, si car- nē exoptent, non precibus agunt, sed cōtra Deum Mosēq*ue* murmurant, & cladibus irascuntur; boni aduersis, vt ignibus aurum, probantur, mali vt palcae exuruntur. Huius rei causa est, quod infelices cum impatienter mala ferant, irascuntur, comparatione suae fortunae felicibus inuideant, tristenturq*ue*, hinc fa- cile cunctis, a quibus non adiuantur, & praesertim magistratibus indignantur.

Clades irā, hac seditio- nes gignit.

§.2. Inter cetera incommoda, vnde seditiones ori- untur, praecipuū est fames, cuius rei causa est, quod ea corporibus exinanitis humores cōmouet, male- uolos reddit, & biliosos. Narrat Lerus in histor. Bra- silicae nauigationis, cum Caluiniana Ecclesia re male apud barbaros gesta, in reditu fame affigeretur, fero- ces, morosos, iracundos factos. Verba eius sunt pag. 325. Antequam sermōni huic finem imponam, id obiter obser- uare libet, quod in aliis quidem, maxime in me ipso animad- uerti, qui binas fames expertus sum, easq*ue* eiusmodi, vt nullum vnquam horridiores euasisse credam. Corporibus inedia debi- litatis, & deficiente natura sensibus alienatis, spiritibusque dissipatis, non modo ferores, sed & morosi & iracundi fiunt ho- mines. Illa porro iracundia merito rabiei genus dici potest. Quo fit vt apposite vernaculo nostro sermone is fame dica- tur furere, qui fame premitur. Praeterea quoniam expe- rientia res omnes expressius edocet, video non sine cau- sa Deum, populo suo minantem famem, nisi suis pareat pra- ceptis diserte exprimere futurum, vt viri illius qui fue- rat mollis, & delicatus, valde malignus sit oculus in fratrem suum, & in vxorem suam carissimam, atq*ue* in filios suos, adeo vt non det vlli ex eis de carne filiorum suorum quam comedet. Nam praeter ea quae hist. Sancer. commemorauimus exempla de parentibus, qui ex liberis suis vnum comederūt, deq*ue* mili- tibus quibusdam, qui postquam cadauera eorū, qui bello vsi fue- rant, degustassent, se decreuissent si in alium illud diutius perstris- set, viuis manus asserre, affirmare possum non durate illa nau- tica fame vix ac ne vix quidem pacate alii cum aliis colloqui potuisse, licet Dei timore cohiberemur, imo quoniam (quod Domi- nus condonet nobis) malignis oculis alii in alios fuerimus. Hinc igitur amaritudo animorū, querelae ac tumul- tus oriuntur. Ingens Claudio Imperatore fames in Romano imperio fuit, inde Romae tumultus recen- set Dio, frugum quoque egestas, & orta ex ea fames, in prodi- gium accipiebatur. Nec occulti tantum questus, sed iura red- dentem Claudiū circumuafere clamoribus turbidis, pulsūq*ue* in extremam fori partem vrgebant, donec militum globo in- flosperripit. Quindecim dierum alimenta vrbis non amplius superfuisse constat. Magnaq*ue*, Deum benignitate & modestia hiemis rebus extremis subuenitum. At Hercule olim ex Italia regionibus longinquas in prouincias cōmeatus portabant, nec nūc infacunditate laboratur, sed Africam portus & Aegyptum exercemus, nauibusq*ue* & casibus vna populi Romani permissa est. Hinc immanitas qua sese mutuo vorarunt. Id fa- ctum in obsidione Ierofolymitana, cum matres ipse liberos coxerunt. Iam Cyri exercitus in Scy- thia in suos hoc modo saeuierat, & vt Herod. lib. 3. Cambysis exercitus decimum quemque sorte dele- ctum comedit. Seditiosi milites Carthaginensium sola fame domiti sunt, cum ante tamen capti- uorum & seruorum corpora abumpissent. Sabel. Enn. 4. lib. 9. factum hoc etiam Numantiae, Sa- guati,

Caluinia- norum in fame mali- tia.

Fames ni-  
mia belu-  
nos efficit.

gunt, Caliguri, Tauromini, Romæ tēpore Gothica obfidionis, & cum inclamarent; pretium pone carni humana. Eadē passa sub Totila, Byzantini quoq; & Placentini, Neuomantini, & Samanduni in obfidione Sinderouiana manus suas ipsi roferunt. Anno 1315. in Polonia factum narrat Cromerus l. 11. Quid mirum igitur seditiones orti ex fame, cum homines in beluas commuter? Altera causa est, cur ob famem tumultuentur, quia prouidentia principis mature colligi fruges, aut aliunde aduechi posse arbitrantur. Itaque Octavius & Antonius, multique alij ob famem periclitati sunt. Improbi vero ciues ea occasione ad inuadendam Rempub. abusi sunt, vt Sp. Melius, alijque. Prudenter itaque Tiberius, alijque principes annonæ curam in se susceperunt, ne quid per ministros negligeretur.

Nunquam maiore in periculo fuit Senatus vniuersus, quam cum Pompeium noller praefici classi contra Piratas, plebs enim tanta iracundia exarsit, vt ad delendum Senatum properaret. causa erat quod Piratarum potentia impedita nauigatio famem pererisset. Dio in Pompeio.

Victorin-  
cipe subditi  
facile re-  
bellant.

§. 3. Bellicæ clades etiam domesticas seditiones commouent, vel timore, vel contemptu. Cum in castris Mithridatis nunciatum est; duces eius à Lucullo caesos esse, tantus de repente terror exercitum incescit, vt relicto rege castra egrederentur, sublataque imperij reuerentia ex alieno raperent, quantum quis posset, regis ipsius pretiosam suppellectilem diriperent, praefectum occiderent, vt eius pretiosam vestem acciperent.

Propter contemptum timenda semper est seditio principi, si clades bello accepta nunciatur, si grauis sit, periculosa, & reparatu difficilis. Principem enim periculo constitutum, afflictumque infra se putant. Si vero ante oderant, vehementer exultant, iugumque excutiant. Vrbe à Gallis incensa, contemptu eius Latini alijque bellum mouent. Post cladem Canensem sociæ ciuitates defecerunt, sublata principis auctoritate & metu, odia liberrime prorumpunt, & cum ex aduersa parte sperant, eo inclinant. Facit huc quod Herodotus refert l. 2. de Aprie Aegyptiorum rege à Cyrenensibus victo.

Clades cau-  
sa seditionis

Quum aduersus Cyrenæos Apries exercitu misso magnam cladem accepisset, id ei impunitas rebellauerunt, opinati se ab illo in apertam perniciem fuisse demissos, vt his interuentione deletis ipse ceteris Aegyptiis imperitaret securus. Hac perquam grauiter ferentes tum ii qui redierunt, tum eorum qui interierant amici, ingenue desciuunt. Id ubi rescit Apries, mittit ad eos verbis sedandos Amasin. Qui cum peruenisset, reprehendensque dissuaderet, ne talia facerent, quidam Aegyptiorum ei à tergo stans galeam circumdat: eaque circumdata, inquit se illam ob regnum imposuisse. Neque hoc eo inuito factum fuit, vt ostendit. nam simulatque ab is qui desciuunt, Aegyptiis declaratus est rex, sese apparabat tanquam aduersus Aprien moturus. His cognitis Apries mittit ad Amasin ex iis, qui secum erant Aegyptiis, spectatum quendam hominem nomine Patarbemin, iussu vt ad se viuum Amasin perduceret. Hic ubi peruenit, Amasin ad se vocat. Amasis (sedebat autem in equo ad suos cohortandos insolenter) stolidè iubet hunc ad se adducere Aprien, & cum Patarbemin eum rogaret, vt regem adiret, accitus, respondit se iam dudum dare operam vt id ageret: nec de seipso Aprien esse questurum, se enim illi praesto futurum, & alios adducturum. Patarbemin non ignarus propositi illius, tum ex oratione, tum ex apparatu quem videbat, statuit sua diligentia esse, quam celerrime regem rerum que agerentur facere certiore. Hinc redeunt, quod Amasin non adduceret, nullo verbo edito Apries in percitus, praecidi aures nasumque iussit. Id intuentes ceteri Aegyptii, qui cum eo habitenus senserant, virum inter eos probatissimum ita fide indignè affectum, ne tanti sper quidem differentes ad ceteros transferunt, seseq; Amasi tradunt. His quoque auditis Apries

armatis auxiliariis (habebat autem circa se auxiliariorum ex Iombus & Caribus triginta millia) in Aegyptios tendit. Erat autem ei regia in vrbe Sai ingens ac spectatu digna. Itaque vtrique aduersus alteros Apriani & Amasiani in Memphi vrbe constituerunt, tentaturus pugna discrimen.

CAPVT XIV.

Ordo & via seditionum concitandarum.

§. 1. **A**rtem concitandæ seditionis docere, cum tanta improbitas magisterio non egeat, hominis infani arbitror, quæ autem historia suppedant, quæque nonfenda sunt principibus proponere in medium, politici; sic enim signa seditionis, & prognostica indubia cognosceret, & cum eo tendi sentiet, mature occurret. Cum igitur vel populus ipse, vel optimates, vel vnus aliquis est turba ea agit, quæ multitudini vel optimatibus odium praesentis status incutiant, vel offendunt, non est res seditione procul. Quæ plerumque non creditur, nisi cum sauire cepit. Et quidem cum populus ipse ad tumultum propendat, non potest esse clam machinatio, verba enim libera & inconsiderata cum attentione, & applausu audita in proceres, aut principem indicant alienos populi animos, aliquid auferos si auctorem sint nacti. Cum Mimus illa reperere iubetur, Magna, miseria nostra tu es, quis dubitet iam fauorem à Pompeio in Caesarem traslatum, & occasione data Pompeium deserendum, at cum priuatus quispiam, aut procerum res nouas molitur, secreta consilia agitat, nec cognoscitur proditio, nisi cum omnia comparata, atque ordinata sunt.

Malorum  
fraudes  
principibus  
cognoscenda  
sunt.

Populi sedi-  
tio multa  
signa habet.

§. 2. Qui igitur populum proceres ad seditionem commouere conantur, id faciunt, vt in odium magistratum inducât. Deinde quia odium cum spes & metus abest, elanguescit; nihil enim magnopere praeter conuicta audet, metum poenarum demunt, metum vero, si quiescant, multorum incommodorum iniungunt. Denique spem rerum meliorum adferunt, animos leues inanibus implent. Interdum etiam pecunias proditiōnis praemia repraesentant.

Impro-  
seditionis  
injusta

§. 3. Odium magistratus conciliant, vera narrando, calumniando. Calumniarum duplex genus est, vel enim artificiose falsa constringunt, vel illa quæ vera sunt supra modum adaugent.

Odium quo  
modo exci-  
tent.

Periculosissima est seditio cum ex veris nascitur malis, nunquam enim nisi alterutrius partis exitio finitur, aut mutatione Reipub. Scriptura exemplum exhibet, 3. Reg. c. 12. Queruntur enim vere: pater tuus durissimum iugum imposuit nobis: tu itaque nunc imminue paululum de imperio patris tui, & de iugo grauisimo quod imposuit nobis, & seruiemus tibi. Nec diffitetur Roboam. Pater meus aggrauauit iugum vestrum. Factum id à sene, cum sumptus in septingentas reginas, & trecentas concubinas immodici ferent. Hic itaque facile Iero-boam decem tribus abduxit, & vt defectio sanguine sanciretur, lapidibus obruitur Aduram, quæstor Roboam. Et reuera vt plurimum ex vero principio, verisque malis seditiones oriuntur, vt illa, quæ de caulis seditionum docui, demonstrant. Nam vel reges improbe & tyrannice deficiantur, vel subditi inique bonis regibus obstitunt.

Calum-  
nias n-  
uacile  
cordes a-  
nos dis-  
ct.

Hoc vero pessimum est, quod cum seditio in principio sanari possit, paruo tempore, dum mali vitandi vel vlciscendi non est modus, iniuria augetur. Atque ita dum vtraque pars non ratione, sed ira vltionem expedit, grauius semper infert malum, quam patitur. Quod ideo fieri solet, quod ciuili inuitiæ vindicta duas res praestare videtur, nempe solatium ei, qui iniuriam

Vltio sem-  
per augetur

iniuriam accepit, & in reliquum securitatem. Primum quidem quia dulce est reddere. In ira est enim mistio doloris, & voluptatis. Excusatum se putat qui dolorem regerit, etiam maiorem quam accepit. Vere & philosphice Hom. illud,

ὅς ἔρις ἴηλε θεῶν, ἐκείν' ἀνδρώπων ἀπὸ βόλοιο,  
ὃς ὄλοος: ὃν ἔφθικε πολλίφθορα περὶ χαλεπήναι.  
ὅς ἔτολ' ἡλυκίων μέλιτος καλαθεβομένιο,  
Αἰ δ' ἔτιν ἐκ σήθεσσι ν' ἀέξειαι ἴηλε κατ' ἄνθος.

At contentio & ira à Deis, hominibus pereat,  
Quæ sapientem etiam excandescere cogit,  
Quæ multo dulcior est melle stillante,  
Virorum in pectoribus sumi instar crescens.

Iniurias igitur non æquali pondere pensant, sed dolorem dolori, vt quasi legem talionis æquauerint, pro offensa maiorem ingerunt. vt qui pilam exceptam repercutiunt, fortius repellunt, impetu venientis adiuti, adeo hoc visum multus, vt vindictam morte bene queri putent.

Dy me est perditum, tamen adiutum esse expetunt,  
Quod priusquam intereo, spaciū vlciscendi dabunt.

Malum igitur hoc dulce est, & vsu augetur, & quamuis verbum inhumanum est vltio; res tamen maxime appetitur, & supra modum excrescit. Hinc non barbarorum modo populorum, sed cultissimorum mos est vlcisci, adeo non distant ab illis quos procul omnis iuris humani societate proxima beluis vitia efferaunt. Inter leges & Magistratus sui quisque dolorem vindex est, & assidua scelerum cautela refellunt, dum vltio crimen non tantum imitatur, sed exsuperat, dum omnes quos læserunt, & à quibus læduntur, oderunt. Alterum vero, hoc est, securitatem raro adfert, quia vltus raro quiescit. Et vidimus in orbem iuisse cades, donec ad exteris potestas delata sit.

Imprævisæ  
Seditio[n]es  
impulsæ sunt

§. 4. Interdum opus est arte summa, & industria, vt præuideri defectio possit. Iones qui Asiam habitabant à Dario subito defecerunt, contractis in Græcia & Athenis præcipue auxilijs, Sardes incendunt. Causam defectio[n]is dedit, Darij securum, vt videbatur, sed iniustum consilium; Iones in Phœniciam transferre, Phœnices in Ioniam cogitarat, vt sic Græcos a Græcorum consuetudine & συμμαχία diuelleret, & in medio aliam gentem neutri amicam collocaret. Hoc Istiaus Græcus cum in Perside intellexisset, raso nunciij capiti literas inussit, quibus rem indicat Aristagoræ Græcorum duci, ille raso iterum nunciij capite, cum literas legisset, atrox bellum quasi pro aris & focis molitur. Hanc seditio[n]em alia ratione præuidere non poterat, quam suspicando propositum suum tacitum non fore. & Aristagoras quidem interfectus, Istiaus in crucem actus, gentium tamen migrationem perficere Darius non potuit.

Calumnia  
instar no-  
uacula con-  
cordes ani-  
mos dissi-  
dit.

§. 5. Calumnias aperte ferunt, vt quietos sollicitent, Seditio[n]esque concitent. Exemplum datum à Tarquinio Superbo in concilio Latinorum: In Aureliano cum scriba sedulam ostenderet, cui nomina morti destinatorum inscripta diceret. Manifesta etiam calumnia patrem circumuenit Absolon 2. Reg. 15. Videntur mihi sermones tui boni & iusti, sed non est qui te audiat, constitutus à rege. Dicebatque Absolon. Quis me constituat iudicem super terram, vt ad me veniat omnis qui habet negotium, & iustè iudicem. Cum tamen à Dauide iustitiæ summa ratio duceretur. Ita Valerius ob ædes extructas in suspensionem regni affectati venit, nec diluere nisi demolitione calumniam potuit. Aulus Albinus ob suspiciones falsas, quas sparserant inimici, lapidatus est ab exercitu. Val. l. 9. c. 8. Nimum sunt ista iam nostris temporibus visitata, quibus omnia principum acta ac dicta in peius accipiuntur.

Olim exemplum eorum qui reges insectabantur, & seditio[n]em mouebant, Therstren proposuit Hom. Hostes quoque cum verbis calumniati non possent, re ipsa viris fortibus obrectarunt. Coriolanus plebeiorum agros vastabat, patriciorum intactos relinquere, vt discordias notas accenderet. Hannibal quoque Fabij Maximi agris abstinuit, vt eum suspectum redderet, sed is calumnie vim ægro publicato elisit, non fecerunt ista Romani sine exemplo. Lacones Periclis agros intactos reliquerunt, vt ei inuidiam suspensionemque prodicionis crearent. Sed ille Reipubl. dono eos dedit, quare magnam laudem consecutus, fidem magis populo Atheniensij approbavit.

Calumnia  
genus est  
exaggeratio  
vitiiorum

§. 6. Aliud genus calumniarum est, cum omnia in maius atolluntur, quæ vitiosa sunt, aut videntur, & quæ bona, in deterius accipiuntur. Id adeo Romæ in Tribunis plebis manifestum euadit, vt alio documento non sit opus. Nihil vnquam tam plausibile ab Senatu Romano factum, quam cum militi stipendia decreuit, nihil tanto gaudio acceptum: concurrunt, laudant, manus presant, vere patres appellatos aiunt. Quid Tribuni? Soli communis ordinum lætitiæ, concordiaque expertes negare tam id (Liuuius l. 4.) letum patribus vniuersis, nec prosperum fore quam ipsi crederent, consilium specie prima melius fuisse, quam vsu apparuitur. Vnde enim eam pecuniam confici posse, nisi tributo populo indicto? ex alieno igitur aliis largituros. neque id etiam si ceteri ferant, passuros eos, quibus iam emerita stipendia essent, meliore conditione alios militare, quam ipsi militassent: Et eosdem in stipendia impensas fecisse, & in aliorum facere.

Cum vero etiam in Veienti obfidiōne hyemantem audirent, omnia adaugent, atque in peius detorquent. Hoc illud (Liuuius l. 5.) esse dicitur, quod era militibus sint constituta. nec se fessellisse, id donum inimicorum veneno illitum fore. Venisse libertatem plebis: remotam in perpetuum, & ablegatam ab vrbe & ab Republica iuuentutem: iam ne hyemi quidem aut tempori annicedere, ac domos & res inuisere suas. Quamputarent continuata militia causam esse? nullam profecto aliam inuenturos, quam ne quid per frequentiam iuuenum eorum, in quibus vires omnes plebis essent, agi de commodis eorum posset. Vexari praterea & subigi multo acrius, quam Veientes. Quippe illos hyemem sub rectis suis agere, egregijs muris, situque naturali vrbe[m] tutantes. militem Romanum in opere ac labore, niuis pruinisque obrutum sub pellibus durare, ne hyemis quidem spatio, quæ omnium bellorum terra marique sit quies, arma deponentem. Hoc neque reges, neque ante tribunitiam potestatem creatam superbos illos consules, neque triste dictatoris imperium, neque importunos decemviros inuinxisse seruitutis, vt perennem militiam facerent, quidnam illi consules dictatoresve facturi essent, qui proconsularem imaginem tam seuam ac trucem fecerunt? Sed id accidere haud immerito non fuisse ne in octo quidem tribunis militum locum vllis plebeio. Antea trina loca, cum contentione summa patricios explere solitos: nunc iam octo iuges ad imperia obtinenda ire: & ne in turba quidem herere plebeium quenquam: qui, si nihil aliud, admoneat collegas, liberos, & ciues eorum, non seruos militare, quos hyeme saltem in domos ac tecta induci oporteat, & aliquo tempore anni parentes liberosque ac coniuges inuisere, & vsurpare libertatem & creare magistratus. Quid potuit turpius esse, quam ciues ita contra ciuium concordiam insanire? sed factum, nec à patribus dissimulatum est. Horum enim calumniatorum naturam natiuis coloribus nobis Appius depingit: Si vnquam dubitatum est, Quiritès, vtrum tribuni plebis vestra, an sua causa seditio[n]um semper auctores fuerint, id ego hoc anno desisse dubitari certum habeo, & cum labor tandem longi erroris vobis finem factum esse, cum quod secūdis potissimum vestris rebus hoc

error

error est sublatuſ, & vobis, & propter vos, Reipubl. gratulor. An eſt quiſquam qui dubitet, nulli iniuriis veſtris, ſi qua forte aliquando fuerunt, unquam aequè quam munere patrum in plebem, cum era militantiſ conſtituta ſunt, tribunos plebis offenſos ac concitatoſ eſſe? Quid illoſ aliud, aut tum timuiſſe creditis, aut hodie turbare velle, niſi concordiam ordinum? quam diſſoluenda maxime tribunicia poteſtatiſ ventur eſſe. Sic Hercule, tanquam artiſticeſ improbi, opus quarunt, qui & ſemper egri aliquid eſſe in Republ. volunt, vt ſit ad cuiuſ cura- tionem à vobis adhibeantur. Vtrum enim deſideratis, an impu- gnatis plebem: vtrum militatium aduerſarij eſtiſ: an cauſam agitiſ niſi forte hoc dicitis: Quicquid patres faciunt, diſplicet: ſive illud pro plebe, ſive contra plebem eſt. Et quemadmodum ſeruiſ ſuis vetant domini quicquam rei cum alieniſ hominibuſ eſſe: pariter que in iſ beneficiu ac maleficiu abſtineri, equuſ cen- ſent: ſic voſ inter dicituſ patribuſ commercio plebiſ: ne voſ comi- tatiſ ac munificentiæ noſtraſ prouocemus plebem, nec plebſ vobuſ dicto audiens atq; obediens ſit. Quanto tandem, ſi quicquid in vobuſ eſſet nõ dico ciuiliſ, ſed humani, fauere voſ magiſ: & quã- tum in vobuſ eſſet, indulgere potiuſ comitatiſ patrũ atq; obſequio plebiſ oportuit: quaſ ſi perpetua concordia ſit, quiſ non ſpondere auſit, maximum hoc imperium inter ſinitimoſ breui futurum eſſe? Hoſ tanquã peſteſ è Republica eliminandos eſſe nemo dubitat: Cauſa vero eſt; quia optimi principes habent etiam multa emendanda, multa peccant eo- rum adminiſtri, plura peccare videntur, nonnulla ipſi principes; quã ſi omnia colligantur, exaggeren- tur, ſiniſtro animo intelligantur, maleuola lingua veneno inficiantur, nec eſſe Reip. concidere.

§. 7. Calumniã quidem ad odium concitandum efficaciſ, verum interdum iſdem metum efficiunt, vt in morte Aureliani. Soſiſ Syracuſanus hac arte cõtra Dionem inſidias, tumultumq; machinatus eſt. Sanguinem foedatus, & voce lamentabili ſe in multitudinẽ dedit, ea ſe paſſum à Dione aſſerens, ea omnia omnibuſ expoſ- citanda; & ſeditio tum quidẽ cõpoſita eſt, auctor poſtea Atheniſ poenas dedit. In eundẽ metum iam olim populũ Athenienſem Piſiſtratuſ cõiecerat, vt n. Megaclem & diuites opprimeret, in cõcione grauiter in eum eſt inuectus, altero die vulnerib. affectuſ venit, quãſtuſ ſe ab optimatibuſ tam iniurioſe & cõtume- lioſe tractatum. Populuſ irã, metuq; agitatũ, cum omniũ corporib. eam imminere ſeuitiã crederet, tre- centoſ Piſiſtratoſ ſatellitẽſ dedit, ad vitã tutelã, quib. ille tyrannidem occupauit. Eodẽ metu Dionyſ. ſatellitẽſ impetrauit, & inuaſit. Cum n. metuſ effica- caſſimuſ ſit affectuſ, quiq; ſollicitoſ, ſuſpicioſoſque faciat, facile illo ad ſeditionem vtuntur.

§. 8. Omnibuſ in rebuſ aduerſantur, ne quo cun- que modo aduerſa pars fortior reddatur. Herodianuſ de Antonino Caracalla, & Geta id offendit. Sed glis- ſcebat in dieſ odium atq; diſcordia. Nam ſiue duceſ ac magiſ- tratuſ aliqui eligerentur, vterq; amico ſuo potiſſimum ſuffi- gabatur: ſiue iuſ dicerent, ſemper diuerſa ſentiebant, magno interdum illorum periculo, cuiuſ reſ agebatur. Pluriſ enim ſtu- dium ſuum, quam iuſ aut æquum faciebãt; etiam in luduſ ipſiſ diuerſarum ſemper ſactionum. Nihil præterea inſidiarum omi- ttebant, coquoſ identidem & pinceruſ conati ad veſticia impellere. Hoc pene perpetuum fuit Tribunoruſ Ro- manoruſ opus, delectuſ, magiſtratuſ iudicia inhi- bere.

§. 9. Sceleratiuſ agunt, qui Reipubl. & exercitum in diſcrimen adducunt, vt odioſoſ efficiant magiſtra- tuſ, atque euertãt, qua fraude Philippuſ Gordianum Iuniorẽ, vt auctor eſt Capitolinuſ, imperio vitaq; exiit. Verum artibuſ Philippi primuſ nauẽ fruſtentaria ſunt auerſe: deinde in ea loca deducti ſunt militeſ, in quibuſ annonã haberi non poſſet. Hinc Gordiano inſeſtoſ militeſ ſta- tim reddidit, non intelligentẽſ artibuſ Philippi iuuenem eſſe decẽptum, ſed Philippuſ etiam addidit, vt rumorẽ per mili- teſ ſpargeret, adoleſcentem eſſe Gordianum, imperium non poſſe regere: meliuſ eſſe illum imperare, qui militẽ gubernã-

ret, qui Reipublicam ſciẽt. Corrupti præterea etiam principi- peſ, effectumque vt palam Philippuſ ad Imperium poſeretur. Eodem modo Scilico barbariſ pepercit, vt filium ad Imperium eueheret.

§. 10. Cum hominem prudentem, gnaum, acrem, hoc agere cernunt, vt inclareſcat, ſumptu prodire, clientẽſ ducere; cum id non prodigalitate faciat, aut vecordia, cetero ſtatuerẽ debet magiſtratuſ maiuſ ali- quid hiſ cõceptiſ ſtuit. Ita Cæſar egit. Plutarch. in Cæ- ſare. Ad hæc cenarũ & menſa, & in ſumma reliquo vitã ſplẽ- dore colligebat paulatim in Republ. opes: quãſ inuidiſ eiũ breui exiſtimateſ deſicientiuſ ſumptuſ euaniãſ fore, ſecuriſ incla- reſcere illum in Republ. permiſere: ſero autẽ vbi euaiſſent: tam ingeſteſ & præuãliãſ, atq; apertẽ in rerũ mutationẽ ſenſerũt eaſ erumpere, animaduertunt nullum cenſendum eſſe rei aliciuſ paruũ exordium, quod nõ illico grande reddat continuatio, quodque ex eo q; contemnatur, aſſequitur ne impediatur. Itaq; ille, qui primuſ ſuſpectũ habuiſſe & timuiſſe eiũ in Republ. ge- renãã, ſicut in mari ſerenitateſ & latentem, ſub humanitate, blanditiãq; cõſiderauit acrimoniã, Cicero, dicebat in aliſ eiũ cõceptiſ & actionibuſ cõſiderare ſe omnibuſ ingeniuſ tyran- nicum: ſed cum comam eiũ, inquit, ita videãt aſſectũ compoſitã ac- curatẽ, ipſumq; vno digito caput ſcabentem, contra non videretur iſte mihi tantum mali animo concepturuſ, vt Romanã Reipubl. euerteret. Hęc quoq; veterum ars fuit; Manliuſ debitorẽſ liberauerat, & fauorem iacturã opum com- emerat, quãſ occupatã Reipubl. ſe recepturuſ cogi- tabat, Spuriuſ lege agrariã populũ adficiuit, Meliuſ largitione; egregij omneſ animi, & imperio non in- digni, ſed futuriſ forte regẽſ leſtiſſimi, ſi abſque ſcele- re ad ſceptra venire potuiſſent.

§. 11. Præter ſpeſ ingenteſ etiã nummoſ ſpargunt. Herodianuſ in Elagabulo. Dabat itẽ ſurim pecuniaſ ma- ter, quãſ ille inter militeſ clanculum diuideret, vt eorum bene- uolentiã etiam pecuniaſ pignore (hanc enim illi potiſſimum ſpectant) haberet auctoritatẽ. Multi Romanoruſ vt in ſeditione primã tenebant, partẽſque premerent ad- uerſãſ, patrimoniã effuderunt. M. L. Iuſ Druſuſ Tri- bunuſ plebiſ, Senarui iudicia, equitibuſ curiã, agroſ plebi, Latinuſ ciuitateſ promiſit, adeo vt diceret, nihil ſe ad largitionẽſ cuiquam reliquiſſe, præter colum atque canum. Agrippa etiam in ſuſpicionem venit, quod populo multa largiretur, Romã ornaret, oleum & ſalem omnibuſ daret. Seianuſ muneriſ ciuium, & præcipuẽ militum animoſ tentauit. De illiſ qui pecuniã ciueſ, hoſteſque ſuperarant, longa eſt, nec neceſſaria diſputatio, pecuniã homineſ dant omnia. Seleucuſ cum centum talenta in caput Theodoti, qui Sardium theſauruſ præterat, pronun- ciaſſet, iam omnia plena ſuſpicionibuſ eſſent, ipſe Theodotũ arcẽ illi aperuit. Cum enim videret pecuniãſ fide valentiorẽ eſſe inter ſuoſ, aduerteret- que inter bella ciuilia ſe tutum non eſſe, maluit ipſe & totum theſaurũ, & ſe ipſum tradere, quam hone- ſtẽ mori, & fidẽ ſuo principi probare.

§. 12. Pacis ſtudium præ ſe ferre ſolent, vt molliuſ omnia accipiantur. Tacit. Pauciſ poſt Kalend. Ian. diebuſ Pompeiuſ Propinquiſ procuratoris, è Belgica litterã aſſeruntur, ſuperioris Germaniã legioneſ, ruptã ſacramentiſ reuerentiã, imperatoreſ alium ſlagitare, & Senarui ac Pop. Rom. arbi- trium eligendiſ permittere, quoſ ſeditio molliuſ acciperetur. Vidimus Galliarum, Belgij, Boemiã rebellioneſ, ni- hil molliuſ, nihil piãtiuſ, aut ſuãtariuſ dici vel agi po- tuit; regẽſ ſe ſuoſ amare, obtemperare omnibuſ, con- tra occultoſ hoſteſ agere, regiam maiẽſtatẽ omnibuſ velle deſenſam, pro Rege, & lege; inſcribebant vexilliſ. At neq; Cæſar aliud q; Reip. ſalutẽ, neq; aliud Pom- peiuſ præterebat. Et merito militib. exprobrat Cato.

Pompeiana ſuiſſi

Non Romana manuſ.

§. 13. Impudẽſ quoq; multoũ audacia ſe ad con- citãdas genteſ extulit, dum gratioſa & claraſ familiaſ ſeſe

Omnia principis impedire, via eſt ad ſeditio- nem.

Reipubli- cam in di- ſcrimen cõ- ſtituunt vt odioſoſ red- dant regẽſ.

Cum viri magni id agunt vt inclareſcãt.

Largitio via eſt ad regnum.

Chinæ Reipubli- queſ.

Chinaſ pericul.

Genus popu-  
lorum  
quorundam  
seditionis.

Magna fa-  
milia sem-  
perant.

sele inferunt. Smerdes Cyri filium se finxit, fratrem  
Cambysis quem ille interfecerat, & odio Cambysis,  
qui crudelissimè imperavit cupidè acceptus est: do-  
nec deprehensâ fraude à septem magnatibus interfe-  
ctus est. Herod. lib. 1.

Eodem modo Prompalus à ciuitatibus adiutus est,  
quem Antiochi Epiphani filium esse finxerunt, qui  
adeo increuit, vt Demetrium Soterem occiderit, &  
nisi fortunæ benignitate corruptus, intemperantius  
egisset, diu obtinere regnum potuisset. Simile genus  
fraudis Archelaus, Andricus, Anarhates, Alexander,  
Herophilus, Chamaces, falsi Nerones, Scriboniani,  
Commodi, Frederici, Henrici, Richardi. Verum non  
facile illis creditur, nisi jam mutatio ametur, itaq; ea  
pericula incumbunt, cum odio est præfens Reipubl.  
status: Hic quoque curandum, ne potentia inuale-  
scant, sic enim magis opinionem firmant, & quibus  
licet illic error est, eum etiam scientes volentes tu-  
tantur, atq; defendunt.

§. 14. Quædam Reip. ita institutæ sunt, vt motus  
ciuiles facillè non capiant, vt Chinesis; Neque enim  
populum mouere se facillè potest, oppressus gubernato-  
rum ingenti potestate, neq; ipsi qui præfunt Man-  
darini; nam è vulgo sunt; deinde manu militari ca-  
rent. Tertio ministros habent à Rege attributos, ma-  
gistratus militares subfunt ciuilibus. describit hæc in  
Thesaurio Indico Iarricus noster T. 2. libr. 2. Tertium  
quod ex hac Republica forma nascitur bonum, quod bella ci-  
uilia, ac motus intestini, qui hinc inde insurgunt, penitus hæc  
presecuntur, ac tollantur. Regi quippe filii, ac fratres, regno  
inhiando nullos excitare queunt. nam quamuis laute habeantur,  
loco tamen quo relegantur, propositâ capitis penâ, pedem  
efferre nefas, nisi Regis imperatâ, quam nunquam ille dabit,  
facultate. Nullis adhuc rebus præfunt, sed Mandarinis solis  
commissum imperium; nec his motus aliquos excitare facillè  
est. nam qui perpetui sunt, & militares, Togatis subditi sunt,  
atque hi non nisi trienne habent imperium. Quoniam verò  
doctrina plerumq; ac virtute ad hoc honorum culmen pertin-  
gunt; cum plebei ac viles pleriq; sunt, idcirco amicorum, con-  
sanguineorum vè niti ope nequeunt: & si fortè affines insta-  
rent, aut animos fugerent elatioris, incassum id foret. Sem-  
per enim in extero solo Mandarinum constituuntur. Porro ita à  
se inuicem distincti sunt, vt, qui rebus bellicis præfunt, politicis  
ciuilibusq; se non immisceant; qui verò Rempublicam curant,  
nullam regii ærarii curam habeant; Præfetti autem ærarii, de  
rebus tum vrbanis, tum bellicis non laborent. Denique quod  
Magistratibus aliis sibi adfiscere ministros non liceat, quam  
quos REX attribuit; hinc nulla motuum occultorum, aut  
bellorum ciuilium excitandorum, anfa cuiquam datur. Ve-  
runtamen ea ratio, vt in China jam probata, longâ  
pace laudatur, ita in Europæis, Asiaticis, & Africanis  
regnis omninò est inutilis, imò valdè perniciofa. Nam  
hæc formâ Republicæ constituta nemo, vir alicuius  
ingenij & prudentiæ se ad militiam confert. hinc vi-  
ribus suis nequaquam tuti sunt. Documento est, qd  
Japones quorum opes centefimam partem Chinen-  
sium non adæquant, collectis centum quinquaginta  
hominum millibus regnum aggressi sunt, & quamuis  
accepta clade repulsi sunt, nemo tamen non videt,  
quanto in contemptu sint Chineses, si rem milita-  
rem spectes, qd in insula illius Dominus classe tantum  
regnum aggrediauis est, & obtinere se posse puta-  
uit. Quæ spes non minus stolida esset & improba, qd  
si Britannia Rex virib. insularum suarum totam Eu-  
ropam sub vno rege concordem in suam potestatem  
redigere se posse confideret. Imbelles ergo Chinen-  
ses facit forma Republicæ, & si vnus aliquis acri vir  
ingenio proximorum regum auxilio rebellaret, facillè  
China occuparet, vel diuelleret. Non itaque ea  
Respublica magnopere laudanda est, quæ est seruo-  
rum & quasi fœminarum, certè in bellum, idè ob bel-  
latricibus generibus obnoxiorum.

Chinesis  
Republica  
quis.

China in  
periculo.

§. 15. Alia sunt vel suis legibus, vel populi confue-  
tudine ita institutæ Republicæ, vt facillè momento  
fuxum deorsum ferantur, vt Ægyptiorum regnum.  
Populi ergo ingenium cognoscendum: quidam nan-  
que ita affecti sunt, vt abiq; seditione agere non pos-  
sint, nec velint. Trebellius Pollio de Ægyptijs testa-  
tur. Et hoc familiare est populo Ægyptiorum, vt vel furiosi ac  
dementes de leuibus quibusque ad summa Reipublice pericula  
perducantur. Sæpè illi ob neglectas saluationes, locum in bal-  
neis non concessum, carnem & olera sequestrata, calceamen-  
ta serulicia, & cetera talia, vsque ad summum Reipublice pe-  
riculum, eo seditionis, ita vt armarentur contra eos exercitus,  
peruenerunt. Familiari ergo furore, quum quodam die cu-  
iusdam seruis curatoris, qui Alexandriam tunc regebat, mi-  
litariter ob hoc casus esset, quod crepidas suas meliores, quam  
militis esse diceret, collecta multitudo ad domum Emilianum  
ducis anceps fuit, atque eum omni seditionum instrumento &  
furore persecuta est, ictus est lapidibus, peritus est ferro: nec  
desiit vllum seditionis telum. Quare coactus Emilianus sum-  
psit imperium, quum sciret sibi vnde cunque pereundum. In-  
terim Iudæi, qui circum Cyrenem habitabant. Andrea quo-  
dam duce, Romanos, pariter atque Grecos concidunt, ves-  
cumur eorum carnibus, intestinis se redimunt, tum oblinun-  
tur eorum sanguine, & pellibus induuntur. Multos à verti-  
ce ferris discidere medios, multos obicere bestiis, multos etiam  
certare inter se coegerunt, ita vt interierint hominum ad du-  
centa viginti millia. Præterea in Ægypto Cyproq; Artemio-  
ne duce Cyriorum cades consimilis facta est, vbi desiderata  
sunt hominum ducenta quadraginta millia. Ex quo fit vt  
Iudæo in Cyprum venire non liceat. Quod si forte vi tempe-  
statis in insulam appulerit, interficitur, sed Iudæi & ab alijs,  
& maxime à Lucio, quem Traianus miserat, subacti sunt.  
Suiigitur populi naturam, & mores nosse Principem  
oportet.

Crudeles  
seditiones.

CAPVT XV.

Remedia contra seditiones, & bella  
ciuilia.

§. 1. **R**emedia omninò duplicia sunt, alia enim Remedia  
sunt pro cathartica, quæ causas amoliuntur, seditionum  
& præseruant; alia quæ rebus agitatatis in medio fer-  
uore adhibentur. Prioris generis sunt, ea quæ de re-  
cta institutione iam dicta sunt; si enim illa seruentur,  
nec oriri facile tumultus, & parua opera sedari poterit.  
Si enim auctoritatem, potentiamque tueatur  
Princeps, si saluti subditorum consulat, facile quie-  
tam Rempublicam legibus temperabit. Hinc pertinet  
seditionum, causarumque tumultuandi enume-  
ratio, vt earum consideratione, prudens Magistratus  
suam vrbem reddat immunem illis malis, quibus a-  
lias vidit periisse. Verum quando quidem vel ex na-  
tura deprauata populi, vel quorundam vitijs etiam  
sanctissimis, iustissimisq; Magistratibus insidiæ stru-  
untur, de illis cauendis, & pace reuocanda agendum  
est.

Remedia  
duplicia.

§. 2. Primum ac tutissimum remedium est, initijs  
occurrere; hic enim plane, Initijs obsta

Serò medicina paratur,

Cum mala per longas euoluere moras.

Primi motus remedijs modicis confidunt, cum im-  
petum fecere, cuncta deuastant. Et constat facilius  
esse excludere perniciofa, quam regere; & non ad-  
mittere, quam admissa moderari; admissa tamen ini-  
tium cum parua sunt, & necdum se in quietâ possessio-  
ne posuerunt, facile se recidi patiuntur. Causa cur Seditio ini-  
tium facile corrigantur omnia, est; quia plures non  
corripuit contagio; deinde pauci, qui auctores sunt, inualida.  
omnia timide administrant, multi causas ignorant,  
& per recordiam se adiungunt. Vt in causâ S. Pauli,  
K k k cum

cum Ephesina ciuitas impleta est confusione, & plures nescitent, quâ ex causâ conuenissent, & clamant tamen duas horas; *Magna Diana Ephesiorum.* Quam facile tantos motus compescit scriba? Act. 19. 35. *Viri Ephesi, quis enim est hominum, qui nesciat Ephesiorum ciuitatem cultricem esse Magnae Dianae, Iouisq; prolis?* Cum ergo his contradi non possit, oportet vos sedatos esse, & nihil temere agere. Adduxistis enim homines istos, neq; sacrilegos, neq; blasphemantes Deam vestram. Quod si Demetrius, & qui cum eo sunt artifices, habent aduersus aliquem causam, conuentus forenses aguntur, & Proconsules sunt, accusent inuicem. Si quid autem alterius rei queritis: in legitima Ecclesia poterit absolui. Nisi principio occurrisset magistratus, ad cædes & rapinas deuentum esset, tum verò de metus quaestionum & iudiciorum in plura mala eos præcipitasset. Plerasq; seditiones initio oppressas historia docent, cum n. in singulos Imperatores, Regesq; multæ conspirationes inite, infidieq; structe fuerint, non tamen nisi vltimis è medio sublatis sunt, plurimas itaque suppresserunt. Verbo periculossimam seditionem Spartani sedauerunt. Parthenij signum statuerant, vt lutum in medio foro projicerent, ad tumultum inchoandum, Ephori re cognita, per præconem pronuciari iusserunt. Qui lutum tollere vultis è foro discedite. atque ita seditio dissipata est. Polyæn. libr. 4. Si lutum tollere cœpissent, interuentione Magistratum, ac Reipub. tumultus ille grassatus fuisset.

*Interdum cedendum est necessitati.*

§. 3. Omnibus quidem tumultibus statim medendum est; non autem mox impetu occurrendum, & cum obsistitur malo, q. vinci non potest, irritatur, & longius grassatur. Cum populus in motu & furore est, curanda sunt q. sedant, molliterq; interrogandi. ita in secessione Romana factum. Nec alius in singulis consilium. Cæsarem jam legionibus subnixum, magistratib. emptis securum, populo gratum, Pompei, & Crassi conspiratione validum, irritare non oportebat, sed permittenda illi vires, quas detrahere non poterant. Tiberius cautè, & sensim Sejanum aggredditur. Nicolaus Vtranus contra Cofinum Medicum jam roboratum quicquam agi vetat. Itaq; seditio cum magna causa feruet, vel cum p. moram roborata est, non machinis, sed cuniculis est oppugnanda. Pulchrè Seneca. *Medicum aiunt, cum Regis filiam curare deberet, & non sine ferro posset, dum tumentem mammam leniter fouet, scalpellum spongia rectum induxisset. repugnasset puella remedio palam admoto: eadem quia non expectauit, dolore tulit, que clam non nisi decepta sanatur.* Id in seditione cûda agendum, cum magnas tumultuandi causas habent, aut habere sibi videntur. Plebis enim primus impetus cauendus est, mox vbi ille confedit, metu singuli diffugiunt, nemo alteri fidit, omnes de salute solliciti sunt.

*Cuniculis oppugnanda valida seditio.*

*Nihil in seditione periculossius, quam dare tempus se confirmandi.*

§. 4. Hac tamen in re nihil periculossius, q. tarditate & negligentia dare tempus consilia conferendi, se se firmandi, auxilia contrahendi, & q. ad spem veniæ frangendam plurimum facit, & quieti ac paci impedimento est, peccandi; quo enim longius p. grediuntur, eo grauius delinquant, quia sui tutandi causa pl. alijs nocent. Hac etiam lentitudine, dum. paris & foci digladiantur, audaces redduntur, & periculorum contemptores, atq; omninò militares, quapropter non nisi magnis impensis, bellisque ad officium cogi possunt. Cæsar monuit, periculosa & magna gerenda esse, de illis non consulandum, quod de seditionib. maxime dicendum est. Hic sanè locum habet illud: *Impetum, quo velocior est, eo valentior esse.* Hinc in Capitolio, in foro, in ipso concursu populi oculi sunt à Romanis seditiosi: nec contra vim iudicia federunt, sed strictum est ferrum.

*Spes danda venia seditiosis.*

§. 5. Nunquam rebellantib. desperatio injicienda est; quis sperat nihil, desperat nihil; audet omnia; potiora omnia putat, q. cum ludibrio, & inimicorum insulta-

tionem perire, semper periculosa est desperatio, postq. enim salutem despondit, exitij solatia querit, comitesq; mortis. Eo igitur modo seueritate vtendum est, vt non vana spes respicientibus ostendatur. Tam atrocibus bellis Romana Respublica est iactata, quæ victis misericordia victoris nihil repositum habuerunt præsidij. Reparant bellum in Africa, in Hispania, in Phartalia, in Sicilia, quia trahere per infelicia bella animam maluerunt, q. ouium ritu ma. Ctari. Maritima & Syllana tempora recordabantur. Benignitate conspirationem vicit Alexander Seuerus. Narrat faciem historiam Lampridius: *Quum quidam Quintus Camillus Senator antiquæ familia delicatissimus rebellare voluisset, tyrannidem affectans, eiq. nuntiatum esset, ac statim probatum, ad palatium eum rogauit: eiq. gratias egit, quod curam Reip. que recusantibus bonis imponeretur, sponte reciperet: deinde ad Senatum p. cecit, & timentem ac tanta conscientia tæbe confectum particeps imperij appellauit, in palatium recepit, conuiuium adhibuit, ornamentis imperialibus & melioribus quam ipse vtebatur, affectit. Et quum expeditio barbarica esset nuntiata, vel ipsum. si vellet ire, vel vt secum proficisceretur hortatus est. Et quum ipse pedes iter faceret, illum inuitauit ad laborem. quum post quinq. millia cunctantem, equo sedere iussit: quumq. post duas mansiones equo etiam fatigatus esset, carpento imposuit. Hoc quoq. seu timore, seu vererespuentem, quum etiam imperium abdicantem, & mori paratum dimisit: commendatumq. militibus, à quibus Alexander vnicè amabatur, tutum ad villas suas ire præcepit, in quibus diu vixit. Pari modo Athenarum tyrannus seditiosos amicos reuocauit. Pisistratus cum amici ab eo recessissent, venire stragulis ad eos venit, mirantibus dixit, se ideò venire, vt si psuaderet, reduceret eos, sin autem, cum illis maneret. Rectius omninò Seuerus, quam si in hominem delicatissimum, & laboris ignarum s. uisisset. Pericula enim & metus additis aliorum consilij, exemplisq; ignaues quoq; excitat; Otho mollis erat, & perditus delicijs, fortiter tamen pugnat, & sua manu mortem peragit, non fortiter quidem, sed obstinatè tamen, ostendensq; quid porro agere posset tam paratus mori. Sardanapalus etiam, luxuriæ exemplum, regie ardentis flammam non expauit. Ad desperationem itaque redigendi non sunt, etiam inermes, spoliatis arma supersunt, & si illa desint, furor arma ministrabit, q. si furor deseruerit, in vltionem alij accendentur. Campani ciuis oratio hoc fatis ostendit. Liu. l. 26. *Vbium Virium sic loquentem inducit. Quid vos, inquit, eam deditionem fore censetis, qua quondam, vt aduersus Sannites, auxilium impetrarem, nos nostraq; omnia Romanis dedidimus? tam è memoria excessit, quo tempore, & in qua fortuna à populo Romano defecerimus? tam quemadmodum in defectione præsidium, q. poterat emitti, per cruciatum & ad contumeliam secauerimus? quoties in obsidione, quam inimici eruperimus? castra oppugnauerimus? Annibalem vocauerimus ad opprimendos eos? hoc quod recentissimum est, ad oppugnandam Romam hinc eum miserimus? Age contra, que illi in septe in nos fecerint reperiite, vt ex eo quid speretis, habeatis. Cum hostis alienigena in Italia esset, & Annibal hostis, & cuncta bello arderet, omisus omnibus, omisso ipso Annibale, ambos COSS. & duos consulares exercitus ad Capuam oppugnandam miserunt. alterum annum circumvallatos inclusosq; nos fame macerant, & ipsi nobiscum vltima pericula, grauissimos labores perpessi: circa vallum ac fossas sapè trucidati, & propè ad extremum castris exuti. Sed omitto hæc. Vetus atq; vsitata res est, in oppugnanda hostium vrbe labores ac pericula pati. Illud ira atque odij execrabilis indicium est. Annibal ingentibus copiis peditum, equitumq; castra oppugnauit, & ex parte cepit: tanto periculo nihil moti sunt ab obsidione. Profectus trans Vulturnum perussit Calenum agrum: nihil tanta sociorum clade auocati sunt. ad ipsam vrbe Romanam in ista signa ferri iussit: eam quoque tempestatem imminentem spreuerunt. transgressus Anienem, tria millia passuum ab vrbe castra posuit: Postrema**

*Seditio facit magnas ex paruis.*

*Humanitas quodam vicit.*

*Desperatio fortes facit.*

Fraus in seditionibus improba est.

postrema ad mania ipsa & ad portas accessit: Romam se adempurum eis, nisi miserentur Capuam ostendit: & non omiserunt. Feras bestias caco impetu ac rabie concitatas, si ad curia & catulas earum ire pergas, ad opem suis ferendam auertas. Romanos Roma circumfessa, coniuges, liberi, quorum ploratus hic quoque prope exaudiebantur: ara, foci, Deum delubra, sepulchra maiorum temerata ac violata, à Capua non auerterunt. tanta auiditas supplicii expectandi, tanta sanguinis nostri hauriendi est sitis. Nec iniuria forsitan. Nos quoque idem fecissemus, si data fortuna esset. Itaque quando aliter Diis immortalibus visum est, cum mortem ne recusare quidem debeam, cruciatus contumeliasque, quas sperat hostis, dum liber, dum mei potens sum, effugere morte præterquam honesta, etiam leni possum: non videbo Ap. Claudium & Q. Fulvium, victoria insolenti subnixos: neque victus per urbem Romam triumphi spectaculum trahar: ut deinde in carcere aut ad palum deligatus, lacerato virgibus tergo, ceruicem securi Romane subiiciam: nec diu incendiique patriam videbo: nec rapti ad stuprum matres Campanas, virginesque & ingenuos pueros. Albam, vnde ipsi oriundi erant, à fundamentis proruerunt, ne stirpis, ne memoria originum suarum extaret: nedum eos Capua paruos credam, cui infestiores quam Carthaginenses sunt. Itaque, quibus vestrum ante fato cedere, quam hac tot & tam acerba videant, in animo est: iis apud me hodie epula instructæ paratæque sunt. Eum comitati 27. Senatores post epulas venenum sumpserunt. Quantum Roma lucrari potuit, si mitius bella gefisset? Ideo tam diu rebellauerunt, quia cruciatus timuerunt.

Fortiuita multum adferunt momenti.

§. 6. Porro quemadmodum aliquando ex fortuitis seditio oritur, ita quandoque sedatur. Exemplum exhibent annales Taciti. Noctem minacem, & in scelus erepturam fors leniuit. Nam luna clariore penè celo visa languescere. Id miles rationis ignarus omen præsentium accepit, ac suis laboribus desectionem sideris adsimulans, prospereque, cessura qua pergerent, si fulgor & claritudo Dea redderetur. Igitur are sonoro, tubarum cornuumque concentu strepere, prout splendidior obscuriorue latari, aut mævere, & postquam orta nubes offecere visui, crediturque conditam tenebris, ut sunt mobiles ad superstitionem percussa semel mentes, sibi æternum laborem portendi, sua facinora auersari Deos lamentantur. Hæc si verum interpretem, aut dextrum sortiuntur, maximam in rudi vulgo mutationem efficiunt, si malignum, magis efferrare confueverunt.

Officiis demereri eos, qui auctoritas seditionum esse possunt.

§. 7. Vilitatum est auctores seditionum, si tolli non possint, demereri donis, & spe veniæ mitigare. Si enim veniam sperent, si legitima via, id se consecuturos confidant, facile retrorsum vela dabunt, & Republicæ conciliabuntur. Si verò illi concitatos destituant, omnia mox tranquillabuntur; Vento enim posito, placidum stagnat mare. Nec contra auctoritatem Principis est, vnius improbi salute publicam pacem firmare, ciuilia bella tollere, & vt multi boni feruentur, nonnulli etiam improbi feruentur. Nemo facilius huic vulneri medetur, quam is, qui fecit. Neque tamen id eo modo, quo Sophista dicebat fieri velim. Cum enim lex esset, vt qui seditionem mouisset, moreretur, qui sedasset, præmium ferret; eamque ipse concitator sedasset, quaeritum est de præmio. Respondit Sophista. Vtrum prius est, mouere seditionem, an sedare? Cum responsum esset; mouere. Moriarur igitur, inquit, primum, deinde, si fieri potest, præmium ferat. Absit à Republica fraus publica, qua humani generis societas omnino dissoluitur. Meminerit multo pulchrius esse ac laudabilius, ex hoste amicum facere, quam hostem occidere. Cimnem populus in exilium pepulit, sed vrgente Republicæ necessitate vt reuocaretur, egit. Gracchus ne Scipio in carcerem duceretur inhibuit, cum antea inimicissimi vixissent.

Verum hoc loco monendus ille, qui læsus est,

vt reuera non fictè reconciliationem proponat, & tueatur. Perfide Antigonus promissis persuasum morte puniuit. Leucon quoque vindictam hilitulit, sed grauitur exercuit. Trierarchi nonnulli prodicionem moliebantur, eos quiescere iussit, ne si hostis viciisset, ipsis calumnia strui videretur, eorum interim familiares dignitatibus & præfecturis ornabat, finito bello omnes interfecit. Agathocles in conuiuio suspectos omnes, ad quingentos occidit, cum ipse ante in conuiuio tibia cecinisset, & saltasset. Polyan. libr. 5.

§. 8. Si auctores vel prosperis elati, vel metu suppliciorum, ad officium reduci nequeant, inter ipsos discordiæ & diffidentie occasiones quaerita, seditiones exarant. Nimis hoc vitatum est, hostium ducem reddere suspectos. At validum est præsidium maxime, cum tumultuantes plurium vel optimatum vel populi imperio reguntur. Quam facile legati Tarquiniorum nobiles adolescentes, ipsos etiam Brutos ad Reges inclinauerunt? Regem esse hominem, Liu. lib. 1. à quo impetres vbi ius, vbi iniuria opus sit: esse gratia locum, esse beneficio; & trahi & ignoscere posse: inter amicum atque inimicum discrimen nosse. Leges rem surdam, inexorabilem esse, salubriorem, melioremque, inopi quam potenti: nihil laxamenti nec veniæ habere, si modum exceperis. Periculosum esse, in tot humanis erroribus sola innocentia viuere.

Inter seditiones discordia facit.

Hoc verò in seditione, quam in bello multas ob causas promptius est. Ecce quantum facinus, non agere, vt saltem æquis conditionibus Reges superinducantur, sed cum è diuerso præmium est, omnia perdere. Ecce illi eo potissimum anno patriam liberatam, patrem liberatorem, consulatum ortum ex domo Iuniæ, patres, plebem, induxerunt in animum, vt superbo quondam Regi, tum infesto exuli proderent. Facient idem aliarum gentium rebelles, si præcium sit opera, si non facient, at mutuo sibi suspecti reddi possunt; cum alij contra alios similitates alunt, cum inimicitias priuatas exercent. Cum ad honores alij veniunt per ambitum, alij rejiciuntur, nec merita pensantur, sed opes, aut affinitates. Hinc offensiæ & inclinatio multorum ad Reges.

Seditiosi inter se commisti.

§. 9. Cum aliquid subditi à Magistratu petunt, naturam non iniquam, nec improbum; ita concedendum est, vt non vi, aut metu coactus videatur, aut est sane cedendum; præstat enim exire iustum, quæ laucia. Senatus Romanus cum populo potestatem creandi tribunos militares concessisset, omnes Patrij creati sunt: nec tam in executione, quam jure tuendo plebis se acrimonia exeruit. Quod si Rex aut Senatus cum vnū aliquem largitione vti videt, suo populum beneficio allicere velit, etiã conatum aliorum irritum reddet. Multo enim plura plures, & de publico dare possunt, quam priuati. Xenophon gregali obmurmuranti equum concessit, & in montem pedes excurrit. Indignati commilitones, atque periculo animati, Xenephontem hortati sunt, vt ad ducis munia sese seruaret, obtrectatore excreati sunt.

Seditiosa vix vnquam melior status efficitur.

§. 10. Crebro nouarum rerum cupidus objiciendum est; non esse, quos rebus ipsi præficiunt alijs meliores: hoc si commodè & opportunè fiat, omnibus seditionibus facile frenum potest imponere. Cum enim seditionem tæterim concirent, haud facile imperio digni possunt iudicari. Insigne exemplum est apud Liuium libr. 26. Inde Capuam stetit iter, luxuriantem longa felicitate, atque indulgentia fortuna. Maxime tamè inter corrupta omnia, licentia plebis sine modo libertatem exercens, Senatum & sibi & plebi obnoxium Pacuuius Calauius fecerat, nobilis item ac popularis homo, ceterum malis artibus nactus opes. Is cum eo forte anno, quo res male gesta ad Thrasymenum est in summo Magistratu esset,

Insignis prouidentia Senatus servandi.

iam diu in se ipsam Senatui plebem ratus per occasionem nouandam dires, magnum ausuram facinus, ut si in ea loca Annibal cum victore exercitu venisset, trucidato Senatu traderet Capuam Panis, improbus homo, sed non ad extremum perditus, cum mallet incolumi, quam euersa Republica dominari, nullam autem incolumem esse orbatam publico consilio crederet, rationem inquit, qua & Senatum seruaret, & obnoxium sibi ac plebi faceret. Vocato Senatu, cum sibi defectionis ab Romanis consilium placitum nullo modo, nisi necessarium esset, prefatus fuisset: quippe qui liberos ex Appii Claudii filia haberet, filiamque Romam nuptam Lio dedit: Caterum maiorem multo rem magis, timendam instare: non enim per defectionem ad tollendum ex ciuitate Senatum plebem spectare: sed per eadem Senatus vacantiam Rempublicam tradere Annibali ac Panis velle, eo se periculo posse liberare eos, si se permittant sibi, & certaminum in Republica oblitum credant. Cum omnes victi metu permitterent, claudam in curia vos, inquit, & tanquam & ipse cogitauit facinoris particeps, approbando consilia, quibus nequicquam aduersarum, viam saluti vestra inueniam, in hoc fidem quam vultis ipsi, accipite. Fide data egressus, claudi curiam iubet, presidiumque in vestibulo reliquit, ne quis adire curiam iniussu suo, neue inde egressi possit. Tunc vocato ad concionem populo: Quod saepe, inquit, optastis Campani, ut supplicium sumendi vobis ex improbo ac detestabili Senatu potestas esset, eam nunc non per tumultum expugnantes domos singulorum, quas presidium clientium seruatorumq; tuentur, cum summo vestro periculo, sed tutam habetis ac liberam. Clausos omnes in curiam accipite, solos, inermes: ne quicquam raptim, aut forte temere egeritis, de singulorum capite vobis ius sententia dicenda faciam, ut quas quisque meritis est, penas pendat. Sed ante omnia ita vos ira indulgere oportet, ut potiore ira salutem, atque vilitatem vestram habeatis. Etenim hos (ut opinor) odistis Senatores, nam Senatum omnino non habere non vultis. quippe aut Rex, quod abominandum, aut quod vnum liberae ciuitatis consilium est, Senatus habendus est. Itaque duae res simul agenda sunt vobis, ut & veterem Senatum tollatis, & nouum cooptetis. Citari singulos Senatores iubeo, de quorum capite vos consulam: quod de quoque censueritis fiet. Sed prius in eius locum virum fortem ac strenuum nouum Senatorem cooptabitis, quam de noxio supplicium sumatur. Inde confedit, & nominibus in vnam coniectis citari, quod primum sorte nomen excidit, ipsumque e curia produci iussit. Vbi auditum est nomen, malum & improbum pro se quisque clamare, & supplicio dignum. Tunc Pacuuius: video qua sententia de hoc sit data, eicitur pro malo atque improbo, bonum Senatorem & iustum eligite. Primo silentium erat, inopia potioris subiiciendi; deinde cum aliquis omnia vercundia quempiam nominasset, multo maior extemplo clamor oriebatur, cum alii negarent nosse, alii nunc probra, nunc humilitatem sordidamque inopiam, & pudenda artis, aut quae stus genus obicerent. hoc multo magis in secundo ac tertio Senatore factum est, ut ipsius penetrare homines appareret; quem autem in eius substituerent locum, deesse, quia nec eodem nominari attinebat, nihil aliud quam ad audienda probra nominatos, & multo humiliores, obscurioresque catererant eis, qui primi memoriae occurrebant.

Et sane inter tot omnium gentium seditiones motusque, hoc maxime notandum est, rarissime meliorem fuisse Reipublicae constitutionem. Qui enim contra magistratus, ciuesque insurgunt, si vincuntur, manet antiqua Reipublicae forma, si vincunt, cum deteriores sint victis, pejus illam administrant. Haec est ordinaria seditionum clades, atque liberrime ad omnem historiam appello. oraculo mdiceret, quisquis euentus considerat.

⊕ (\* \*) ⊕

## C P V T XVI.

## Varia rationes coercendarum seditionum à diuersis usurpatae.

§. 1. Simul jungere varias rationes quibus seditionibus occurrerunt viri Principes, & quasi in fatyram infercire visum est, non quod probandae usurpandaeque sint omnes, quaedam enim dolo malo, perjurio, crudelitate omnia miscent, sed quod ad eum modum sine scelere tamen pro salute publica, familia imitatione effingere liceat.

Pompeius, ut refert Front. libr. 2. c. 11. Cum suspectos Fortes haberet Catinenses, & vereretur, ne presidium non reciperent, lites agrorum petiit ab eis, ut agros interim apud se refici paterentur: fortissimis deinde, habitu languentium missis, ciuitatem occuparet, ut, continuatque. Moderatè quidem quod non occiderit; simulatè & fraudulenter, quod fortes pro ægris miserit.

Simulatè & fraudulenter Caesar, qui seditiones ex auctoritate, deinde auctoribus, caesis exautoratos recepit. Improbè penitus & fide Punicà Hanno, Quatuor millia ob non soluta stipendia tumultuari aggressa; primò promissis fefellit, deinde Romanis prodidit. Nam dilationis injuriam liberalitate compensatum pollicitus, ad quietem, ad obsequium eos reduxit, quo facto ad praedam dimisit, simulque per procuratorem specie transfugae Otacilio indicauit; Gallos exituros praedatum; ab illo positus insidijs omnes trucidati sunt, & Hanno seditionis periculo, & stipendij solutione liberatus, sed majore scelere perfidia obstrictus fuit.

Pari perfidia Cassander Nicanorem alienum à se, cum Munichiae Praefectus esset, circumuenit. Multo crudelior Lysimachus, quia contra innocentes & miseros saeuit. Antariatae sexcenti impedimentis exui erant, eos vt pote exacerbatos seditionem moturos suspicabatur, itaque per fraudem eductos omnes interfecit. Jure caesi videri possunt à Pinario Ennenses, quae defectionem jam moliebantur: cum enim clanes peterent, conuenire in theatrum, & deliberare iussit, ubi cum in sententia praestarent, interfici iussit. Nec crudelitatis accusari Spartani possunt, cum insidiatorem in insidias sine fraude & mendacio mitterent.

Ephoris insidias Cinadon struxerat, illi eum in Laconicam quandam regionem miserunt, quasi arcani negotij causa, ubi ab equitibus ad hoc praemissis tortus conficis indicauit, quos statim Ephori interfecerunt. Polyæn. l. 2. Antigonus cum tria millia defecissent, Leonidam illis simulato transfugio misit, qui primò suavit, ne cui alteri se jungerent, deinde eos ipsos prodidit.

§. 2. Cum Macedones crebro contra Alexandrum tumultuarentur, Persae eum amarent, hos extulit, duces illis Persas dedit, & supplementa Persica Diod. Sicul. lib. 17. compefcuit ille apertam violentiam illa transitione ad Persas, non tamen odia immania, quibus deinde oppressus venenum bibit.

§. 3. Julius Caesar felici temeritate seditionem discussit, quod tantum fieri potest, si magnae auctoritatis est, in quem fremunt. Idem fecit & Caesaris gener Pompeius: magni is vir animi, cum milites minarentur, se pecuniam, quae in triumpho ferretur, direpturos, suadentibusque amicis, ut eam ipse potius illis diuideret, respondit: moriturum se potius, quam licentiae militari succubiturum, castigatisque graui oratione militibus, sacres laureatos objecit, ut ab eorum inciperent direptione. Hi pro sua id salute egerunt, pro aliena Antigonus: seditionem militum contra Antipatrum arte sedabat, stipendia posebant, sed ab egeno, jamque parum aberat, quin cum lapidarent, Antigonus per pontem

Orando mi-  
litem deti-  
nere.  
  
Pecuniam  
credito ac-  
cipere.  
  
Fictis literis  
fallere.  
  
Periculosū  
Alexandri  
factum, quo  
animos ab-  
alienauit.  
  
Mutare ha-  
bitū classis.  
  
Adulterare  
  
Sortitor-  
querere.  
  
Mortem  
aut pericu-  
lū simu-  
lare.  
  
Propheti oc-  
cultam mo-  
ritiam in-  
diatorum.

pontem concionaturo similis processit, & cedebant de via, & se quebantur audituri quid vellent. Interim dum longa oratione defendit Antipatrum, ille euasit. Polyan. lib. 4.

§. 4. Insigne Amilcaris erat contra transfugas, & seditionem molientes stratagemā, præcipue quia malicia Punica carebat. Cum Galli frequentes ab eo ad Romanos deficerent, ille fidissimos suos iussit simulare transfugium, & Romanos, qui eos exceptum venirent, occidere: Itaque nec alij profugerunt, nec Romani profugos exceperunt.

§. 5. Ciuilitate etiam Eumenes; nam accipiendo mutuum ab æmulis pecuniam, salutem suam defendit; illi enim ne pecunias amitterent, magna eum fide tuebantur. Eo modo in Germania in societatem belli quædam ciuitates pertractæ sunt, ne id quod iam expenderant, amitterent. Leucon eodem se modo seruauit, sed mendacium addidit. Insidij enim appetitus a mercatoribus pecunias mutuas accepit, causatus proditionem sibi dedi hostes, illis acceptis insidias fallus est, eosque custodes corporis accepit, & insidiatores vicit.

§. 6. Impostorum magis videtur, quam Principum fictis literis tanquam falsariâ manu seditionibus, tum ciuicis, tum castrensibus obuiam ire, sed tamen & hoc vsurpauere multi. Solent enim duces ipsi falsa consilia, insidias, prodiones, perfugia, panicos terrores fingere, vt miles ad omnia paratus sit, vt omnium cogitationes pernoscat. Cum literæ in castris Eumenes de vita ejus jactæ essent, gratias egit, quod neuo sceleris pretium apperuisset, adiecitq; se literas expectandi gratia sparsisse. Ceterum Antigonum non sic vincere vellet, vt in se pessimum exemplum statuat.

Miror Alexandrum Magnum, tantam animi fortitudinem professum, ad tam vilia se abiecit, vt omnium suorum, qui literas in Macedonia scripsissent, arcana rimaretur. Cum enim in Hircania constitutus, monuisset, vt cum Legatis, quos in Macedonia mittebat, literas ad suos scriberent, ex itinere eas reuocari curauit, legitque, & quos contra se aliquid scripsisse inuenit, cum eis inimicitias gessit. Periculosa omninò res, & quæ cogit Regem esse crudelem. Polyan. lib. 4. Curtius, alij.

§. 7. Ingeniose Iphicrates classem hostili habitu instruxit, & cum acciperetur à suspectis effuso studio, ciuitatem diripuit, alieno habitu & suos, & hostes Datanes fefellit, nam cum strui sibi insidias sciret, in prælio alieno habitu pugnavit, atq; ita latere & notare insidiatores potuit.

§. 8. Nefaria sunt, quæ tyranni in hoc genere fecerunt. Augustus matronarum adulterijs polluebatur, quem tamen fœdius excusabant ejus amici, quod cum multis insidijs peteretur, secreta virorum per illa flagitia exquireret. Crudelior hoc in genere Dionysius: nam musicâ feminas, & meretrices consecravit, & ijs tortis quid amatores de tyrannide dixissent, inquit, periculose locutos deinde occidit.

§. 9. Mortuum etiam, & ægrum se aliquando finxit, vt voluntates hominum exploraret. Dionysius famam sanè sparsit se à militibus occisum, deinde qui ea ex te gaudium fenserant, interfecit. Idem quoque fecit, cum in extremo se versari periculo diuulgasset; multis enim latentibus egressus cum satellitio, eos interfici mandauit. Arte etiam ludicra, auditio circumforaneo vera pericula deuittauit, & seditionem molitos exterruit. Quidam Syraculis artem se nosse professus est, qua insidiatores noscerentur, cauere, admissus ad Dionysium, sibi, inquit, dixeris te prenosse insidiatores. Dionysius magnis Doctori datis præmijs, admirabilem artem inuidiam fugiendi didicisse jactauit, & tutior ea te fuit. Verum hæc impostura hominis vesani fuit; idem enim ille, qui Dio-

nysum tale secretum docuit, etiam alijs indicauit; neq; enim verisimile est à Dionysio proditum, quo tacito duntaxat, esse tutior potuit.

§. 10. Ad impediendam seditionem crebro profuit cam dissimulare, aut ostendere se ipsis fidem. Fredericus intellecto Samminiates ad rebellionem spectare, significat, thesauros & captiuos apud eos collocare velle, loco thesauri misit arma tecta, p captiuos milites fortes victos, qui occupatum oppidum in Frederici ditionem redegerunt. Sic Eumenes cum ab Antigene & Theumate Ducibus Argyra, p idum negligeretur, neque enim ad ejus tabernaculum veniebant, ne hoc malum ad alios manaret, somnio duplici se monitum dicebat, vt Alexandro tabernaculum erigeretur, omniaque in eo agerentur, ita obtinuit, vt etiam æmuli venire cogerentur. Polyan. libro 4.

Apud motos etiam, & potentes prodest dissimulare. Cautè Antipater priore Naxiorum exercitu, (q audita morte Alexandri ad infestandum imperium e) confluerant) dissimulans se scire, qua mente venissent, gratias hic egit, quod ad auxilium ferendum Alexandro aduersus Lacedæmonios conuenissent: adjecitq; id se regi scripturum. Ceterum ipsos, quia sibi opera eorum in præsentia non esset necessaria, abirent domos, hortatus est: & hac asseueratione periculum, quod ex hac nouitate imminebat, discussit. Front. l. c. 11. hoc maximè locum habet, cum alij in periculo sunt, ne exemplo deficientium tumultentur. Agefilaus noctū curabat ad ferri scuta fugientium, ne constaret militibus tantam esse perfidiam, multitudinemq; transfugarum.

§. 11. Quanquam in hostium discordia multum sit momenti, non tamen facile tenandi sunt; nam facile syncretizant. Itaque potius agendum, vt separantur, vt fecit Dionysius, cum veteranos priuare stipendio vellet, seditio concitata est; at ille professus est, senioribus se in custodiendis munitionibus vsurum, tumultum in præfens composuit; deinde verò postquam in præsidia diuisit, distractis stipendia ademittit.

§. 12. Improbæ quoque ratio seditionum impediendarum est, populos in luxum frangere, q multiregum fecere. Vbi Xerxes iussit Babylonios delictijs vacare, arma ponere, Cræsus Lydos, Phalaris Leontinos, eodem vinculo voluptatum continendos esse putauit, at neq; secura est; nam eo vitæ genere corruptis moribus multi sua dilapidant, ideo que res nouas moliri coguntur. Accedit quod imbelles fiant, & pauperes, vt nec opera, nec pecunia Principem iuuare valeant.

§. 13. Seditio composita interuentu Sanctorum & Religiosorum virorum sæpe fuit. Wallachienfes cum ope D. Willibrordi nobilem & miraculosam victoriam obtinuissent, contra Robertum Juniorem Balduini filium, Flandriæ Comitem, tum dein ciuili ac intestino bello (caussa non exprimitur) in partes factionum scissi, mutuo in se seuerunt, vt primates Insulæ nobiliores occiderint, libera nulli intrandi vel exeundi copia fuerit, nulli sacras ædes aut sacrificia, etiam ipso die Parasceues adeundi facultas sine armorum apparatu, cætu contribulium, & satellitum manu. Nec finis aut modus tanti furoris & dissidiæ fuit, priusquam, post multa suorum funera communi consilio & Legatione Ygumenus Thiofridus Philochristus (verba Victoris sunt) accitus Ester-naco, ciuium animos miraculis, precibus, & auctoritate componeret, & magno labore pacem repararet.

In vita S. Ira R. D. Esternacensis Abbas, cujus Floris Epitaphij Sanctorum Noster P. Joannes Roberti post annos ferè DL. Luxenburgi Anno 1619. primum edidit, 36. & doctissimis suis Notis illustrauit; ac prædi-

Milites spe-  
cio captiuo-  
rum mitte-  
re.

Religionem  
obtinere.

Dissimula-  
re seditio-  
nem, &  
transfugia.

Diuidere  
turbulen-  
tos.

Populos lu-  
xu frangere

Sanctorum  
auxilio cõ-  
pescere.

Abbas Ester-  
nacensis.

In vita S.  
Willi-  
brordi cap.  
36.



dictam Historiam copiosissime descriptam vite Thio-  
tridi subnexunt, quae digna, vt ab Walachrien-  
sibus Haereticis & Catholicis legatur, in confusionem  
perfidiae, aut fidei confirmationem. Quod in Chri-  
stianis religio, in Gentibus aliquando superstitio po-  
tuit. Cum Egyptij odio crudelitatis Persicae dese-  
cissent; Darius cum venisset eo tempore, quo Apin  
Iugebant mortuum, promulgauit, se centum auri ta-  
lenta daturum, qui nouum Apin inuenisset; illi mi-  
rati Regis pietatem ad obedientiam redierunt. Po-  
lian. lib. 7.

Proditor  
deprehenso  
fidos eius  
loco ponere  
in acie.

§. 14. Proditionibus occurrendum; vel vt suspe-  
cti alliciantur precio & spe ampliore. Sic Marcellus  
Battenum Nolanum, ad Pænos inclinantem, & popu-  
larium animos sollicitantem, ad se traduxit. Ma-  
ximæ industriae est, proditionem in suum commo-  
dum vertere. Proditioni pariter & seditioni, sic Ar-  
fames ipse seditionis obuiam iit. Praefectus equitum  
in conflictu se transcurum sponderat: Arfames  
noctu de eo habita quaestione inuenit facinus; itaq;  
alium ejus vestibus induit militesq; fidissimos equi-  
tum armis munitos, cum daretur ab hoste signum,  
transire, & terga eorum cadere iussit, quo stratage-  
mate insignem victoriam consecutus est. Polyæn. l. 7.

Præcipuum est odium proditoris inculcare ani-  
mis. Antigonus & Cæsar proditionem amabant,  
proditores oderant. Philippus prodituros amabat,  
eos cum iam prodiderant, maximè oderat. imò &  
prodituros oderat, sed amare simulabat. Lyfimachus  
Andragathum Amphipolis proditorem magnifice  
donauit, postea verò cum cruciati necauit, in hos  
enim præcipue conuenit, vt

Nulla illos tellus, nulla aquora possint

Accipere.

Quis neq; apud Danaos vsquam locus, insuper ipsi  
Dardamida insensi penas cum sanguine possunt.

CAPVT XVII.

Pax publica non à Catholicis, sed à  
sectarijs seditionibus tur-  
bata est.

Diffidentia  
plena que-  
relis est.

§. 1. DE seditionibus patriæ componendis plu-  
rimis agere, & institutum & temporum a-  
erbitas cogit. Tantam esse in Imperio turbationem,  
tantam Principum diffidentiam, tantam erga Cæsa-  
ream Majestatem similitatem, quanta etiam exulce-  
ratissimis temporibus non fuit, docent Comiticia at-  
que conuentus publici, quorum omnium pene ex-  
ordia de discordia, contentione, litibus, diffidentia  
querelas habent, tractatores autem hætenus reme-  
dia querunt. Mirum autem exteris nationibus ap-  
paret, & posteri vix credent; Jam annos nonaginta  
inter Collegas Principes, Cognatosque in conspe-  
ctu Cæsarum pacis amantissimorum, de pace tracta-  
ri, animorum abalienationem tamen & minuta bel-  
la durare, præsertim cum vtrique parti ex æquo bel-  
lum futurum sit exitiale, ac luctuosum, cum nemo  
ad Comiticia illa veniat, nisi qui pacis se cupidissi-  
mum profiteatur. Causam tanti mali inquiri,  
nam vt in medicina nouisse causam morbi est neces-  
sarium ad remedia, sic cognoscendus est, in hoc va-  
sto corpore Augustissimi imperij inclusus noxius  
quidam humor, varijs locis, & diuerso effectu tem-  
peratam artuum, ac membrorum harmoniam con-  
sensionemque conturbans, alia præter naturam in-  
flammat, alia tabefacit, alia arrosione diuellit, dum-  
que singula tentat, omnia pariter infestat. Hoc ma-  
lum, quâ parte situm regnet, aperiam.

Sic igitur statuo. Omnium discordiarum, odio-

rum, bellorum ciuilium, rebellionis in Romano Im-  
perio causas esse Prædicantes Lutheranos & Calui-  
nianos, quocunque nomine appelletur, quacun-  
que in seclâ viuant, nec innocentes Anabaptistæ,  
sed quia semel audacia eorum facta est, nunc deest  
vis, & arma malitiæ; itaque nunc vulpinâ se tegunt,  
donec leoninam adipiscantur, atque ad rem agen-  
dam inualecant. Rationes, quæso vt lector ita aspi-  
ciat atque perpendat, ne ex occupato iudicio senten-  
tiam proferat.

Causas dis-  
cordiarum  
esse prædi-  
cantes.

§. 2. Ratio prima. Ad Imperium conseruandum,  
pacemque tuendam necessaria est auctoritas Impe-  
rantis, omnibus arcibus, quin & armis illa firmior est  
aduersum rebelliones & contemptum; Majestas,  
imperij est tutela, ejus omnem vim resoluerunt,  
quantum in ipsis fuit, prædicantes nouatores, eoq;  
rem deducere conati sunt, vt nec admiratio, nec me-  
tus esset summæ potestatis, quibus duobus auctori-  
tas, quæ est imperiorum fulcrum, continetur, neruos  
igitur Imperij concidere aggressi sunt, vnde spe im-  
punitatis pacem rupit audacia, & illecebra illa mul-  
tos sensim traxit, vt jam auctoritatem in se traherent.

Dissoluere  
conantur  
auctorita-  
tem impe-  
rii.

ἔχρησθη τῶν Φαύλων Δία τ' αἰχρον, ἀλλὰ Δία τὰς π-  
μοσίας. Non enim ita nati sunt, vt pudori obsequan-  
tur, sed vt metui, nec vt prauis abstineant ob turpi-  
tudinem, sed ob supplicia & pœnam. Quo modo  
autem ostendam Nouatores aciem auctoritatis Au-  
gustæ hebetasse? Majestatem detraxisse? contem-  
ptu vilissimi cuiusque sedasse? id quidem haud ope-  
rosium fuerit: in Tomis Lutheri integræ sunt in Prin-  
cipes inuectiua, etiam à Catholicis collecta. Mihi  
non est mens illa omnia referre, imò vix aliqua, quia  
nondum ex animis omnium esse abolita Lutheri au-  
ctoritas, & plusquam oportet, legitimæ potestatis  
æstimatio languet. Vno alteroue exemplo docuisse  
sufficit. Libello de bello contra Turcas. Cæsarem neg-  
gat caput esse Reipublice Christiana, & defensorem Euange-  
lij, aut fidei. Oportere sane Ecclesiam alium habere defen-  
sorem, quam sint Imperator & Reges, eos namque esse pessimos  
hostes Christianismi & fidei. Libello, de potestate sacula-  
ri, Principes, ait, vt plurimum esse vel præcipuos moriones,  
vel deterrimos nebulones. Ne autem hæc solius Lutheri  
feruori tribuamus, Ecce hominem formidolosissimū  
Philippum. Epistol. ad D. Burchardum Mithobium.

Lutherus  
Imperator  
& Princi-  
pes tradu-  
cit.

Esti sæpè magno cum dolore expertus sum, admodum esse in-  
constantes τῶν ἀγῶν animos, de suis loquitur, quorum  
diligentiam in direptionibus Monasteriorum etiam  
taxat. Pleriq; Principes etiam ante hoc tempus, multo fu-  
erunt in diripiendis Monasterijs diligentiores, quam in consti-  
tuendis παροικίαις & Scholis. Sed expectemus venientem  
annum, qui fortassis excutiet nostris heroibus veterum, lu-  
dos, voluptates, amores, rixas. Hætenus alii seuerunt in Ec-  
clesias, alii sinxerunt corruptelas doctrina, certarunt obscenis  
libellis, sinxerunt insulso dialogos, oblectarunt se venereis  
voluptatibus, neglexerunt Ecclesias, & Scholas, certarunt  
ambitione, nunc nemesis attrahit non contemnendum ho-  
stem. Epistola verò ad Milichium. Vrbes, ait, ab igna-  
uis Principibus desertas, & proditas esse. Quid Calvinista  
centseat de Principibus Imperij, atque ipso Impe-  
ratore, satis ostendi, jam sapius, nempe Imperium esse  
bestiam Apocalypsicam, sanctorum interfectoricem, Imperium  
nimium admirari, illud Augustum vocare, esse adorare Dia-  
bolium, seu Draconem.

Hæc autem doctrina euertendo imperio inuenta  
est. Itaque Prædicantes imperium euertere molun-  
tur: cum autem sine fonitu orbis ille inuerti non pos-  
sit, cum sine dissolutione tantum corpus transferri  
nequeat, necesse est tantam ruinam plurimas & vio-  
lentissimas concussionem antecedere.

§. 3. Ratio secunda. Quorum artibus potentia  
Imperij acciditur, atque infirmatur, illi tumultuum,  
atque

Novatores  
vires impe-  
rii accipiunt.

atque seditionum causam præbent. Quid enim sine viribus ira? quid magni nominis umbra? Non potest stare illud Imperium, quod solâ opinione multitudinis, & verulatis æstimatione nititur, necesse est ad sit potentia, opes, arma, consilia, fœdera, alioquin luxatam basi suâ columnam, qui primus impellere ausus fuerit, euertet. Nouatorum a. insidiosis atque etiam apertis machinationibus, apparatibus, pugnis, potentia imperij afflicta est, & quod nec dum cecidit, Imperatoribus suis, Catholicis Principibus, & nonnullis tum Principibus Protestantibus, tum liberis Rebus publicis debet, nulli prædicanti acceptam refert in columitatem. Quid? Illi miserum imperium turbant? Quasi non periculum sit fortissimis etiam ab inualido. Non opus est ad magnas fraudes magno animo, sed malo. Turbatis rebus victor Sinon incendia miscet. Quod leones & vrsi, hoc etiam viperæ possunt & cantharides. Virium imbecillitatem compenlar acrimonia veneni. Hac in culpâ esse prædicantes probo.

Quomodo  
tributa im-  
perij minu-  
erunt præ-  
dicantes.

Nam primo conati sunt opes, belli neruos, pacis ornamenta, atq; arma auertere, atterere, pessundare. Plurimarum enim Ecclesiarum prædia, possessiones, ornamenta in alios vsus conuerterunt, & teste Melanchthone in diripiendis Monasteriis fuisse diligentes. Opes autem illæ Imperio sunt ereptæ, quia fidelibus imperij subditis, sine iure, sine legitimo processu, iusti migrare veteres coloni, Monasteria, Canonicatus, Prælatuæ, Episcopatus præda Principum secularium fuisse, nomina & loca, & census dicent, ad quorum aulas annuæ rationes de spolio Domini referuntur. Duplex hinc imperio damnum ortum est, neq; enim subsidia pecuniaria à spoliatis missa sunt, & ceteri, qui exemplo spoliatorum terrebarant, pendentibus in ancipiti, atque ex vicinitatis affectu fortunis, ad tuendam Rempublicam in quâ se opprimi videbant, consortio Collegarum destituti, eant imbecilliores. Multum itaque hac ratione potentia pristina decessit consilio prædicantium, quos tamen sua fefellit cupiditas, ipsi enim sese, cum viderent pronis auribus à Principibus audiri, à populo colli non dubitabant in dignitates dejectorum Prælatorum recipiendos, & mendicabulis circumforaneisque Poëtastris lautos fore, verum falli sunt, cum ad rem ventum est, præualuit fiscus, ipsi tenui portuicula asperiti sunt, ne oblatarent, non vt fatiarentur. Hac igitur concussione tributa imperij & vectigalia sunt imminuta, hoc est ornamenta pacis, & subsidia belli. Nec enim quies imperij sine armis, nec arma sine stipendijs, nec stipendia sine tributis haberi queunt. Quæ verò ratio tributorum erit, si in illis, qui aliorum possessiones ad se transferunt, non sit voluntas conferendi, spoliati à *nevis* & *apocrypha*, infausi omnis diuis protegantur?

Magne im-  
pense in li-  
bris.

Deinde, In tot Comitibus & dietis quæ jam annos nonaginta multiplicantur, in lires & contentiones, in mutuas velitationes tantum sumptus impensum est, quantam bello Turcico sufficeret. Appello ad ipsas Principum rationes, atq; in itinera, legatos, comitia factas impensas.

Tertio. Accensum est auctore Luthero, auctore Müntzero bellum rusticorum, in quo arces, Monasteria, Ecclesiæ subuersæ sunt, postremo rustici contumaces internectione deleti, hæc inter damna, si quis referre non didicit, nefici ille egros, & agricolas æriarum fundum esse.

Quarto. Lutherus atque assecra in resima bella concitarunt, in ea expensæ factæ, & sanguis fusus, quo potuit cum Hungariâ & Thraciâ, etiam ipsa Constantinopolis parari. Nempe post varias clades, tota penè Germania non Catholica in Cæsarem conspirauit, 20000. peditem, 10000. equitum in ca-

stris rebellium memorant fuisse præter oppidorum præsidia, & reliquum apparatus. Quid deinde alia minora, vt vastationem Brandeburgicam, bella Coloniensia, Alsatia, cætera enarrare? omnium illorum initia à Nouatoribus, dum vetera extorquere orthodoxis conantur, concitata sunt. Nec tamen hic consistit iniqua, & pacis impatiens nouitas, quoties pecunia, virisq; ad iurum Belgium? quoties contra suos Reges confirmati in Gallâ Hugonotæ? pinguent adhuc Germanorum cadaveribus Francici atq; Belgici agri. Quis miretur exhausti potentiam ac vires imperij secum depugnantis? totiesq; sanguinem mitentis? Quis miretur nec animum esse, nec opes contra Turcas, cum domi omnia infumantur? Inspice vel statum præsentem, quotidianis sumptibus exhausti Germaniam est necesse. Ecce enim signa, pares aquilas, & pila minantia pilis, in occasione intenti aduersarij, subitis expeditionibus. Catholicos aliquando terruerunt, tandem inter se conspirarunt, fœdera cum exteris iniierunt. Itaq; Catholicos vt sanctâ, & Origo vni-  
onus Catho-  
lice.

rebus, quæ supersunt, tuendis necessariâ confœderatione probante Cæsare se mutuo deuincirent, impulerunt. Vtrinq; motus igitur, inde bellum, hinc defensio paratur, confertur etiam in pace pecunia, du-belli eliguntur, centurionibus in futura bella stipendia dantur, annona, atq; armatura conquirunt, gratulandum esset felicitati Germanicæ, si licet hostem sese armaret, nunc timorè vicinorum qui ad classicum suorum prædicantium, bella volunt atq; arma fremunt, & Sacerdotales togas militi promittunt, sumptus illi expendendi sunt. In se igitur mole suâ ruit imperium, & sibi componitur, ideoq; aduersum externos inualidum, atq; effusus in domestica certamina viribus ab imbelli, ni caueatur, vincendum. Quæ autem tanti mali origo? vnde tam diuturna simulas, aliquando bellans, semper minax, nunq; bene cogitans? Ab illis, qui Catholicorum bonis incubant, quibus nimium est, quod Episcopi viuunt, q; inefcati Ecclesiæ directionibus, ereptam sibi putant, quod negatur. Valuit olim imperium Germaniæ non suâ tantum Majestate, & robore, sed vicinorum etiam amore & fœderibus, hæc ad iumenta præcedere, & Sociorum auxilijs nos omnino nudare nouatores instituerunt. Validissima auxiliorum contra Ortomanos semper præbuit fida Italia, atq; Hispania, quæ regna Turcicas inducias, & pacem dedignantur, è Belgio promptam manum, quamque Turcæ præcipue formidant, legimus, nec de Franciâ dubitandum est, cum amicitiam Reges affinitate sanxerint. Quid hic Nouatores? Pontifex est bestia, Florentinus, Mantuanus, Hispanus cum Babylonicâ meretrice cortantur, tu Britannie inscende Italiam, occide, carnes deuora. Quid verò? Pontifici, Italiæ Principibus, Ibero dum partim corpora sua p imperio opponunt, partim suo stipendia militem aiunt, pecunias conferunt, vota faciunt, vos insidias struitis? Accusant Calumnianos Lutherani de inclinatione ad Turcam, monent suos Principes vt potius Catholicis adhæreant, q; Zvingliani, q; Papa pro Imperio bella gerat, Caluiniani subsidia Cæsari negent, & sub pectore gestent Antichristum Orientem, vt probani libro de Syncretismo seu falsâ pace. Quis igitur pacem turbat, an q; fidelissimos socios in amicitia continendos dicit? An is qui nec ipse in bellum conferre cogitat, & propugnatoribus Imperii toto mundo hostem querit?

Quæ vires  
imperij ex-  
haustiant?

Vicinos o-  
mnes offen-  
dunt.  
Vide præfa-  
tionē Plef-  
sai, in suo  
mysterio.

§. 4. Ratio tertia. Pacis violatæ rei sunt, qui iniuria alienas possessiones occupare docuerunt, aut si juris aliquid, & æquitatis in illa vsurpatione prætendunt, nullo iudicio, nullo ordine possessionem adierunt, qui iudiciorum sententiam fugiunt, vi, aut dolo possidere & perseuerare suadent. Hæc sunt prædicantium studia, hi conatus ab ipsis incunabulis.

Et de Zvinglianis quidem palam est, in ipsis Comitibus Augustanis, exercitus, fœdera exterarum gentium, Episcopatum diuisiones iactabant, ut est in Epistol. Melancthonis ad Philippum Hassiæ Principem. Verum quid opus meâ probatione? Inspiciantur acta Camerae Spirensis, supplicationes, juris contestationes, appellationes, lites pendentes, lites inueteratae queruntur injuriâ Ministrorum sibi erepta per vim, & dolum, qui juris remedia expectari volunt, actores sunt, & fuerunt Catholici, de repetendis postulant aduersarios, recuperatores dat Caesar, non igitur dubium est, quin initium litis dederint, qui possessionem bonæ fidei, possessorem pacificam, & indubitata hereditatis, fundis autem exturbant. At iniusti erant possessores Catholici, vendicanda igitur dominia, & ad nos deferenda erant. De jure posterius videro, si jus appellat, ex jure, confertur manus veniant, jure res decidatur, ne solida vi vadant. Cur autem iniusti possessores, qui ex Caroli Magni, Henrici, aliorumque piorum Imperatorum, Principumque donatione, fundatione, legibus erant possessores? Communis erat legum Imperatoriarum interpretatio, communis intellectus municipalium, communis usus, & praxis juris, & tribunalium decisiones secundum hoc jus legitimi possessores erant, quiete & sine interpellatione dominia rerum suarum occupantes, consilio nouatorum, jus aut juris interpretatio immutata est, & mutati animi Principum, nouâ religione vetus Reipublicæ desit forma. Confiscatione, multâ, exilio, rapinâ, nouâ, ea que iniquissimâ lege itum in eos, quos vîsita legum & diuturna præsidia tuebantur. Tot Episcopatus, Abbatis, Collegia, Monasteria, Hospitalia, Scholas rapuit priuatus fiscus, nam ipsis rapinarum ministris, ut canibus venaticis ad acuendam sagacitatem exiguae particulae de præda diuidebantur. Quis bellum mouit, an is qui leges, Magistratumque inuocabat, dum pelleretur? an verò qui veterem colonum sine lege deturbabat? Antiquis omnia dominis eripis, quia opinionem nouam antiquis legibus, moribusque pugnantem non amplectebantur, & violatae pacis illos accusas? Fierent Evangelici, dices, & res suas sibi tenerent. Nescio an mutatione fidei tueri possessiones possent. Hoc scio, nullâ lege præcâ cautum esse, non nisi ijs, qui se dicunt Evangelicos, possessiones esse tutas, & factas rectas. Hæc igitur lex noua, quæ aduersatur omnibus veteribus juribus, moribus, priuilegijs, causa discordiarum fuit.

Initium dederunt tur-  
bis, qui pos-  
sessores spo-  
liarunt.

Noua lex  
rapinae.

Damnati  
sunt inu-  
riarum ad-  
uersarii.

§. 5. Quarta ratio. Causam seditionum ac tumultuum illi dederunt, quos violatae pacis legitimum Magistratus damnauit, quibus coercendis contentus indicti, latae leges, instituta iudicia, non illi ad quorum lachrymas, precesque hæc data sunt, quorum subleuandis calamitatibus, mitigandis exilijs, hæc præsidia comparata sunt. Mea tu me possidione, tuâ lege pepulisti, bonis, annuisque censibus exuisti, famâ etiam multasti, ad pedes Cæsaris jaceo, nobile iudicis officium, auxilium legum imploro. Quid restat, nisi ut tuo jussu me Caesar tanquam publicæ violatorem pacis duci jubeat? Veteri lege, & fide possidebam, nullâ lege pulsus sum, hoc queror Cæsari, & ecce seditiosus audio. Quid igitur Caesar atque ipsum imperium Romanum? Me Pandectæ, Codex, Nouella tuentur, me Aurea Bulla Caroli IV. data Anno 1356. Me Frederici tertij Anno 1442. Reformatio, me Maximiliani Primi facta An. 1500. declaratio defendit.

Te verò Carolus V. Wormatiæ Anno 1521. Augustæ, Anno 1521. & 1530. Spira Anno 1526. & 1529. & Anno 1542. & Anno 1544. atque innumeris alijs locis discordiarum auctorem indicat, iudicium Camerae firmat, explicationes & spolia vetat. Conci-

lium Generale queritur, & à cunctis expectatur, interim ante Concilium pulsus, nec post Concilium restitutor, spoliatus antequam reus, in pœnâ, in exilio sententiam Concilij expecto, ad quod tu quoque appellasti, liceat hæc mecum mihi dolere, quid insultas jacenti & violatae pacis in me culpam conferre conaris? Ad Concilium adire noluiisti, merito, quia sine jure possidisti. Ad Colloquium Wormatiense Anno 1557. inuitatus tuorum discordiâ & odio mutuo victus discessisti, interim de prædâ meâ vtraque pars, etsi sibi aduersa viuit, An ego causa discordiæ, quia non continuo emortuus sum?

§. 6. Ratio quinta. Acta ipsa spectemus. Postquam multa Catholicorum bona occuparunt, Anno 1541. ne bellum oriretur, Catholici actiones quas contra inuafores habebant, suspendere coacti sunt, ut est in Ratisbonensium Decreto constitutum, sed eâ lege, ut jam sifterent manus Evangelicorum, nec noua spolia agerent. Sed quis sistant ad alia properantes nouâ semper fiti? Quid enim Principes ab illis Harpyis non didicerunt? Lucrum ex omni occasione odorati prædicantes, ita pennas nobis incidere suadebant, ne possent renasci, omnes finus, omnia prædandi vocabula sunt inuenta. Nam interea Episcopatus Magdeburgensis, Bremensis, Halberstadtensis, Verdensis, Osnaburgensis, Mindensis, Lübeckensis, Ultrajectensis, Caminus, Sverinus, Gedanenensis, Brandeburgensis, Ratzenbergensis, Sleuicensis, Hamelburgensis, Libusensis, erepti, Monasteria, item & celebra & parua. Nec aliud restabat, nisi ut omnia cum puluisculo auferrent. Pulsi Sacerdotes, vastata templa, contra pacta conuenta, Cæsarisque mandata Spira Anno 1544. edita. Itaque Cæsaris edixit, se Commissarios deputaturum ob iurisdictiones & bona Ecclesiastica inuasa. Certè à nobis inuasa non erant, sed à pacis violatoribus. Secuta est deinde clades Germaniæ, cum aperte contra Cæsarem rebellarent, nos sanè Saxoniam, & Hassiam non armauimus. Nos neque reuisiones Camerae impedimus, neque potestatem Cæsaris in dubium vocamus, quod vltimis comitijs factitatum à legatis Correspondentium. Quâ de re videantur ab ipsis edita acta, & auctor qui de Turbato imperij statu scripsit.

§. 7. Ratio Sexta. Quorum consilio bellum factum est Cæsari, insidia, proditores, illi pacem volarunt, at fecisse hoc Nouatores Anno 1544. 1545. 1546. & sequentes docent.

Merito igitur etiam Catholici pro se bellum gerunt. Si enim Langrauius rectè Cæsari dixit Anno 1546. Francosurri nihil aliud actum esse inter protestantes, quomodo & in religione suâ permanere, & vim iniustam depellere possent, quis dubitet Cæsari necessario bellum fuisse gerendum, ut à tot subditis vim iniustam depelleret? Quis neget Catholicis justam bel-  
landi causam datam, cum se exui bonis contra Cæsaris edicta & leges, priuari exercitio antiquæ religionis experirentur?

Nonne quidam Principes Cæsari cognomen Majestatis Augustæ negabant? Alioqui cum eo belligerari non licere putabant? Sleidan. lib. 17. Quasi verò ubi auctoritatis nomen ademeris, tum pugnare contra Magistratum liceat. Eodem tempore & Regem Gallie in Cæsarem concitabant, & Heluetios, sed à Gallo elusi, ab Heluetijs rejecti sunt.

Verum nec me opus est bellorum culpam in aduersarios conferre, nec decet Nouatores ipsos negare, cum confessi rei causa agenda non sit. Ulrichus Wirtenburgicus Cæsaris misericordiam implorat, atque petit, ut propter Christum sibi condonet, neque in suâ innocentia præsidium ponit, sed quod Cæsaris habeat exploratam clementiam, quâ soleat in supplices vii; nimirum eius rei non vnum extare documentum, & quidem ante pau-  
cos an-

Variè spo-  
liati Ca-  
tholici.

Sleidan. l. 17. Aucto-  
res sunt dis-  
cordiarum  
qui legiti-  
mo Magi-  
strati bel-  
lum indi-  
cerunt.

vos annos, edictum in quosdam ex ordine Principum, qui forte non paulo maiorem, quam ipse causam offensionis ei praeberunt, & legati ejus. Illum proficere culpam palam, & dolere vehementer ob admissam facinus. Sleid. l. 1. 8. Venit & Halam Fredericus Palatinus veniam petiit. Paulo post veniunt ad Caesarem legati Vlnenses, & cum supplices facti culpam agnoscerent, ac deprecarentur reconciliati fuerunt. At Memmingenses, Bibracenses, Raueburgij, Campodunenses, Inneses legati, partim suo errore, partim aliorum culpa factum aiunt, quod in Caesarem deliquerint. Quin & Argentinenfes, & alij veniam petunt, quos legati Caesaris accusant Vlmæ Ann. 1547. Non ipsos modo rebellasse, verum alios etiam vt idem facerent, impulsisse, & violatis legibus atq; iure omnia conturbasse per Germaniam. Neq; Langrauius Caesari supplicet id negat. Habemus ergo auctores tumultuum jam suo iudicio accusatos. Causa autem omnium malorum est dissidium religionis, de quo Imperator Anno 1547. rectè dixit. Nisi componatur, pax omnino constitui non potest. Inde secutum est vt jus non administraretur. Ad infamiam autem, & detrimentum Germaniae pertinere, quod per aliquod tempus nullum ius dictum sit, merito censet Imperator. Quis autem iniustitiae auctor, nisi qui causam diffidebat, nisi qui sonante classico silere leges coegit?

§. 8. Ratio sexta. Pacis violata reus est, qui obstat ne ius dicatur, ne justitia vindicem, aut executorem habere queat. Quantum verò laboratum est à sectarijs ministris, vt omnia tribus, nisi quae ipsi erigerent è medio tollerent? initio An. 1521. Lutherus ius Canonicum exussit, quasi omni metu iudiciorum liber esset, si membranas exussisset, deinde ne contra ipsos Camera Imperialis pronuntiaret innoxissimè postularunt, reuisiones impederunt, quae arte sententias plerasque eluserunt. Ad aulam Caesaris cum est prouocatum, negant ejus jurisdictionem, mandari causas Principatum, & Comitatum ordinibus imperij volunt. Ad comitia cum ventum est, nolunt valere maiora suffragia, sed quae sibi tribuunt, saniora. Quorum illa? Paucorum qui se Correspondentes appellat. Quid igitur faciendum miseris Catholicis, si eos inuadat quispiam ex Calvinianis: ad Camera confugiat? Reuisionis petetur, nec dabitur. Ad tribunal Caesaris? Sine ordinum consensu negabunt Caesarem decernere posse. Sententiam retractabunt, vt in Aquisi negotio aetum esse inuicissimus Imperator Matthias pronunciat. Ad comitia imperij venerabilem Illustrissimorum Principum Senatum prouocas? Standum erit, non maiore suffragiorum parte, sed minore, aut minima. Quid si illa minima, quae saniorum se esse vult, omnia Calviniano more iudicet: Catholicos esse Antichristianos, exurendos, deuorandos, & nos Plessio contradat, qui nostris supplicij praegaudium immoriatur? Quid si hoc contra jus gentium clamet esse pars major, quod sanius esse putat pars minor? Mirum si absq; rubore haec proponere potuerunt.

Credetis hoc posteri, fuisse homines in Imperio Romano tam legibus fundato, tam dignitatibus ordinato, qui omnibus legibus, & iudicij eximi voluerint, & omnium Principum, atq; adeo ipsius Augusti jurisdictionem inaudita oligarchia ad se trahere? Nemo habet quod tali statu speret, si inter correspondentes non est, nemo quod metuat, si factionis suae homines habiturus est iudices. Quod si porrò haec suo cursu properent, quid erit tandem hoc sacrosanctum Imperium, nisi grande latrocinium? Vbi enim conculcatae sunt leges, sublata iudicia, victa Magistratum auctoritas, quid ius fas erit imposturum, nisi omnia acta superioris! tituli fortioris!

Fas enim censetur, quod ipse fecit, qui vicit.

## CAPVT XVIII.

## Pacem ciuilem in Romano Imperio obtineri vix posse, quamdiu Praedicantes pacem Ecclesiasticam turbant

§. 1. DE verà pace sermo est, hanc in Germaniã patriã nostrã carissimã, inter vnus Imperij diuersa membra firmam, tutam, diuturnam, sine suspitionibus & offensionibus, sine anxia expectatione belli, vix esse posse existimo, nisi Ministrorum, praecipue Calvinianorum, importuna, ac furiosa rabies coërceatur, & ad modum calumniandi, ac omnia turbandi, redigatur. Sic illi namque pacem Ecclesiasticam turbant, vt ciuilem pacem è medio tollant. Cui rei probandae multae sunt, & grauissimae rationes.

§. 2. Ratio prima. Vera religio pietasq; acres habet stimulos cruciatuum etiam, & mortis victrix, cum diuinã gratiã adiuuatur, ac regitur. Vehemens etiam res est, & timiditate suã praecipue superstitio, quae cum inualuit, haeresin, & magiam gignit, semper inquietas, & si obstitatur, atrox. Omnes (inquit Tullius act. 6. in Verrem) religione mouentur: & Deos patrios, quos à maioribus acceperunt, colendos sibi diligenter, & retinendos esse arbitrantur. Omnes omnino, non modo quos vero, & soli colendo Deo vera pietas coniungit, sed & illi, quos error obnoxios detinet, & falorum numinum simulachris fascinat, quos opinionum suarum amor, ne veritatem aspiciant, occecat. Causa est, quia omnes salutem temporariam, vel æternam, pleriq; vtraque in religionis controuersia agi arbitrantur. Itaq; videmus injectã religione, leuissimo momento concitari vulgus, & eadem commotas iam seditiones componi. Fremunt populi cum nonam sibi religionem imponi vident, vt nuper Berliui. Christum sibi eripi, in daemone se potestatem tradi, aeternis ignibus se mancipari credunt, quoties religionem immutari vident: nisi vbi iam mutationibus, & caupationibus assueuerunt, & fidem inter adiphora habent, de Principum suorum voluntate pendentes. Hac populorum inclinatione, & persuasione Zelotica abutuntur praedicantes, atque hoc agunt, vt omnes in suam opinionem traducant, primo blanditijs, deinde edictis generalibus, mutatione exercitij, & rituum Ecclesiasticorum. Quantum egerunt in Palatinatu Lutherani, vt Catholicos efferent? Quam pulchro stratagemate Lutheranos eiecerunt Calviniani? Quanta ira ab exilio reduces Lutherani Calvinianos perscripserunt? Quam solerter de perscriptoribus suis se proscripti Calviniani tandem vindicauerunt? Atque haec non sola disputatione, sed Illastris. Principum auctoritate, & potestate transacta sunt. Quae in his turbis vel Lutheranorum erga Fredericum, & Casimirum, vel Calvinianorum erga Ludouicum fiducia, caritasq; esse potuit? Nonne animarum suarum hostes arbitrantur Principes, p quos veris se Doctoribus spoliari, falsis ac seductotibus additi persuasissimum habent? Videantur Supplicationes Heidelbergensium ciuium ad Casimirum Administratorem. Fierine potest, vt Calviniani, quos pepulit Ludouicus Elector, amare eum potuerint, potentem & securum esse voluerint? Cujus imperio, & viribus, se, & veritatem opprimi clamabant, eujus morte sibi redire salutem persuasum habebant? Ministri hinc inde, tam Lutherani, quam Calviniani in suam quisque opinionem subditos impellebant, de summa salute, de vita & morte æterna dimulationem institutam vociferabantur. Oderant aperte consiliarios, & praedicantes aduersarios, quorum instinctu Principes religionem immutabant. An Principem amarent, sine quo nihil illi poterant? Principem amarent, q alienis cupiditatibus salutem subditorum, & quidem æternam dona-

Ex natura religionis.

donaret? Cum igitur in annos, & in dies mutationem religionis Prædicantium curiositas, vanitasque affectet, fieri non potest, quin tot sint causæ abalienationis, discordiæ, diffidentiæ, quot sunt mutationes attentatæ. Mutauit Lutherus Religionem, mutatam iterum interpolauit Melanchthon, Flaccus Illyricus, Osiander, Major, Vbiquistæ, omnes cum turbis, & conuulsione partium Imperij.

Ex præposito zelo predicantium.

§. 3. Ratio secunda. Ex illo irrequieto & præposito zelo Ministrorum noui Euangelij, oritur lucta grauis, & contentiones perpetuæ. Quod enim in Orthodoxis laudabilis efficit caritas, vt omnes venire ad veritatis cognitionem exoptent, hoc conatur in tribunitijs turbonibus corrupta prauitas, vt contagione sui omnes afficiant. Quod cum viâ aliâ nequeant, lenibus remedijs contemptis, exilia, confiscationes, proscriptiones, tormenta meditantur. Fieri hoc queruntur liberi nouem Arminij in præfat. ad ordines Hollandiæ. Exemplo sit nobis, secta illa, quæ mansuetudinem, innocentiamque, plusquam humano artificio mentitur. Quam effreni libidine, quæ barbarâ crudelitate tyrannidem exercuit? Quam clare demonstrauit, quæ rabies sub mansuetæ pecudis vellere delitesceret? Quid simile Arianorum, aut Circumcellionum insignita crudelitas patrauit? Et illa tamen hæresis vnus oppidi fiducia, orbis terrarum imperium, missis quaquaersum legatis, non sperare tantum ausa est, quod ad Germanicæ nationis dedecus nimium est, sed attentauit. Mihi sanè non tam admirabile, visum est portentum illud Anabaptisticum, cum flagitia illa consciuit, habuit enim hæreticos, habuit tyrannos, quos imitaretur, quam cum tanto ardore in secta suâ propagationem incumberet. Habet hoc omnis error, vt fecundus sit, omnis hæreticus suæ opinionis est importunus propagator, nec facile cessant, nisi vicerint. Omnes eo tendunt, vt dominantur corpori, à quo sunt abscissi. Odia sua maledictis, & cum possunt, gladio promouent. Ecce tibi in Imperio, Calvinianos molles, Rigidos, Socinianos, Anabaptistas diuersarum superstitionum, Lutheranos puros, Lutheranos interpolatos, Vbiquistas, Majoristas, Osiandrinios, Flaccianos, omnes suæ sectæ zelotas, nemo ex illis est, qui non omne imperium sub leges suæ hæreseos ire peruelit, qui non id quantum potest perficere conetur. Quæ igitur pax esse potest, tot sectis iniuicè de capite, fortunis, animaq; ipsâ quotidie dimicantibus? Moderatio igitur prædicantibus præscribenda est, & ne quid noui monstri pariant, atq; educant, præcauendum. Quanquam quid illis præscribas? Quid leges pones? Anno 1530. Confessio Augustæ oblata est Carolo V. Imperatori, multa ejus tum erant exemplaria edita, at illa confessio quoties mutata, imò quoties conuentum Principes, & ciuitates, ne mutaretur, egerunt, at nihil actum, plus potuit vnus Melanchthon, quam vniuersum corpus Protestantium. Itaq; nunc illam nemo integram tener.

§. 4. Ratio tertia. Poterunt forte regna externa sine turbis aliquandiu sustinere religionum diuersitatem, at manente hac Ministrorum præcipue Calvinianorum proteruitiâ, in Romano Imperio ordinum inter se connexio, societasq; ciuili sine metu periculi, sine suspitione durare non potest. Nam prædicantes omnino, prætextu religionis Imperium tollere è medio conantur.

Vnam Imperij partem tollunt.

Imperium Romanum non minus est in Ecclesia, quam Ecclesia in Imperio, & si verum fateri volumus, Imperium in Germania est per Ecclesiam, primaria membra Imperij suam dignitatem habent, quia sunt Ecclesiastici. Tres Cancellariatus Imperij, atque Electoratus, sunt Ecclesiarum. Itaq; pax Ecclesiæ pax est Imperij. Qui igitur statum Ecclesia-

sticum auferre ex Imperio conantur prædicantes, Imperium euertunt. At negant Calvinista Puritani Episcopos posse Principes esse, nec nostris modo Episcopis regimen suarum prouinciarum ereptum eunt, sed Anglis etiam indignantur, quod politicas dignitates in aula Regia obtineant. Tollunt igitur Imperij pacem, quia ex tot Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, qui Principes Imperij sunt jure antiquissimo, neminem Principem agnoscunt. Suos hortantur, vt sedes Collegarum tanquam vacantes inuadant, hoc suæ religionis non infimum caput asserunt. Hoc sanè pacem Ciuilem non turbat modo, sed omnino è medio tollit. Hinc cum volent, eadem arte Imperatorem ipsum aggredientur, si enim qui eum eligunt, qui Comitibus indicunt, non sunt Electores, non igitur electio legitima est. Hæc cum ita sint, dubium non est, quin ea doctrina omnino ex finibus Imperij eliminanda sit, quæ occasione pietatis, Imperij omnia membra bello interæcino committere elaborat.

Dices forte: Principes diuersæ, à nostra, religionis, aliter sentire. Merito sanè; non credunt illi suis, mendaces sæpè experti: at ego non considero, quid Principum generosus animus, & prudentia præstet, sed quid susurriones, siue vt Lutherani dicunt, in historia mutata religionis in Palatinatu, *Serpentes*, in auræ illis sibilent. Quid enim si quandoq; Principem nanciscantur, cujus iuuentuti imponant? Pax firma non est, vbi tot machinis ingenium Principis, & bonitas, qua sola nititur, oppugnatur.

§. 5. Ratio quarta. Non potest esse imperturbata Respublica, vbi contrarijs voluntatibus, & legibus administratur, at tale Imperium efficit prædicantium intemperies. Bellum erit perpetuum spiritale, quomodo igitur esse potest pax temporalis, si eam quoque spiritale bellum affligit? Nempe leges Ecclesiæ ad concionem, ad mysteriorum celebrationem, ad processionem, precesque, & jejunia vocabunt? Qui faciet hic Princeps, si Prædicantem præcipue audiat? Nempe ad curiam, venationem, viarum refectionem, cadenda ligna, aliaque coget, quibus à templo penitus auocetur. Hic cui Domino parebit conscientia oppressorum? Si enim Principis auctoritatem subditus negligat, jam pax interbit politica, si legem Ecclesiæ postponat edicto Principis, labescet conscientia. Rem exemplo declaremus. Sit Princeps Calvinianus, Superintendens Lutheranus. Hic Anathematismos, ille exilia, carceres, gladium intentet, vterque partes populi trahat, scisso studia in contraria vulgo, pacem ciuilem penitus intercidere necesse est. Princeps doctrinam Lutheranam impiam, hæresin Diabolicam, Superintendentem turbulentum veritatis hostem, omnibus viribus persequendum, exterminandum, excidendum, Superintendens iussa Principis tyrannica, facta crudelia pronuntiabit, exterorum Principum Lutheranorum opem serio expectabit: curia & Ecclesia collidentur, ad Lutheranos impellet *ὄλεθρον*, ad Calvinianos coget Prætoris edictum. Princeps contemptum sui non feret, ne prætor quidem, tanto Principe sæuior, quanta ejus ira ignobilior. Quid hic superest, nisi vt arma expediant, hi pro aulâ, illi pro templo. Si Principi pareant, quia iussa religio est, non Dei, sed purpureæ cultus, qui exprimitur ab inuitis. Quæ verò pax est, si cogi te sentias, vt opinionem Principis vitam, atque salutem impendas? Itaque illa non est animorum consensus, & gemitus oppressorum, execratio atque odium victoris, atque in vltionem intenti animi occulta machinatio.

§. 6. Ratio quinta. Belli Prædicantici quotidiana exempla cernimus. Est etenim ea Imperij Romani constitutio, ea iurium, & jurisdictionum permissio,

Ex missione iurisdictionum.

atio, quæ Ecclesiastici & Politici status summam concordiam exigit, quæq; facile turbulentorum hominum machinationibus conuellatur. Diuisa sunt inter diuersos, & sæpè amulos iura, ita cum vna est religio, vix imperturbata pax consistat, nunc verò quum iura communia, & priuilegia in diuersas religiones sparguntur, quæ tribunalium concussiones, quæ pestes iustitiæ, puincias letali contagio inuadunt: Quoties illa Germaniâ probra videre cogimur? Hic iurisdictionem civilem habet, ille Ecclesiasticam, alius vtramq; præterdit, Lutheranus Lutheranum, Calvinista suæ communionis ministrum obrudat, interdum alternis vicibus hoc agunt. Hinc violentæ immisiones, minaces concussiones, & cum de maioribus agitur prælaturis, cruenta bella. Hic consensio animorum esse nulla potest, nulla confederatio, cum sauo & feuro supercilio, prædicantes pacem omnem, imò cessionem aliquam, & ad mitiora consilia inclinariem, quasi conscientia aduersam abrumpendam censeant. Inter hæc miserissimi populi, omnium ancipites, ex concertatione dominantium, ambiguan fidem, salutemque suspensam gerunt.

hic potestatem quam Principibus tribuunt Calvinista.

§. 7. Ratio sexta. Pacem civilem, atque Ecclesiasticam inseparabili nexu, & societate ministri Calviniani ita deuinciunt, vt separari, si eorum arbitrio res agatur, nullo pacto queant. Reges enim illi, & Principes auctoritate ac potestate Pontificiâ insigniunt, vt potentia Politicâ seruiat spiritualis, & spiritalem fulciat Politicâ. Nam rerum spiritualium iudicandarum & gerendarum facultate Principatum donant, & Ecclesiasticam iurisdictionem armant sacculi legibus, exercitumque: vt veniant geminâ vi formidabiles. Pareus præfat. in Oseam, cum omnia Episcoporum officia, potestatemque in Illustrissimum Hassiæ Principem contulisset, hæc eum verbis animat, excitatque: *Macte Heros DIVINE, age opus Domini, quod agis, silenter.* Hoc est: Pelle Lutheranos, substitue Calvinistas: hoc enim tum Princeps ille, & seruo quidem, agebat. Hac potestate agendum Principibus suis iudicant Calviniani, hac duplicata vi, & templi, & curiæ, & si oblitatur, castorum. Non igitur civilem pacem seruare possunt, qui civilem potestatem ad rerum commutationem impellunt, atque eo adigunt, vt præcipuos subditos functionibus, relictibus que exuant, possessione deiciant, in exilium ire iubeant. Quæ enim inter violentiam propellunt, & gemitum, querelasque migrantium potest esse pax? At bellum non mouerunt Marpurgenses. Prudenter sanè, infirmiores se esse non ignorabant. Mouerunt autem Berlineses, seu subito furore, seu q; victoriam sperarent: Et Marpurgenses aliquando mouebunt, si verum est, quod Consiliarij Saxonici referunt: Omnes Lutheranos, qui sub Calvinistis agunt, serio expectare, vt à statib. Confessionis Augustanæ liberentur. Motiua 12. Verba sunt eorum. Exiguam protestantes: mituri essent gratiam, imò execrationes potius, & gemitus aduersum se excitaturi apud eos, qui inter Calvinianos habitant, & à statibus Augustanæ Confessionis breui sese liberandos, & Calvinismum abolendum esse considerant, serioq; expectant. siquidem isti auditione percipient, eos cum Calvinistis eandem iam tribam inflare, & quinque quod dicitur, esse paria, concedere: quo facto sanè turbis, & moribus haud exiguis in Ecclesia Dei apud Christianos ansa, causaq; præberetur. Expectant igitur serio Lutherani, qui inter Calvinistas habitant, liberationem, & quidem à statibus Augustanæ Confessionis, quæ liberatio, sine pacis violatione fieri non potest, expectant serio abolitionem Calvinismi, quæ abolitio, an sine bello fieri possit Principum Consiliarijs discutiendum relinquo. Contra Status Augustanæ Confessionis gerent, execrarentur eos, si pacem inirent cum

Caluinistis, ergo nunc Calvinistas execrantur, & contra eos gemunt. Propter q; enim vnum quodque est tale, illud est magis tale, Lutherani inter Calvinistas habitantes, execrantur status Lutheranos propter Calvinistas, ergo magis execrantur Calvinistas. Deniq; pax inter Lutheranos & Calvinistas, turbis & moribus haud exiguis ansam causamq; daret. Cur autem? Quia Lutherani scil. per eam pacem, spe, & expectatione suâ exciderent, ideoque à seipsis consilium, auxiliumque peterent. Huc prouecta res est, vt si sibi prædicantes relinquatur, ne pacis quidem mentio, sine belli periculo fieri possit. Quid porò facturos putemus eos, qui execrantur Principes suos, & liberari ab illis expectant, si occasionem nanciscantur? Neque ego crediderim Saxonicos Consiliarios hæc temere, & coniecturâ dicere de Lutheranis inter Calvinistas habitantibus, sed habere rem ex occultis fœderibus, & vt nunc loqui amant, correspondentijs exploratam. Hæc Lutherani. Quid porò his cognitiss machinari Calvinianos suspicemur? Ministros Calvinianos tam vigilantes, tam acres injuriarum vindices? tam cautos pericula præuertendi? tam celeres occupare facinora? tam in fallendis Lutheranis exercitatos? Hoc nimirum, vt expectantes, & expectationem omnem aboleant, id verò quamprimum, ne suam securitatem morentur, ne sit spaciū succurrendi confederatis. Quin idcirco omnia atrocius exequentur, ne in periculis principum suorum lenti esse videantur.

§. 8. Ratio septima. Qui hodie Respublicas, quas vocant Euangelicas, maximè Zvinglianas, obsident Ministri, ex instituto odia, & contemptum Imperij, excitare enitantur, quæ duo ad eò sunt efficaces ad euertendam Rempublicam causæ, vt nisi Deus ordinis & Magistratum conditor, ac custos, conatus improbos ac nefarios reprimeret, jam dudum in Germaniâ nullam Imperij speciem haberemus. De Anabaptistis clarius elucet, quam vt doceri oporteat; gladium enim omnibus Magistratibus, quem illi non frustra portant, extorquere conantur. De Calvinistis demonstro. Illi odium, & contemptum Imperio conciliare conantur, atque illud omnino euertere, qui hæc consequentia verbis, scriptis, & cum possunt, ACTIVS docent.

1. Draconem, seu Dæmonem, dedisse Imperio virtutem & potestatem suam magnam.
2. Ecclesiam ab Imperio affligi necessario.
3. In Imperio habitare plenitudinem Diabolismi.
4. Imperium quod nunc est, esse bestiam septicipitem, Apocal. 13. 3.
5. Admirari bestiam, esse, Imperij successum, & felicitatem admirari, Augustum, sanctum, sacrosanctum, immortale predicantes.
6. Draconem ornamenta sua affingere Imperio.
7. Admirari nimium Maiestatem, & felicitatem Imperii Romani esse dæmonem adorare.
8. Pontificem dum Imperium tuetur, retinere homines in cultu prioris bestia Apocalypica.
9. Adorare bestiam nihil aliud esse, quam velle Imperium sacrosanctum, Augustum, & Venerabile esse, vti olim sub gentilibus fuit.

At verò hæc docent Calviniani, Græserus in plagâ regiâ, Benedictus Arctius in 13. Apoc. &c. Ex instituto igitur Imperium Romanum euertere conantur.

Non igitur, nisi turbones illi, & Gracchi coercerentur, potest esse stabilis in Imperio Romano pax. Minor propositio ex eorum scriptis patet, loca citavi libello de incremento hæreson, quo lectorem remitto. Majorem si quis neget, non dubito, quin eum omnes aut insanum, aut summe impudentem iudicaturi sint. Nec tamen alio modo probare necesse est, quam

quam experientia. Nam si doctrina illa non est contumeliosa in Cæsares Augustos, si non est seditiosa, & paci, atque concordia inimicissima, age conuerso nomine de alijs Rebus publicis illa narret quispiam. Dicitur Draconem seci demonem dedisse potestatem suam magnam Tigurinis, Bernatibus, Britanno, Bullionio, Batauis, ab illis necessario affligi Ecclesiam. In illis habitare plenitudinem diabolismi. Admirari bestiam esse successus, & felicitatem illorum admirari, hæc, atque alia, Tiguri, Bernæ, Londini, Sedani, Hagæ-Comitis concionetur, atque typis euulget, nonne in illum toto mundo concita tormenta ruent? Nonne in illum hominem velut pestiferam Reipubl. faciem Oceanum ipsum ruptis aggeribus effundere conarentur? Vix mihi securus videor, quod docendi causâ exemplis hisce utor, quamquam quæ mea hic culpa est? Dicunt hæc contra Imperium Caluinistæ, a quo seditiosa esse dicta, quia si in Heluetios, Batauos, Britannos dicerentur, seditiosa esse conferrentur: ergo sunt etiam seditiosa, cum dicuntur contra Imperatores, Electores, Principesque Imperij, Tollenda igitur illa doctrina, si pax queritur ciuilibus, & Ecclesiastica. Non tolerandi illi, qui his dictis ostendunt, res suas nisi ruinâ imperij saluas esse non posse.

§.9. Ratio octaua. Quem tandem Imperatorem, aut quem omnino Principem ferre possit, huiusmodi beluæ? Cuius ille professionis, aut fidei esse poterit? Sed finio, & concludo. Pacem Reipub. Germanicæ, pacem nationis imperantis ciuilem non posse consistere nisi turbatoribus illis ministris frenum injiciatur, aut si quæ constituantur, eam fore breuem, intutam, infidam, plenam suspicionibus, odijs, inimicitijs, quæque a bello haud multum absit, cum sit perpetua quedam belli expectatio, atque præparatio. Eâ solum causâ, quod Ministri Caluiniani, non contenti præsentibus, nec legum, & juris communis patientes in omnem occasionem intenti, aduigilent, ut res suas augeant, Lutheranos circumueniant, Catholicos exurant, ac deuorent.

CAPVT XIX.

Experientia docet religionum dissidia pacem Reipublicæ turbare.

Aegyptii cur tot nouos Deos haberint?

Vide lib. 2.

§.1. **N**on prauo duntaxat, sed stulto etiam consilio, tristissimo euentu, Reges Aegyptiorum varia Deorum, & opinionum monstra induxerunt, ut perpetuò dissidio, & pugnis inter se dimicantes, conspirare nunquam possent. Diod. Sicul. l. 11. Prauum planè, & tyrannicum, subditorum sanguine, & quasi gladiatorijs spectaculis sceptrum stabilire velle, & regni Majestatis causa, quæ salutis & incolumitati omnium instituta est, vitam populi salutemque euerit. Verè erant illi *ἄνθρωποι βάρβαροι*, Reges populi voratores, quorum diadema sine sanguine suorum stare non poterat. Imò & miseræ gentes, quæ ne conspiraret, pugnare cogebantur. Tot cadauera raptabantur, ne fatalis fascia concideret. Stultum etiam fuisse consilium, & de vertiginoso Spiritu, quem Dominus miscuit Aegypto, cum ex natura rei constaret, tum euentu. Illi quidem utranque factionem crudeli calliditate regibus obnoxiam reddere studebant, sed utrisque reges exosos fecerunt, & cum perpetuis inter se factionibus dissiderent, eo rudimento contra Reges inuisos conspirare didicerunt. Rex enim cum omnium voluntati obsequi non possit, necesse est, ut alteram partem offendant: quod si modo hanc, modo illam foueat, victricem deprimat, victam subleuet, ut semper, & vires, & animus pugnantibus suppetat, quis dubitare potest, quin utraque se læsam arbitretur, & regem non iustitia, sed libidine, subditorum fata librare judi-

Dissidia Aegyptus perit.

cent: Itaque nullo in regno fuere frequentiores, & seditiores regum lanienæ, donec ipsa Aegyptus in duo regna aduersa est diuisa, & facillimo semper negotio subacta est, quamquam omnibus regnis naturalis, multitudine bellatorum, commeatuum abundantia præstaret. Plus vna Tyrus restitit, quam tota Aegyptus, nam Ezech. 29. 18. Aegyptus datur pro mercede exercitui Nabuchodonosoris, pro labore quem ad Tyrum exantlauit. Deinde facile à Persis, Græcis, Romanis subacta atque exhausta sunt, nam Aegyptum intrasse, vicisse erat. Hic conatus est Stentor in hujus aui, semper aliquando moliri, semper alteri parti nocere.

§. 2. Multo sapientius in suo, quem ad boni Principis exemplum scripsit, Cyro, iudicauit Xenophon, l. 8. *παρὰ τὴν ἐπιτοχὴν αὐτῶν ἐπιπέσει τοὺς νόμους θεοῦ καὶ τοῦ βασιλέως, καὶ οὐκ ἔστιν ἔτι πρὸς αὐτὸν ἐπιπέσει, καὶ οὐκ ἔστιν ἔτι πρὸς αὐτὸν ἐπιπέσει.* Existimabat Cyrus, si omnes familiares pii essent, minus eos aut inter se aliquid impium patruros, aut in ipsum. Sapienter profectò, & politicè, imò etiam sanctè, si de vero Deo loqui illi datum esset. Quid n. si Deum fandi atque nefandi vindicem putet, ac metuat, non facile manus abstinebit injuria? At quomodo ciuibus suis aut regibus parcent, si eos impios iudicent, & patronos impiorum, contra quos bella non iusta modo, & licita, sed iusta etiam & sancta arbitrantur? Religio mu-

§. 3. Et ne singula perse quar, Orientem, & Occidentem primo religio, deinde orta ex disputationibus bella separarunt, & quod in Germania imperium habebimus, de fidei prerogatiua, deficientibus. Græcis, accepimus, à Caroli Magni tempore vix hæresis aliqua robustior fuit, quæ non bella excitaret. Quas clades dedit Henricorum temporibus hæresis Simoniana? deinde Albigenes, cæterique, & proa uorum memoria Hussitæ? nonne magis etiam ecclesiâ afflixerunt? De nostris malis silere præstat, quæ verbis renouare dolorem. Agrestium accensus furor, & suo sanguine extinctus. Principum in Cæsarem bellum, & pœna, ciuitatum liberarum, ut inquit Melanchthon, à suis Principibus desertio & proditio. Brandenburgica vastitas, Bella Argentinensia, Colonienfia, Belgica, Francica, Hugonoticæ crudelitates, Anglicanæ lanienæ, & Scoticæ, Suecica rebellio. Transyluanicæ vastationes, Vngaricæ clades, & quas primo loco nominasse oportuit Zwinglianæ in Helueticis acies. Alia expectare non possumus, maxime cum Pareus in c. 13. Epist. ad Roman. & Braumbomus lib. 10. Florum Flaminiotum, neget cum Papa & Papisitis esse posse sædus, bellum æternum à Deo iustum.

CAPVT XX.

Concordia religionum Principi commendata.

§.1. **E**A de re l. 2. partim egi, partim hic agendum. Aduersa tibi concordiam suam, hic de seditioibus ex discordia natis verè solideque sedandis tracto, quæ etiam de pace Germaniæ suati. Caritati contrarium est odium, atque auersio à proximo, ex quo alia pestes, & flagitia oriuntur, nempe discordia, contentio, bellum, rixa, seditio, schisma, quæ pacem omnino è medio tollunt, & cum urbem inuaserunt, malicia sua bonitatem pacis ostendunt. Quid in nostrâ doctrinâ præstantissimum est? Pax, addam etiam vtilissimum. Contra verò quid turpissimum, & perniciosissimum? voluntatum diuinctio. Gregor. Nazianzen. de moderatione in disputationibus habenda. Sunt ex eodem fonte omnia, odio scilicet: discordia voluntatum, contentio verborum, cætera rerum pugna sunt.

§. 2. Discor-

Discordia  
quid.

§. 2. Discordia graue omninò vitium est, ea enim dissensio est voluntatis à voluntate proximi circa bonum diuinum, vel proximi, quod velle & optare illi tenemur. Actus odij, & quidem primarius, cum quispiam id quod proximus optimà voluntate amplectitur, quodque ei velle, vel etiam tribuere & procurare tenetur, id malitiosè, quantum in se est, si opere non potest, voluntate oppugnat: Itaque Apostolus (Gal. 5. 20) dissensionem inter manifesta opera carnis, quæ regno cælorum excludunt, recenset. Quoniam qui in discordiâ fuerit inuentus, abdicatur à Patre, exheredatur à filio, nihilominus à sancto Spiritu alienus efficitur. Respuit enim munus oblatum, quod data legis contempserit bonum, nec poterit ad hereditatem Domini peruenire, qui testamentum noluerit obseruare nec potest concordiam habere cum Christo, qui discors voluerit esse cum Christiano. Contumacia enim crimen est, quod iubetur contemere, quod precipitur nolle, quod imperatum est declinare. Quid tibi commune cum discordiâ Christiane? Quid similitates amas, quod auctori pacis placere non potuit? Quid exeres inimicitias, quas euadere nec potuit ille, qui primus inuenit?

Pax natura-  
lis.

§. 3. Verum concordiam maximè nobis commendat, & dissensiones arguit, si ratio taceat, ipsa natura. Nihil enim est quam hoc genus (humanum) tam discordiosum vitio, tam sociale naturâ. Neque commodius contra vitium discordiæ, vel cauendū ne existeret, vel sanandū cum existisset, natura loqueretur humana: quam recordationem illius parentis, quem propterea Deus creare voluit vnum, de quo multitudo propagaretur, vt hac admonitione etiam in multis concors vnitas seruaretur.

Ex animo odij imbuto, atque æstuante ebullientis discordiæ spuma quædam, & pestifer halitus est contentio, cum is qui discors est ad oppugnandam veritatem cum proximo alteratur. Contra veritatem, inquam, nam quæ pro veritate suscipitur dimicatio, si modestè & in studiis studio comitata sit, non modo laudabilis est, sed sæpenumero necessaria, vel ne iustitia opprimatur, vel ne religio indefensa deseratur. Nullum vitium hodie vulgaris, nullum maiore in laude, & apud aduersarios nostros in precio. Quid n. innumeris libelli famosi? quid picturæ? quid alia, nisi de contentione & oppugnatione veritatis? Quid aliud agunt, quam vt de religione altercando, nomen etiam Christianitatis amittant? Quis enim ex illis est, qui loquatur cum diuinis Scripturis sine contentione pacatus, non inani ac puerili animositate studens alterum vincere: cuius in corde pax vincit? Sed de contentionibus hæreticorum satis dictum libro: De Vnionem Evangelicorum, & altero, qui est, de Syncretismo.

Discordia, & contentio cum inualuerint, bellas, rixas, seditiones, schismata pariunt. Bella cum inter Principes & Respublicas pugna est, cum inter priuatos rixa, inter ciues seditio, in Ecclesia schisma, quod ferè semper in hæresin definit. Quæ omnia vti in explicanda sermone essent. Vtinam esset ea temporum nostrorum felicitas, vt è libris potius mala esse disceremus, quam factò ipsò sentiremus.

Principis  
circa Reli-  
gionem of-  
ficia.

§. 4. Principis vel prima cura est sacra tueri, religionem augere; non tamen vt sit contentiosarum iudex, sed agnita & probata veritatis patronus: nec enim in templo posse debet, quod in prætório, nec fidei subditorum dominari, sed perfidiam persequi. Qui enim sic Principem suum formant, vt nec ipse religioni sit certè deditus, nec aliorum curam suscipiat, Epicuræum, aut Diagoræum aliquem Reipublicæ imponunt, in quo primum nunquam id quod sibi proponunt, consequentur, vt hominem Atheum vel amet, vel suspiciat populus. Deinde pacem, de qua agimus omninò perturbabit hæc, quam permittit Princeps, licentia. Incerta enim omnia, sacras caerimonias, & quicquid certissimum esse debebat, faciet

Principis  
politicus om-  
nia in-  
certa facit.

Principis Politicissimus. Equidem merito miser os iudicamus populos, quos intra vnus hominis ætatem, ter, quaterque, in varias sectas suorum dominorum imperia traxere. Dum Principis errores partim sponte, partim inductione, & minis vulgus amplectitur. Sunt n. illi necessario sine religione, quos sola Principum mouet auctoritas, vel impellit potentia. Multo tamen est deterior illorum conditio, quos Machiauellicis institutis premit contemptor diuini tyrannus. Princeps hæreticus ex errore suo diuexat subiectos, Machiauellicus ex rationibus lucris, vel dispendiis, hos auaritia, ambitio: illos supstitutio gubernat, nemo suæ religionis securus esse potest, quæ ex tot casibus dependet, plus tamen est in Machiauellico Principi mutabilitatis. Superstitionis enim & hærese confere tenaciores sunt, cum verò ad emolumenta sua & dignitatem, populi religionem sui referunt, necesse est, si status, aut ratio vtilitatis mutetur, Religionis etiam mutationem sequi. Si n. politicus imperet Lutheranæ plebi, & sit ipse non fide, sed commodi sui causâ subiectis concors, quia expediat Principem Lutheranorum, videri Lutheranum esse: nemo non intellegit mutata ratione vtilitatis, mutaturū non fidem, quam nullam habet, sed simulationem fidei, quæ solâ vtilitate mouetur. Huic tali affer spem majoris dignitatis ac potentie, subitò non Caluinistam modo, & atheus, sed Turca etiam euadet. Non potest sub tali Principe esse pax vel Reipublica, vel Ecclesiæ, cui ad suam vtilitatem omnia referenti nemo fidem habere potest. Cui cū expediat, formas omnes religionum induet, imò in suæ etiam religionis consortes seuiet. Nec modo varietatis, & inconstantie periculo obnoxij sunt populi, cum vera vtilitas Principem aliò detorserit, sed etiam cum falsâ ejus species oblata fuerit. Publico igitur pessimo semper Principes irreligiosi regnum tenuerunt, & seipsi, Deo stultam faciente sapientiam huius mundi, subuerterunt. Merito sanè: quibus quæstui sunt animæ suorum, quibus ludibrio est Deus. Perfidoi sunt, & nefarii tales, etiam in humanâ societate, nam ἀκούρων γυνομίμων τῶν ζωοθηκῶν ἀνθρώπων ἢ πρὸς ἀλλήλους ζῆλια τῶν ἀνθρώπων. Irritus pactus tollitur inter homines multius vsus. Arist. lib. 1. Rhet. c. 15. At illi hæc omnia tollunt, cum nomen esse negant, nempe

In Principe  
atheo sim-  
ma muta-  
bilitas.

Οἱ τινες θεομῶς εἶτε πίστες, εἰδ' ὄρα τὸ μῦθος.

Quibus nec ara, nec fides, nec iusurandum firmum est.

Aristoph. in Acharn. Qui omnia recta, & honesta negligunt, dummodo potentiam consequantur. Nunquam illos causa deficiet, cur veterem simulationem abjurerent, nouam simularent, non erit difficile latebras perjurio quærere, cum jam didicerint cupiditatibus suis, fraudibusque, iusti & honesti speciem imponere. Oportet igitur Principem religiosum esse, verum de Deo sentium tenere, verum Deo cultum exhibere, & gentem sibi commissam non armis modo tueri, iustitiâ componere, clementiâ fouere, sed religione etiam, quod summum est humani pectoris bonum, instruere ac confirmare.

Cur enim non colant Principes, quum norint regnum à Deo sibi datum? ab eodem cum voluerit, aut manu Dei ferri posse? A Deo enim

Conditæ pergunt

Ordine quæq, suo, verumq, à Principe cursu

Fixa manent.

Idem est Deus magnorum imperiorum, & mapalium arbiter, tam facili nutu marmorea palatia, quam humiles casus euertit. Eodem à filo pendente fortia, & infirma, lapsura si manum remiserit is, qui montes ponderat in statera. Hinc inopinato plerumque, & improuiso exitu regna concidunt, quia prouidentiam Numinis spernunt. Magnas res à minimis pendere voluit rerum creator, ne quispiam suâ magnitudine

Regna in  
manu Dei.

elatus parua negligeret, multo minus eum à quo magna sunt, & parua. Colendus ergo Principibus ille, per quem regnant & viuunt. Solius igitur Dei consilio, non humanis artibus ò Principes dominatio vestra nititur, nec cautio, nec timor negotiosus ad rem facit.

Humana prudentia ad ea seruanda non sufficit.

Multi ad fatum venere suum Dum fata timent.

Multos in summa pericula misit, Venturi timor ipse mali.

Monet Principes ipse Deus: Nunc autem dicit Dominus: Absit hoc à me: sed quicumq; glorificauerit me, glorificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. (1. Regum c. 2. 30.) Quam nobilis Dauid colendo Deum? quam Jeroboamus ignobilis? Videmus itaq; omnia prosperè euenire colentibus Deum, aduersa spernentibus, pijs enim etiam ipsa calamitates conuertuntur in bonum, impijs prospera sua causa sunt miseriarum.

Tolluntur enim in altum

Vt lapsu grauiore ruant:

§. 6. Non modo necessum est Principem esse religiosum, & ad colendum Numen exemplo, edictisque ciues suos inducere, verum decorum imperio, ac planè regium. Δείχῃ τὸ ἀριστὸν ὑπὸ τῆς ἀριστοκρατίας, καὶ τὸ ἀγαθὸν ὑπὸ τῆς ἀγαθοκρατίας. Optimum, Numen scilicet, ab optimo & praestantissimo quod in rebus creatis est, at eum qui gubernat, ab illis qui gubernantur honorari oportet. Sunt a. Reges & Principes optima pars mundi, per quos etiam si mali sint, plurima tamen mala praepediuntur, q humani generis societatem, atq; incolumitatem tuentur, proximi sunt Deo, quapropter & dij vocantur, & merito Dij, si per eos diuina Majestas vindicatur.

Finis imperii salus atque ideo religio.

Quod si verò etiam ciuium salus, & Reipubl. tranquillitas curae est, vt esse debet, & vel praecipuè debet, non potest non in eam incumbere Christianus Princeps, at illa sine religione, non modo nulla esse potest, sed ne desiderari quidem, vsq; adeò vt etià impij negotiores, populos feroces & rudes, religionis metu continendos esse censerint; sine religione & metu Deorum enim non putabant sibi iura sua fore salua. Quid igitur regi pio & Ecclesiae nutricio faciendum, ratio docebit.

Mutata religione Monarchia tollitur, & alia imperia.

§. 7. Accedit quod si religio absit, vita hominum stultitiâ, scelere, immanitate compleatur, (Lact. de ira cap. 8.) è mundo tollatur promissorum veritas, juramentorum sanctitas, omnis pactionum & commerciorum fides, quae impietas, atque audacia in ipsos tandem Mezentios, atq; Numinis contemptores insurgit. Nam religio & timor Dei solus est, qui custodit hominum inter se societatem. (Lactantius de ira c. 12.) Aurea sententia est Meccenatis ad Augustum, si à superstitione ad veram religionem traducatur.

Τὸ μὲν θεῶν πάσης πάσης αὐτὸς ἰστέως καὶ τῆς ἀρείας, ἔτις ἀλλὰς πρὸς ἀνάγκη. τῆς δὲ ξενίζοντῶν ἡ πόλις αὐτὴ καὶ κατὰ μὴ μόνον τῶν θεῶν ἐνεκα, ὡν κατὰ φρονήσεις, εἰδὲ ἀλλὰς ἀνὴρ παρὰ μὴ σεβ, ἀλλ' ὅτι κερὰ ἡναι δαιμόνια οἱ τοῖστοι ἀνὴρ φέροντες; πολλὰς ἀναπέθεις (ἢ ἀλλοτριονομεῖν. καὶ τῆς ἑρωμοσίας, ἑρωμοσίας ἐπερὶ αἰ τε γίνονται, ἀπερὶ ἡκιστο μοναρχία συμφέρει. Diuinum Numen omni modo, atq; omni tempore secundum ritus patrios cole, atq; ad eius cultum alios compelle, eos verò qui circa illud aliquid inuouant, odio habe & coerce, non Deorum solum causa, quos qui contemnit, nihil aliud magnum fecerit. Sed quia noua quadam demonia introducentes, multos impellant ad rerum mutationem. Vnde conuersiones, seditiones, conciliabula existunt, res profecto minime condicibiles Monarchiae. Hæc si homo voluptarius, & impius de vero veti Dei cultu pronunciat, consilium tum prudens, tum sanctum daret. Vera enim religio in rebus humanis nihil praestantius, ideo summa cura eam defendi oportet.

§. 8. Quantum odio sint athei semperq; stierint non exteris modo, & vicinis, sed subditis etiam, & familiaribus, qui tyrannidis participes sunt, & vetera, & recentia nos multa docent. Tota Jeroboami familia à Baasa Rege deleta est, Baasa omne genus à Zambii, hic desperato regno & vita, se ipse cum palatio exussit, instante victore Amri, cujus familia penitus excisa est, Jehu etiam, quamuis ad quartam generationem posteritas ejus regnarit, in Zacharia tandem punitus est, Sellum à Manahemo occisus, Phaccia filius Manahemi à Phacee, hic ab Osee interfectus, ille vltimus Regum Israël fuit. Ecce tibi omnes Reges non Perarum, aut Scytharum, sed Israëlitis à Juda diuifi, ad vnum omnes impij, omnes vel occisi, vel posteritate deleta pœnas dederunt. Habuerunt praefectos, & subditos infideles, quia Deo fidem omnes violant. Hæc satis Principi, plura si quis volet, consulat eos, quorum hac de Re Commentarij exstant.

Mouere hæc merito Principem magnoperè debent, maxime quod hæresis res in quietate est, & concionatores ejus administri turbulenti veritatis hostes, horum superflitio perpetuò augetur, donec in omnia fæda exeat, adeò vt seipsam ferre nequeat, hinc olim & illa monstra errorum, hinc Circumcelliones in sanguinem suum saui, hinc nostri temporis Libertini & Anabaptistæ, verum de hisce libello, de hæreseon incremento satis à me actum est.

Neque excusant Principes effusæ in Reipublica gubernationem, & iustitiam adminstrandam occupationes, cum regiminis legitimi caput, sit pietas, moresq; ciuium, quibus si quasi secundarijs animam adjiciant, eosq; Doctores qui nouitate aliqua placeat malunt, quam veritate edificare, importunè foueant, aut dissimulent, quasi non magna Reipub. detrimenta, magnis se calamitatibus inuoluunt, sic Constantinus Princeps bonus, Imperio, & posteris incautè nocuit, sic multi nostro tempore serpentes alunt, quibus mox integra provincia letaliter venenata occidant. Nonnè vnus Peucerus cum duobus Saxonici Electoris Confessarijs inficio Principe penè totam Saxoniam Caluinismo repleuerat? Nonnè vnus nuper Crellius etiam eandem ferè sanguine ciuium, & nobilium profuderat?

Cura religionis in primis habenda.

CAPVT XXI.

Discordiarum suarum incommoda ipsos Sectarios sentire.

§. I. DE illis ita canit is, qui vel flagitio concordiam suadere studuit.

Non mihi si centum lingue sint, oraq; centum Schismatis infandos valeam memorare dolores. Meritò igitur perorat: Nulla salus bello, pacem deposcimus omnes.

Incommoda discordia, Evangelicorum.

Equidem cum omnis ira acerbior, intimo odio, & corde concepta, atque ex ea natum, actumque bellum tætrum sit, atque nocens, tum verò illud de religione dissidium pertinacissimum, & furiosissimum esse consuevit, quod homines praecipuè audacia, scelerè, atq; immanitate planè effectos reddere jam dudum cernimus; nam omnia facinora religioni deputant, & quod in capitalibus bellis gentiles olim barbarum iudicant, hoc in litibus suis hæretici putant esse sanctum, prauaricator habetur, quisquis non furit, pro transfuga est, si moderationem pacemq; suadere quispiam audeat. Hinc

Aeterna semper odia Caluinista agunt, Nec captus vnquam cedit ex animis furor, Sed arma felix retinet, infelix paras.

Nihil

Nihil relinquit bella, iam vastis ager  
Hinc squalor artus, subdita rectis face  
Atrus sepulchris obruit gentes cinis.

Sed belli Evangelici incommoda narrantem audiamus Syncretistiam.

Incommodum primum. *Papista funestus Evangelicorum dissidii absterrentur à doctrinâ Evangelicorum, seu hereticâ, Satanicâ, seditiosa.* Fortè est illud, hæreseos in omnia grassantis, & oportuni frenû, magni Ecclesiæ Catholicæ emolumentum, quæ etsi æternæ veritatis reuelatione illustretur, nec fidei suæ firmamenta esse judicat errores pereuntium, & estimatione tamen alienæ discordiæ, suam sibi consensionem gratulatur, & cognitio aberrantium bellis, suorum pacem audius amplectitur, arctius custodit, seuerius exigit. Non nititur vestris malis causâ nostræ bonitas, sed clarescit tamen, & comprobatur. Causam Evangelicorum probare non possumus, quam semper Evangelicorum pars aliqua, sæpenumero præcipua, & numerosior execrat. Agnoscimus ô magne concertationum furiosarum iudex, & arbiter Deus, tuam in nos beneuolentiam, qui eâ fidei soliditate Ecclesiæ fundasti, vt aduersus illam inferi non modo preuolare non possint, verum etiam portas illas in se mutuo collidi permittisti, & duritiam frangere, vt minore impetu, molliore concussu Ecclesiæ muros verberent. Ita est, ô increata, Creatrix sapientia, fluctum aduerso fluctu retundis, vt domito furore Petreæ ratis latera sic incurrant, vt simul euehant. Nectimenda hæresis in vnum Syncretismum omnis conjurata, quia Ecclesiæ suæ victoriam cœleste oraculum addixit.

Satanicam doctrinam tuam à nobis haberi doles? Vnde igitur iræ tantæ, calumniæ, execrationes, cædes, lanienæ; si non ab orco? Quid verò Luthero facies, qui vos Diabolo incarnatos esse? Quid Albero, qui obsessos à demone? Quid vestris Doctoribus, qui se mutuo Atheismi, Turcismi, Manichæismi, Borborismi reos peragunt? Redite in gratiam, & vestram in animis nostris existimationem recuperate. De domo vestra opprobria extulistis, quod dicimus domi semper auditis.

Seditioinum suspectos jam vos olim Lutherani fecerunt, qui vestros Principes, te teste accusarunt. Quod cum Turcâ aduersus imperium non dissimulante colludant. Epist. dedic. ad controuersiam Eucharisticam. Sed de turbato imperij statu agere non est meum, præsertim cum Lutheranis tu gladium mineris. Malo igitur Lutherum, quem tu Evangelij vindicem, & Dei seruum appellas, tibi testem ferre, ejus tibi testimonium recipiendum est, cum testem ipse laudaueris: Jam senex Anno scil. 61. sic testatus est. Ego qui alterum pedem iam in sepulchro habeo, hoc testimonium, atq; gloriationem hanc ad tribunal Domini ac Liberatoris mei Iesu Christi perferam, quod Fanaticos, & hostes Sacramenti Carolstadium, Zyrvingium, Ocolampadium, Stenckfeldium, eorumq; discipulos Tiguri, aut vbiçunq; tandem sint loci toto peccatore damnarim atq; vitarim.

§. 2. Incommodum secundum. Quid Iudæis scandalum posuit nisi ipsa?

Jam olim infelicibus Iudæis, & gentilibus offensionem exitiosam variarum hæreseon colluuiis attulit, earum spurcicies Christianum nomen vniuersum ab incunabulis religionis mundo exosum reddidit, Nicolaitarum, Menandrianorum, Carpocratianorum, Marcionitarum, Montanistarum, Manichæorum turpitudines, paradoxa, veneficia, parricidia, Enthufasmi omnibus imputabantur, qui que innocentiam suam Deo probant, alieni sceleris odio, apud homines flagrabant, manent illa, vel reuiscunt in nouis sectarijs scandala, semperq; vt factò, ita exemplo peccatur. Obdurantur Iudæi non vestra ma-

gis diffensione, quam absurditate dogmatum. Deum vnum esse illi vtunq; agni scunt, illi Deo perpetuo ingeminant: Quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius, cum vero à vobis audiunt eum ad flagitiâ esse decretorem, procuratorem, motorem, impulsorem, coactorem, mox Lutheranis credunt dicentibus: Deum illum esse sanguinarium Moloch, ipsissimum Diabolum. Iterum cum audiunt; vos omnibus in sceleribus, iustos, sanctos, Deo caros esse, bestias vos esse suspicantur. Credunt Arminio, Bertio, cæteris vestris Doctoribus, Caluinismum rigidum ob paradoxa sua apud omnes gentes infamem esse. Hinc igitur à vobis scandala sunt, non tam diffensionis in errore, quam ipsius erroris. Non enim quia in tanto opinionis flagitio non consentitis, illi offenduntur, verum omnino indignantur, hominem inueniri vel tam amentem qui ista credat, vel tam audacem, qui proferre non reformidet. In principio aberrare non oportuit, sera est in exitio querela, τὸ πρῶτον ἐστὶν ἀνομιὰ τοῦ ὄντος, q̄ factum est, corrigi non potest, tam diuersa sc̄ctatos in vnum errorem aberrare vos non posse cognoscunt, in tenebris palambundi discurretis, & quomodo in vnum scopulum potestis impingere? Non igitur diuersitate peccati, sed ipsa absurditate, grauitate, immanitate scelerum scandalum Iudæis ponitis.

§. 3. Incommodum tertium. Quid Turcarum, & Hæresis Tartarorum Acinaces aduersus Christianum orbem exacuit, Turcis proferuntur, & aduq; Germania, & Italia limina pertraxit, nisi inde quidam horribili Papistarum Idolomania, hinc verò Evangelicorum, tum peccata alia, tum fatales rixæ, atq; conflictus, quibus caritas fraterna conculcata, pax intestina conturbata, Erinnyes furialis attracta, animi omnium ordinum dissociati, & exulcerati, consilia salutaria dissipata, afflictissima deniq; Ecclesia domis forisq; prodita hostibus fuit?

Causam Turcicarum virtutum, & victoriarum contra Imperium obtentaram geminam adducit. Papistarum, vt vocat, Idolomaniam, & Evangelicorum scelera ac furias. De primâ negamus: nullius Idolomanie nobis conscij sumus, idola non modo detestamur, verum magnis periculis, assiduo labore eam ex vtraque India, Africa, Sinis, Iaponiâ exterminare conamur. De alterâ cum ipsi fateamini, non est nostrum incipere. Se reos fieri, cur enim verba pro reis confessis, atque suo ipsius iudicio conuictis faciam? Habent domesticum, & continua munitione vellicantem testem, conscientiam: Contra eam dicere nec mei instituti est, nec ipsi suppressere, nec silentium imponere illi possunt. Et si tortor ille domesticus aliquando cesseret, non tamen Lutherani conquirere eos permittunt. Ex quibus, (vt ipse Pareus queritur præfation. in controuersiam Eucharisticam) nuper aulicus quidam Stentor publico scri-  
Lutherani pro non erubuit auctor esse, vt in comitijs potius sese Papistis, Caluinistis quam orthodoxis Caluinistis coniungeret, duabus allatis rationibus, vna Theologica. Quod Lutherani cum Papistis in pluribus consentiant, quam cum Caluinianis, quos vocat: Alterâ ciuili, quod cum Papa pro tuendo imperio Romano vires conferat: Principes verò Caluiniani cum Turcâ aduersus imperium non dissimulante colludant: quarum posterior quidem longe aliter quam meo calamo rescribatur meretur.

Quas ad rei tam grauis, tam periculosa probatio- nem rationes adferant Lutherani, mihi curæ esse non debet, meminî tamen legere me responsum Principum Germanorum ad legationem Segurianam; Innotuisse iam non Christianis tantum, sed & ipsi Turcarum Imperatori ausus vestrorum, quos etsi in perniciem Christianorum omnium furere cupiat aduersus Hispanum; non possit tamen rei æquitate clamante probare. Responso Protestantium ad legationem Segurij. Et paulò post iidem Principes: Et vidistis (inquiunt) ne vnuquam ex Caluinistis vnum, qui ensem strinxerit pro Christiana Republica, vel in nauali illa classe, quam Romanus Pontifex, Hispanis, & Veneti conpararunt aduersus Turcam: vel cum Melita à

Discordias hereticorum crescit Ecclesia.

Hæreses mutuo consensu pereunt.

Caluinista felitiosi.

Hæresis Iudæos auertit à fide.

*Dracuncus oppugnabatur? Quin verò contra potius peruolarunt ad Mauros excitandos, vt in Hispaniam traicerent: atq; ad Turcas impellendos, ne Christiana Respublica conquisceret: ac deniq; ad Reges variis artibus obruncandos. Et paulò post: Vnde autem aduersus Turcam praesidia comparabimus, si Pontifici nobis desint, qui semper hac in re nobis assuere, &c. A Caluinianis autem quid expectandum sit, & N. dixit, & facile intelligunt omnes, aut eos irritare Turcas aduersus Christianos, &c. Hæc Principum iudicia quo fundamento nitantur, non est meum inquirere, scio vitanda praelustria,*

*Sauum praelustri fulmen ab arce venit.*

Interim quid ministri Caluiniani sentiant sine fraude, sine noxâ in medium proferre mihi quoque integrum esse debet. FREDERICVS BRAUNBOMVS in prolegom. Florum Flaminiõrum, cum dixisset p. 15. Etiam Sultanica arma iam nunc ab Ecclesia facestura, mox subiungit. Preparemus nos ad bellum, non tam Turcicum, Hungaria nunquam poterit Sultanus: quia ea ex prouincijs Romanis nunquam fuit ditionis Constantinopolitane, aut Babylonice, aut Arabice, quàm ad instans bellum Romanum, & expeditionem omnium acerrimam.

Hoc Selymus velit, & magno mereantur Ottomanni. O Salus Germaniæ, quam stas in lubrico, quam graui odio impeteris? Quæ monstra sinu tuo complecteris? quas viperas educis? Turca Græciam tenet, Transyluaniam eneruauit, Vngariæ partem magnam oppressit, Austriam pulsat, & Striam, Marchionatui Brandeburgico imminet, & Propheta PHAEHOFFENSIS in hostem tam atrocem, tam inquietum, tam ingenio callidum, alieni appetentissimum, Christiano nomini infestissimum, in omnem occasionem nocendi intentissimum, fœderibus, vt astragulis ludentem, qui nihil turpe sibi ducit, quod lucrosum est, in eum, in quam, hostem armari nos veat, in Pontificem, Episcopos, Principes, Regesque Catholicos, & ipsum Imperatorem subditos irritat: quis nesciat,

*Quid fruatur bis captis, quem si fortuna sequetur,*

In sese mutuo vires, arma, sanguinemque insument Germani, vt attritis, sparsis, discordibus, semisauicij victor, & exultabundus jugum Turcus imponat, opesque, vxores, & liberos, atque adeo eam, quæ superest, fidem, sine pugna & labore auferat. Doleo ista dicenda fuisse, nec tacendum tamen fuit, vt orthodoxis manifestum fiat, de Caluinianis, quid Lutherani sentiant.

*Offendunt infirmos.*

§. 4. Incommodum quartum. Offensiones infirmorum. Ego verò etiam addo grauissimos lapsus, horribiles exitus fortissimorum, quos vel Zvingliana crudelitas in aciem rapuit morituros, vel Lutherana licentia fregit in voluptates. Hinc enim scandala, & prauis mores, luxus, auaritia, scortatio, contentio, ebrietas, & id genus vitia cum summo Christiani nominis dedecore passim grassantur, vt ipse aduersarius queritur proemio in 1. Cor. Hinc vt idem agnoscit eodem loco, Doctorum ambitio, auditorum leuitas, profanissima vita, securitas, contemptus Dei, contemptus omnis ordinis, Epicurea profanitas.

*Hæretici in se mutuo saui.*

§. 5. Incommodum quintum. Tot prouinciarum, & fidelium Doctorum, & confessorum condemnationes, exilia, carceres, persecutiones, cades deniq; & sepulchrorum vastationes. Persequitur tandem & apprehendit Nemesis superbum, suis exemplis petitur hæresis, crudeles in nos fuerunt Lutherani, immaniores Caluiniani, illienim fœuitiâ poculis temperabant, hi verò ebrietate, & libidine iras exacuunt. Sed nunc in sese mutuo ruunt, eaq; in se mutuo dicunt, ac faciunt, quæ nos dicere, & facere pudor, & Christiana caritas prohibet. Lutherum in initio, & deinceps fidissimus quisq; deseruit, Carrollus. Qecolampadius, Crucigerus, Melanchthon,

alij. Zvinglius bello ciuili, quod suaferat, occidit. Caluinum morborum turba vitæ intemperantis effecta desperantem oppræserunt, aucta deinde discordia Lutherani opprimuntur, Palatinatu, Bipontinatu, Hassia, Afsania, Heluetia, Rhetia, Hollandia, Selandia, Frisia, multis Germaniæ comitatibus peluntur, nunc etiã Brandeburgici frenu momorderunt, sensimq; se intelligent nullum nisi Caluiniani commatis habere concionatorem, Nec verò Lutherano hoste contenti sunt Caluiniani, ciuilia bella, quamdiu vixerunt, hostilissime, perfidiosissimeq; exercuerunt. Nonnè, acies istius nationis adhuc pugnantes spectamus? Audite eos qui etiamnunc in castris illis merent, Arminij, qui dux alterius partis fuit, liberos Orphanos nouem, præfatione ad curatores Academiæ Lugduno Batauicæ, Deus bone, inquit, quo non vsq; prorumpimus, qui in eadem ipsa Christiana religione alij ab alijs diuersam sententiam sequimur, calamis nocentius, quam ferro inter nos decernimus, neq; intra dissidia, odia, atq; aternas inimicitias se nostralites coercent, à religionis nostræ cultu alij alios arcemus, alij alij salutem abiudicamus, in d. v. vsq; ad restes, atq; exquisitissima subinde vsq; supplicia, annuentibus nobis cæco zelo Magistratibus odia nostra promouemus: Estq; huius rei nimis recens adhuc memoria, quam vt eam refricare opus sit: Zelo scilicet CHRISTI, quoties eorum sanguinem sudimus, qui totiussem Christo studuerunt, pietati & saluti incubuerunt, innocentissime semper vixerunt, neminiq; nocuerunt, cum ne sanguis aliorum funderetur, suum pro illis Christus effuderit.

Hæc Caluinistarum sunt inter sese certamina, eadem totã Britannia tument, & majus ordirentur aliquod nefas, nisi Regia potentia comprimerentur, in Hollandia enim tanto impetu feruntur, vt ixx Illustris. D. D. Ordinum edictis cohiberi possint, vt testis est Coryphæus primariæ factionis Petrus Bertijs in hyperaspiste. Hic pro Arminio stat, ille pro Gommaro, huic sanctus est Caluinus, illi Borborita, & Manichæus. Pro opinione sua laborant omnes, pro veritate integra nemo, nam & qui vera defendunt, ne hoc illis solidum sit bonum, multa admiscet falsa. Hæc inter se Caluiniani; quid fiet Lutheranis?

§. 6. Incommodum sextum. Cruenti Theologi Lutherani tragicis libellis, non atramento, sed sanguine scriptis, alij in alios eos qui à Catholicis in Gallia occisi sunt, Diaboli Martyres, armant. traduxerunt, non Theologorum stylo, sed carnicum gladio resutandos, idè Catholicos in eos inflammarunt. Incommodum illud tale est, vt multa secum commodapendenti conferat. Nam primo, Lutheranos suæ sententiæ approbatores habent Catholicos, cum enim in Hugonottas multarum cædium, & sacrilegiorum reos, incendiarios, crudeles tortores orthodoxorum, lege agi Magistratus imperasset, mox homines in sceleribus flagitijsque obfirmati, ne cæteri, quorum ad suas cupiditates vsui sibi fore videbatur audacia, suppliciorum metu à maleficijs deterrerentur, Martyrum elogio eos, quorum capitaliora erât facinora, decorabant, cumq; Lutheranorum arma concire, & allicere in Galbas, quasi Martyrum, & confessorum causam defensus tentarent, Lutherani publicis scriptis, & Concionibus eos non quidem Martyres esse negarunt, sed Diaboli Martyres esse comprobauerunt. Quo in iudicio Catholicos absoluerunt, & Caluinianos condemnauerunt.

Ea causâ quando Caluinianos pios, & sanctos Christi Martyres per adulationem Lutherani quidam appellauerunt, ab ijs conuictio rejeçti sunt. De Ofiandro Epistola ad Gallic. Eccl. hunc in modum queritur Danæus pag. 12. Nam quos hic adulandi vobis studio pios & sanctos, & Christi Martyres appellat, tum ipse, tum socii quidam in publico suggestu Diaboli Martyres contumeliosissime vocant. Et paulò post: Imò verò, fratres, hæc est tam crudelis istorum hominum erga nos caritas, & vestrorum Diaboli suppli-

suppliciorum commiseratio, ut cum nuper nos omnes, nostrasq; Ecclesias, in noua quadam noua discordia formula atrocissime anathematizasset, & propterea ab aliquot Illustris Germanie Principibus, & plerisque bonis viris Germanis (id est Caluinistis) de ea tollenda admonerentur, quod hac ratione Pontificiorum gladios in nostras Ecclesias acuerent, ipsi ridicule, imò etiam crudeliter responderent, & iocarentur, se per accidens tantum nostrorum suppliciorum causas esse. Denique addit, hunc esse affectum, hanc caritatem, hunc amorem sincerum ostendit, ut sauisimarum persecutionum, & flammarum in vos incendia excitare non vereatur. Hæc igitur de Martyribus Gallicis est sententia Lutheranorum.

Deinde quia causa, non pœna facit Martyrem, causas pœnarum inquirere operæ precium est, ut constet de nomine, si enim dixerò causam, cur quisq; occisus sit, appellationis arbitrium lectori deferam, ut ipse statuat; Diaboline, an Christi martyres censendi sint.

Heluetij crudele bellum consanguineis cum inferrent, acie cum ipso Lanista Zwinglio cecidit, non ut Martyres, sed alieni iuris inuasores. Anno 1562. quæ jam ante conceperant, & Geneva, alijsque locis ediderant scelera, communi consilio aggressi sunt, ut toto regno templa spoliarent, eaque perperarent vbique, quorum aliquot locis exempla reliquerunt. Initium faciendi in Aquitania fuit, latè vagatus furor, Parisijs cum gladijs in obuios quosq; merè injurijs, homines nefarij volitarunt, Sacerdotes passim ad ipsas aras mactabantur, templa sanguine fluebant, statua Sanctorum non odio idololatriæ, quæ nulla erat, sed auaritia, quæ ingens erat, confringebantur, ossa Francisci I. Franciæ Regis exurebantur, ne dubitare quis posset, quo animo in viuum fuissent, qui sic in mortuum scilicet. Quid v. non auderent, quos Pictaui viderunt ossa S. Hilarij veteri tumulo eruta exurere, quos nec Irenæi, nec celeberrimi Antistitis Martini reliquæ fugerunt? Impias flammæ sacra pignora depascentes Lugdunenses, & Turones ingenti mœnore conspexere. Quid referam, quam Aurelia ab illis pertulit crudelitatem? non ætati, non sexui paritum, idque toto quo velut procella incumbebant regno, senes cum ludibrio, & tormentis enecti, tenera ætas cum turribus quas præsidio quærebant, incensa, ad martyrum ossa prodenda homines tormentis adacti, mutata in bombardas campanæ, baptisteria in cloacas versa, putei de Catholicis repleti, ventres, viriliaque excisa, hæc, & omnia crudelitatis Caluinianæ theatrum digna, cum facerent, cum multo plura tentarent, ipsi repressi, & cæsi martyrologia Caluiniana, & factos valde nefastos signant. Hæc martyria sunt Caluinistica.

Cur verò Lutheranis succenseant Caluiniani de Martyrum suorum appellatione, causæ nihil est, ipse Bertius Caluinista Martyres illos non agnoscit, verba ejus sunt in Hyperaspiste pag. 172. & 173. Nec verò minoris illa (Confessio Augustana) Germania vestra stetit, quam ista, quæ licet multo Belgarum sanguine dicatur esse firmata, nulla tamen hæcenus Procerum nostrorum auctoritate est in Rempublicam, aut in Ecclesias introducta. Primo quidem, ait, dici firmatam, non esse firmatam, illique opponit Confessionem Augustanam, at paginis sequentibus Confessionis Belgicæ articulos ad Manichæos refert, qui illum vigorem olim experti sunt.

os (\* \*) os

CAPVT XII.

Posse pacem Religionis constitui in Germania.

§. 1. Non intelligo pacem illam, quæ Syncretismis, contentione, dissidentia, insidijs plena, belandi opportunitatem expectat, sed veram Germanamque, quæ idem de Deo, & cultu illius sentiat. Magnum fatore est illa, & arduum bonum, imò rarum, sed tamen bonum, quod adipisci possumus.

Paxrarum sed magis bonum

Difficile bonum est in tanta dissentientium contumacia, in tam magna diuersa cupientium audacia, sed quia donum est diuini Numinis, sperare licet, fore, ut aliquando etiam apud indignos, immentia illa misericordia pacem tot modis agitatam jubeat consistere. Natura enim nostra cum ad amicitiam mutuum pacemque facta sit, cum etiam bello pax petatur, sine suo frustraretur humana societas, si nulla esset via consequendi pacem.

A solo Deo speranda.

Quin etiam ad consensionem, & pacem nos Scripturæ nequicquam hortarentur, si vel naturam, vel nostro vitio litibus mancipari essemus. Cum Dominus asserit (Ioan. 14. 27.) pacem relinquere se nobis, pacem suam se dare nobis, & (16. 33.) id egisse ut in ipso pacem habeamus. Cum toties Apostolus pacem nobis Deo promittat & optet, (Rom. 1. 7. & 2. 10. 1. Corinth. 13. 2. Cor. 1. 2. Gal. 1. 3. Ephes. 1. 2. Philip. 1. 2. 2. Thess. 1. 2.) cum toties inquam pax promittatur, quis credat solam Germaniam jam centum penè annos pacis exortem, ad pristinam pacem non habere regressum?

§. 2. Ad concordiam conciliandam plurimum etiam in doles, atque natura Germanicæ nationis valent: sunt enim Germani, tum suapte natura, tum institutione, atque usu comes ac benigni, à litibus, ac bellis abhorrentes, & instar tranquilli maris, nisi ventorum flabris concitentur, quieti. Itaque & maximas discordias sine sanguine sopiuerunt frequenter, & ut plurimum modice cum armis ponunt. Quamuis autem hæreses cum inualuerint, & potestatis se secularibus armarint, ut Ariana, Monotheletica, ferè atrociter scilicet, mitior tamen fuit in sua viscera Germania, Galliam duntaxat, aut Britanniam, imò Belgium spectemus, plus sanguinis Catholici dedit, plus Martyrum cælo dedit anno vno, quam integro penè seculo Germania, quanquam in rebellionem contra Carolum Cæsarem, & furore agrestium crudelis fuit, sed non prætendebatur causis illis sola religio. Ciuilia erant odia, ab hæreticis quidem turbonibus prædicantibus coniectata, non tamen ad hæresis propagationem à cunctis exercita. Cur ergo de patria nostra desperemus, quæ præcipue pacis est alumna?

Germanorum indoles pacifera.

§. 3. In magnam etiam spem nos erigunt recentia exempla conuersarum in Germania prouinciarum: cum enim videmus Bavariam, Franconiam, Stiriam, Magnos circa Rhenum tractus, optimam Belgij partem, in libertatem filiorum Dei, de tenebris errorum esse ereptam, cum per Gallias in singulos annos multa millia in possessionem antiqva Religionis reduci, ac collocari videamus, cur cæteros in eandem unitatem consensuros non puremus? Pacem crescere quotidie cernimus, & de integro ejus augmento spem abjiciemus? Aurora jam rutilat lucis plenæ prænuncia, cur de clato die fiduciam deponamus?

§. 4. Idem penè sensus est errantium, qui ignorantia, spe, metu, aliove affectu, hæreticos sequuntur, non quod veritatem apud eos consistere arbitrentur, sed quod id, quod semel arripuerunt, dimittere, judicent esse leuitatis, & inconstantia. Existimant illi

Quales martyres Helvetia.

Confessio Belgica.

illi ad veterem majorem nostrorum, atq; Apostolicam fidem postliminio sese redituros, neq; finem erandi fore, donec in viam, quâ cœlos primæua Ecclesia conscendit, regrediantur.

*Hæreses deficiunt.*

Itaque experientia docemur, nunc paucissimos Catholicorum etiam minis, exilijs, bonorum confiscatione, ad deserendam veterem pietatem vix impelli, cum principio tumultus, vna concione Epicuræ, vel tribunicia greges populorum ad Lutheranismum, aut Calvinismum præcipitentur. Grassabantur hæreses, donec agnoscerentur, nunc vires perdidere, elanguit impetus, orbem suum peregerunt, nunc retro labantur. Lutheranismum aspice.

*Lutheranismi defectus.*

Primo. Quis nunc ea opinione Lutheranus est, qua fuit Confessio Augustana? omnes ab ea recessisse jurati asserunt Calvinistæ. Sed hæc missa faciamus. Quis est omnino Lutheranus? An Ubiquitarij? An Synergistæ? an Osiandrii? an Flacciani? sed neque hæc discrimina inquirō. Quæro vires Lutheranismi. Nemo illis accedit, multi ab illis abeunt. Vnicum duntaxat Electoratum habent, & ipsam vehementer Calvinismo interpolatum, adeo quidem, vt non in Academijs modo, & consilium Principis, sed in ipsa conscientia arcana se insinuarint energumata Zyvingliana, Confessarij enim Electoris ipso teste, fuere Calvinistæ. (*Acta Penceri*) Amiserunt autem Palatinatum Rhenanum, & Bavaricum, Bipopinatam, Hassiam, Helvetiæ cætos, Rhetiæq; Hollandiæ, Selandiæ, Frisiæ, Angliæ Ecclesias, in Polonia, Lithuania, Suecia, pleraq; in Hungaria, & Boemia Indies imminuuntur. Amiserunt Belgij partem Catholicam, Bavariam, Stiriam, Troppauiam, Franciam, in Electoribus Catholicis luculentas condiciones deserere coacti sunt. De Brandeburgica, & Prussia laborant. Ciuitates Lutheranae quædam exercituum Calvinianum jam admiserunt, vt Hamburgum, &c. aliæ sensim eò delabuntur, in angustum itaque illi coguntur, ac breui in alia omnia transibunt. Cum verò nemo ex illis nisi coacti Calvinismum amplectatur, aut certe paucissimi, sperandum multo maximam partem ad veritatis cognitionem posse traduci. Sic & olim fuit, curriculum suum hæreses tenuere, deinde concenterunt, atque exspirarunt. Simoniani, Nicolaitæ, Cherinthiani, Ebionitæ, Menandriani, Basilidiani, Carpocrat. Cajani, Marcionitæ, Valentiniiani, Archontici, alijq; intra duo prima secula ferè interiëre, Montanistæ, Manichæi, Noüatiani, Donatistæ diutius sauerunt, omnium grauissime Ariani, & nunc quoq; rediuiui Iconoclastæ. Verum distinguenda sunt tempora quibus floruerunt, ab ijs, quibus latenter creuerunt, aut decrecentes latuerunt, furor & tempestas omnium citò exsæuiet, reliquæ diuuis vixere.

*Causa cur hæreses non diu perseuerent.*

§. 5. Causa est ex ipso hæreseos ingenio, ac natura sumenda. Principio namque Scripturarum adscititijs ornamentis decorata, & stibio quodam veritatis dealbata, cum sese mundo nouitatis auidio, veterum fastidioso prostituit, facillè animos virtutis ignaros, imagine boni allicit: plures enim lenocinia, quam veritas trahit. Cum verò defluente fuce, ablatis ornamentis, sua in cute apparet, veluti scortum exoletum, ac morbidum, amatores suos longe fugat, ac repellit.

Quanti, quamque multi orientis Thaidis fores pullabant amatores? Nunc verò quam multi decrepitam deserunt, atque aliò amores transferunt? Quam magno studio, quam exquisitis blanditijs paucos retinet? Ad interitum igitur hæresis illa vergit & iam dudum interijssit, nisi nouitate aliqua subinde curiosos animos percelleret, hinc Osiander, Major, Flaccus, Concordibergensis noua quædam pigmenta vetulæ ac rugosæ ad-

didere, nomina etiam mutarunt, vt nouitate aliqua tenerent, quos veritate conuincere non poterant. Cum igitur omnium hæreseon quædam senecta appareat, non longè à pace absumus. Quod verò nonnulli crescere Calvinismum arbitrantur, quia callidis aulicorum consilijs præcones quosdam Sectæ illius Lutheranorum cathedris imponunt, & Principum quorundam bonitati illudunt, valde aberrant à vero, odia enim, & execrationes importunitate sua concitant, & desides populos ad spem, desideriumque libertatis erigunt. Itaque & Consiliarij Saxonnes, eos, qui sub dominis Calvinistis degunt, Lutheranos, serio se liberandos à Lutheranis sperare, atque expectare confirmant, imò omnes, qui inter Calvinianos habitant, Lutherani Calvinismum abolendum esse considunt, vt idem Consiliarij, Motiua 12. Finem ergo Calvinismi instare putant, non imperiti modo, sed exercitati & prudentes Consiliarij. Cum igitur Hispaniam, Italiam, Gallias, Germaniam ab Arianijs, Pelagianis, Priscillianistis, Albigenibus, cæterisque hæresibus quondam latè regnantibus perpuratas esse manifestum sit, populosque ad vnitatem rediisse, id nunc quoque post centum penè annorum spacium, post horrendas blasphemias, & cruenta bella, sperare de bonitate diuina merito debemus.

§. 6. Neque id aduersarios nostros negaturos esse arbitror, certè fidei suæ si consequenter agant, id etiam credere debeant. Lutherani enim à statibus Augustanæ Confessionis breui se liberandos, & Calvinismum abolendum esse considunt, serioq; expectant, vt ajunt Saxonniæ Consiliarij Motiua 12. Idem Pontificem interituum arbitrantur: sibi igitur sublati hostibus suam pacem fingunt, ac spe jam deuorant: Calviniani eadem sentiunt, & tam Lutheranis, quam Catholicis suam se pacem putant posse imponere, imò verò inter tot hæreses vniouem, & Synodum nonnulli fieri posse non desperant, cur non igitur pij, & fideles tandem veram pacem expectent?

Rectè quidem pax speratur, etiam ab inimicis pacis, non tamen potest esse pax in malo, non consensus in errore, in quo etfi aliquando aliqui conspiciunt, non tamen diuturna, nec omnium, imò nec multorum illa pax esse potest. Nulla enim falsitas tam lætè, vt non aliquando pateat, nullum mendacium vel semper, vel omnibus tegitur, nihil tam probabiliter fucatum est, vt cunctis imponat, tandem impostura, cum secura est, deprehenditur.

## CAPVT XXIII.

### Non posse esse pacem in missione Religionis, & politicâ quadam moderatione.

§. 1. **P**acis & concordie studium, vitos interdum prudentes, & Reipublicæ amantes eò adducit, vt turpem etiam, ac periculosa pacem discordia præponant, quodque vident in politicis vtiliter fieri, id etiam religioni accommodandum censeant. Dum positis armis per inducias de pace legationes agitantur, primo congressu ferè illa pctuntur, quæ vtraque pars summo iure postulare se arbitrat, sapè etiam iniqua poscunt, vt æquum obtineant. Agendo tamen, cedendo, concedendo, deprecando, eò deueniunt, vt pacem conciant, cum videlicet id, quod conuentum est, vtraq; pars iustum, vel tolerabile iudicat, aut sanè tale, quod bello sit anteponendum. Eadem in arbitrijs iudicijs, & priuatis conuentionibus ratio tenetur, & nescio an vlla sine tali moderatione pacificatio constituta sit. Hunc ad modum exigunt religionis consensionem atq; vnitatem

*Nouitate valent hæreses apud curiosos.*

*Quo mo-  
tis.*

*Ma-  
hæ-*

*Ch-  
rel-  
fieri  
pos-*

*Politico-  
pacifitatio-  
nes.*

*Non  
nostri  
testa-  
dem  
re.*

tem. Concedatur hoc Lutheranis, illud Calvinianis, aliud Anabaptistis, & ipsi vicissim cum Catholicis, cum aliis multa concedant, rigidum questionum examen intermittatur, sic pax in diebus nostris.

§. 2. Posse sic in concordiam mundum reduci: sic remissione qualitatum elementa contraria in firma ac solida corpora temperari, sic ex sonis disparibus jucundissimam effici harmoniam, nec quicquam animalibus in partem cedere nisi à nativo rigore deflexum, atque aliena naturæ attemperatum. Si utrinque duris dura collidas, omnia frangi, lenitate, & indulgentiâ plus profici apud obfirmatos. Plura concessuros, si à te factum sit principium. Summum jus esse summam injuriam, extrema omnia etiam in bonis periculosa esse.

Quales sint moderato-  
ri.

Marcionis  
heresiu.

Cur mixtio  
religionum  
fieri non  
possit.

§. 3. Hæc atque alia dicuntur vel à malevolis infidiatioribus, vel à simplicibus, vel tenuiter in pietate instructis, & civilis prudentiæ opinione turgidis, quos si Theologi sequantur Marcionis Pontici exemplo vniuersum Christianissimum breui tempore abolent. Marcion ex omnibus, quæ in qualibet hæresi fœda, crudelia, delicta, atque impia erant, se legit, atque ex tot malis monstrum vnum conflauit. Quod si nunc in vnum omnia miscemus, tanto detestabilius, ac perniciosius erit monstrum Marcionico, quanto terribiores, & pestilentiores hæreses sunt, ex quibus venenum hoc componetur, quod enim in quaque hæresi capitalissimum erit, & virulentissimum, id in hoc conuenit, & æquatur: totam saniem suam effundet, eritque hoc malum malorum summum, de malorum omnium medulla sublimatum. Rem ipsam videamus. Concedendum Calvinianis: Deum nos ad peccata destinare, incitare, impellere, cogere. Concedenda Lutheranis Vbiuicinas. Concedendum Osiandris nos essentiali Dei iustitia iustos. Concedendus Memnonigeris Anabaptismus, si eadem concedendæ scortationes, & in caribus nocturnis adulteria, concedenda Libertinis flagitia, & dicendum. Non ego, sed Deus fecit. Pauca nominavi, infinita esse, illi ipsi fatentur. Ex hæc quæ moderatio, quæ religio conficietur?

Rectè Musonius apud Strab. Serm. 7. Improbos non posse alere concordiam. Lignum curuum non recto, nec ligno aliter curuo conuenit, neque lux tenebris conuenit, sed quantum lucis accedit, tantum abseedit tenebrarum. Pax illa igitur esse non potest, nec moderatio illa, quæ nos à moderatore omnium rerum abducit. Veram Religionem tenemus, sine scelere eam inquinare erroribus alienis non possumus. An ego mentiar, vt Calvinianus aliquis, aut Osiandrinus, de meo mendaciò disceat verum loqui? Deum ego auctorem peccati adorabo, Christum Vbiuicitarum confitebor, precium sanguinis ejus cum Socinianis abjurabo, decem articulos negabo, ne illi de purgatorio, indulgentiis, & aqua benedicta suo more nugari pergant? Totum Christum negabo, cum Vorstio & Osiandro, vt dimidium Christum de eorum benignitate possideam, quem totum cum haberem, illis prodidero? Neque hic tenenda est illa, quæ in fœderibus Regum pangendis ratio seruat, ibi de jure suo remittere, fundo cedere, bello parta dimittere, humanitatis est, & nimia in jure suo retinendo firmitas peruicacitæ deputatur. At de religione, quando controuertitur, non est in potestate litigantium de victoria pacisci, veritatis enim causa agitur, & ejus veritatis, de qua summas, atque in creatæ veritatis æternum decretum habemus. Quicquid de illa veritate mutaris, sacrilegium est. Quicquid addideris, abominatio est. Conceptor enim omni audenti verba Prophetiæ libri huius: Si quis apposerit ad hæc, apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto. Et si quis diminuerit de verbis libri Prophetiæ huius, auferet Deus partem eius de libro vite, & de ciuitate sancta, & de his quæ scripta sunt in libro isto. Hæc de vniuersa do-

Non est in  
nostra po-  
testate ju-  
dici mutari.

ctrinæ Christianæ Oeconomia, & credendi normam accipienda sunt, quam de Apocalypsi Joannis, quandoquidem eadem auctoritate dictata sunt. Spiritum sanctum corrigit, quisquis ista commutat, diuinam sapientiam negat, quisquis humano ingenio supremi iudicis sententiam moderatur.

§. 4. Quicumque igitur verè Christianus, & dogmatum sacrorum à Deo rationem expectit, non de suo fabricatur, satis intelligit, minimam à veritate cœlesti declinationem, si voluntaria sit, in mortem esse lapsum, cum DEVM erroris arguat, qui doctrinam ab ipso traditam suo magisterio moderati præsumit.

Nec tamen sic paci consulitur errantium, si errantibus indulget, sed animus additur, vt majora moliantur, animum persecuti, fidentius ad exitum properent. Vna meta est veritas, ad eam errando non peruenitur, vnus finis credentium, salus æterna, ad eam negando DEVM, consentiendo erroribus, & iter non pertingitur. In barathrum incidis, si de vertice rectæ doctrinæ moueri te sines, in decliui stare non poteris, si in summo non steteris. Nihil Deo credis, si in vno fallacem arbitraris, nulla tibi crededi superest ratio, si auctoritatem reuelantis vel repudiasti, vel exiti hæreticorum paci condonasti, non est illa pax, sed cum perfidia, sacrilegio, impietate, cum ipso inferno pactio. Simulata religio duplex est impietas, nam & impius est, & pietatem simulat.

Inutilis est  
mixtio reli-  
gionum.

§. 5. Duplici igitur malo laborat, ideoque est incurabilis, qui furo regit impietatem. Sed & hoc loco experientia docuit, quam consilium illud miscende religionis inutile sit. Notæ sunt in Belgio fœderato prædicantium concertationes. Illis sequestrem, & pacificatorem se interposuit Grotius vir doctus, & Politicus, Jureconsultus, sed quid Bogermannus Prædicans? pacificatorem Grotium oppugnat. Bogermannum Caspar Bartheus, in Bogermanno 1627. 20. 4. 4. Tota quæstio versatur in eo, quod Sibrandus, & Bogermannus ordines Hollandiæ, qui tolerantiam mutuam dissidentibus imperarunt, LÆSÆ PIETATIS aculant. Quæ verò in inre pietatem læsetint, Sibrandus exponit. Ordines Hollandiæ scribit, ab homine indocto, & stupido decipi velle, pati illos Ecclesiæ distrahi, & perturbari, omnes eos electis Episcopis, politicam potestatem, ad se transfuisse, tergiversantibus patrocinari, hæresiarum publico stipendio alere, hæreses Socini in Ecclesiis introducere velle, & similia multa, quæ audacter ille, & intrepide effusiuit. Hæc Sibrandus: at Bogermannus tantum abest, vt illa improbet, vt potius Paroxysmum Apostolicum esse definat.

Non igitur fieri potest, vt Rigidi consentiant in vllam moderationem, aut mixtionem. Nec sanè fieri potest. Cur igitur homines Politici suam prudentiam legem æternam moderandam censent? quia sine lege esse sese arbitrantur, ideo scita sua effatis antefecerunt creatoris, quia fide non valent, qua sola æstimatur Majestas ejus, qui offenditur.

Petrus Apostolus vocat Sectas perditionis (2. Pet. 2.) quis ad eam demens igitur, vt Sectis illis communicet? atque inde salutem expectet, vnde non nisi exitium hauriri potest? Sunt hæretici (de vere hæreticis loquitur, non errantibus, & hæreticorum Sectatoribus incautis) falsi Propheta, lupi rapaces, Pseudochristi, fures, & latrones Matth. 7. & 24. Joannis 10. Sunt Pseudopostoli, operarii subdoli, homines seipso amantes, cupidissimi, elati, blasphemæ, scelerati, sine affectione. 2. Corinth. 11. 1. Timoth. 1. 3. Sunt Pseudopropheta, Magistri mendaces, serui corruptionis, indocti & inflabiles. 1. Petri 2. Antichristi & Seductores. 1. Joannis 2. Tales manent, etiam si vnum alterumve errorem abiciant, si in cæteris manent pertinaces. Non potest cum illis iniri societas à CATHOLICIS, nisi tantorum

fœderum confortium amplectantur. Illa inquam fo-  
cietas, quæ in moderatione religionis quaritur, qua  
scilicet veritas falsitati iubetur attemperari.

§. 6. Potius itaque S. Cyprianum audiemus Ep.  
ad Corn. quæ est 55. *Declinent fortiter, & euitent dilectis-  
simi fratres nostri verba, & Colloquia eorum, quorum sermo  
vt cancer serpit.* Nec Colloquia modo, in quamcunq;  
probandi erroris illorum occasionem, sed alia quoq;  
p q̄ trahi in communionem hæreseos solent. Nulla,  
inquit, cum talibus commercia, nulla conuiuia, nulla Collo-  
quia misceantur, simusq; ab illis tam separati, quam sunt illi  
ab Ecclesia profugi, hæc vitent, cum periculum est con-  
tagij, quarant, si spes est alios conuertendi. Magnus  
Antonius, vt testatur in ejus vita Magnus Athanasius,  
Mamechis aut aliis hereticis nunquam amica verba largitus  
est, denunciando eorum amicitiam, atq; sermones perditionem  
esse animæ. Sed Arianos detestabatur, vt omnibus diceret: Ne  
iuxta quidem eos esse accedendum. Et ipse Antonius iam mo-  
riturus, hereticorum, inquit, & schismaticorum venena vi-  
rate, meumq; circa eos odium sectamini. Scitis ipsi quod nul-  
lus mihi pacificus sermo cum ipsis vnquam fuerit. Nos si vi-  
tare illa non possumus, & interdum non debemus,  
id seruo agamus, ne nostra conuersario illos in errori-  
bus confirmet, dum eos putant à nobis vel probari,  
vel tolerabiles iudicari.

CAPVT XXIV.

Non posse seditiones ex religionibus ortas  
Syncretismo tolli, ex natura sineque  
eius docetur.

Pro pacem  
fidias molit-  
ur Pareus.  
Videlib. de  
falsa pace.

§. 1. **D**ISSENSIONIBVS annorum nonaginta,  
odijis p multas injurias asperatis, bello Euan-  
gelico pacem ex Synodo Generali quarunt Calui-  
niani: sed quoniam fida pax, alumna veritatis, ini-  
mica simulationis, inficia fraudum, hæreses, fucum,  
dolosq; execratur, & fugit, iidem sinceræ concordie  
spei dejecti, pedisse quas ejus, inducias affectantur,  
falsæ pacis imagines architectantur, Syncretismos  
moliuntur. Quamobrem cum de *Vnionis & Synodo  
euangelicorum* lib. singulari tractarim, nunc de Syncre-  
tismo agere constitui. Est verò *syncretismus* falsâ,  
simulata, insidiosa pax, odiorum callida dissimulatrix,  
in occasionem vltionis intenta malitia, ignis suppo-  
situs cineri dolo, periculum ingeniosè tectum, ini-  
micitie ostentatione officij blandientes, vmbra fœ-  
derum, discipula Machiaueli, filia Epicuri, pestis  
humanæ societatis, mors pietatis: Hoc monstrum  
tot Lutheravorum libris, colloquijs, Principumque  
imperijs confossum, atque concisum, iterum obste-  
rricante Sapientia Heidelbergensi, edidit partu infe-  
lice Pareus. De illo discursum potius, quam judi-  
cium meum proponere est animus, causam ergo exa-  
mino, sententiam illi, ad quos pertinet, Respublicæ,  
& Principes ferent.

Pacificorum  
est insidias  
amoliri.

§. 2. Quod si quis eorum qui discursum meum  
lecturi sunt, fortè miretur, cur ego Societatis I E S V,  
& sacrorum studiorum alumnus, quorum omne cur-  
riculum, omnes partes officij pacem efflagitant, pa-  
ce vigent, bello debilitantur, ac franguntur, quali-  
cunq; paci minus æquis esse videar? Eum ego, sem-  
per pacis stator, & auctor, quæso oroque, vt sine of-  
fensione instituti mei rationem audiat, auditamque  
expendat; qua in censura, nec amici bene-  
uolentiam imploro, nec inimici iudicium subire re-  
culo, satis æquitate sua hæc causa consistit. Intelli-  
gent omnes non me paci, sed bello tæterfimo, quod  
sub nomine pacis latitat, non inducjs, verum Syn-  
cretismis, insidiarum & bellorum seminarijs aduer-

fari. Pacem veneror, inducias quasi pacis quasdam  
præambulas, & dominæ suæ pacis insignia, oleam  
præferentes, toto animo excipio, atque amplector;  
Easdem verò si veræ pacis exuuijs indutæ bellum oc-  
culent, si tectam paciferâ fronte fœderalem hastam in-  
jiciant, vt infidam simulationem, venenum concor-  
diæ, pestem sinceritatis, dedecus ac labem Germani-  
cæ, hoc est, Imperantis nationis, abominor. Incer-  
tum bonum pax est, etiam cum serio petitur, & sin-  
cerè datur, cum paciscentium, mutuo amore animi  
fœderantur non literis tantum, & jurejurando fides  
obstringitur, quoniam corda eorum cum quibus eam tene-  
re volumus, ignoramus. Si igitur in verâ amicitia nemo  
securus est, quantâ nobis curâ fugiendus est Syncreti-  
smus, quire, & nomine, fraudem includit. Qui hoc  
ipso, quod Syncretismus est, simulati ad tempus amo-  
ris, & futuri odij professionem habet expressam?  
Syncretismus enim cum astutissimè pacem fingit, oc-  
cultis insidijs euerat. Rectè de hisce vit Sanctissi-  
mus, & Doctissimus iudicauit August. lib. 19. c. 5. de  
Ciuit. Dei. *Nullæ sunt, inquit, occultiores insidie, quam  
quæ latent in simulatione officij, aut in aliquo necessitudinis  
nomine. Nam eum, qui palam est aduersarius, facile cauendo  
vitare potest. Hoc verò occultum, intestinum ac domesticum  
malum non solum existit, verum etiam opprimit, antequam  
prospicere atq; explorare potueris. Propter quod etiam diuina  
vox illa. Et inimici hominis, domestici eius, cum magno dolore  
cordis auditur: quia etsi quisq; tam fortis sit, & æquo animo  
proferat, vel tam vigilans, vt prouido consilio caueat, quæ ad-  
uersus eum molitur amicitia simulata: eorum tamen homi-  
num perfidorum malo, cum eos esse pessimos experitur, si ipse  
bonus est, grauiter excrucietur necesse est: siue semper mali fue-  
erint, & se bonos sinxerint, siue in istam malitiam ex bonitate  
mutati sint. Si ergo domus commune periculum in his malis  
humani generis iuta non est, quid ciuitas, quæ quanto maior  
est, tanto forum eius litibus & civilibus & criminalibus ple-  
nius, etiam si quiescant non solum turbulenta, verum etiam  
sapienter & cruenta seditiones, ac bella ciuilia: à quorum euen-  
tibus sunt aliquando libera ciuitates, à periculis nunquam.*

Augustinus  
Syncretis-  
mum dete-  
statur.

Omnium itaque incolumitati consulo, dum pau-  
corum fraudes detego, nec classicum cano, sed Syn-  
cretismum diluadeo, suspiciones, simulationesque a-  
moueo, vt verè pacis impedimenta. Quia aliter ani-  
morum conjunctionio cordieque iniri non potest.  
Suaderi quidem potest credulitas, imperari debiliori-  
bus, exprimi subscriptio à metuentib; signari pactio  
cum inuitis, pax sine animorum beneuolentia mu-  
tuâ, & consensione esse non potest. Quod si meus  
discursus susceptus est Lutheranis, qui sunt Augusti-  
næ Confessionis, conscientias ipsi suas, quas ego ap-  
pello, inspiciant, consulantque. An Pareus ad de-  
cus, augmentumq; Confessionis Augustinæ, & Lu-  
theranæ religionis, an verò ad propagationem Cal-  
uinismi, exitium Lutheranismi, Syncretismum propo-  
nat, obrudat, vrgeat?

§. 3. Quanti verò Imperij, & Reipublicæ inter-  
sit, fraudulentissimorum hominum artes eliminari,  
atq; obteri, quis est, qui ignorat? Quis adeo ignarus  
est, non dico Germanicæ generositatis, & sincerita-  
tis, sed in vniuersum rerum humanarum, vt non mi-  
retur fuisse hominem, qui eo impudentiæ peruenerit,  
vt rem turpissimam, infidiosissimam, periculosissi-  
mam Serenissimis, Illusterrimis Regibus, Principi-  
bus, Amplissimis Rebus publicis non dubitaret of-  
ferre? Tantæ leuitatis perfidiæ, fraudulentia vatem,  
librum benè magnum edere? an nimium pauca fœ-  
derum & amicitiarum imitamenta noui Machiaueli  
passim concinnant: Patumne perfidia peperit, atq;  
in horas parit tam multiplex fides? Adeone mun-  
dum suis vitijs destitui, vetus, & veterator Theolo-  
gus putas, vt ipse fallendi Doctor, syncretizandi arti-  
fex.

Iniurius est  
in principibus  
Protestan-  
tes.

fer, fraudum exempla ab infami gente, in nostri seculi mores deducenda arbitris? Quid vetera, quid aliena scelera, mundo, quasi recentibus perire non possit, obrudis: sed demus obtinuisse te quem suafisti, Syncretismum. Dubiumne est, quantum dedecoris in Germaniæ Principibus, si infidâ & vulpinâ tuâ pacificatione illigari se sinant, hæsurum sit? Jubes eos Συκρητιστας, Syncretistare. Te igitur si audient, erunt.

Ex Germaniâ facit Cretenses.

Κρητες αει ψευσαι, κακα θηρια, και ερες αργοι, Cretenses semper mendaces, mala bestia, ventres pigri.

Si quis eos viderit, vetus verbum vsurpabit. ο κρης παρος τον κρητα. aut: παρος κρητα κρητιστονται. aut certe: ο κρης παρος αιγνητων, aut clarius: Αλωπεκιστων προς ετιρονη αλωπεκα. Tunc vetera, & jam penè intermorta sordidissima, & fallacissima gentis opprobria in Teutonicos Proceres transferre paras? Adeone viles illi tibi sunt, in quibus est Germana constantia, grauitasque, Romana Majestas, ac ius Imperij Augusti, vt Cretensibus assimilare non verearis, Συκρητιστας enim, hoc est, Concretissimos, h. e. fraudulentia, & odiorum plena pace conglutinatos esse dedideras, vt cum ad Comitia conuenerint, peccat illud ex formula fiducia; Inter bonos bene agier. Suprema tum lex sit concretizantium: Cum vulpe vulpinariet. Rideant nos exteræ nationes, dicantque, Ecce Cretensis cum Cretensi, Cretensis cum Aginetâ. Verum dicta exterorum contemnamus: quis enim superesse poterit, in re tam flagitiosa pudor? Anne poterit vel fice esse pax? quid lenocinia verborum, qd frontium mendacia proderunt Syncretismum professis? amicitiam enim in speciem simulare se fatentur, vt occasionem expectent, qua absq; suo periculo concretillatis incommodent. Videre vellem ipsos Principes, aut saltem legatorum vultus ad gratiam compositos, audire mollia verba eorum, quorum scopus est, pacem ostentare vultu, animis odia reponere. Qui n. syncretissat verborum tenus amicus est, ore blandienti artificia moderatur, Νοσ de κακα Βουσοδομευες, mente intima struit malum. Vicerit tamen & hic Patreus: omnes Germanicæ sinceritatis venas impleuerit Cretensi sanguine Calvinismus, naturamq; Circeo Pharamaco immutarit, vt jam sint non Germani, fidi, generosi, sed potius Cretenses semper mendaces, mala bestia, ventres pigri. Quæ fœdera, quæ commercia cum Regibus populisq; exteris sperare poterunt? Quis cum illis sermone mittere sustinebit? quis legatos vel mittere, vel excipere, quorum fraudulentiam, aperta fronte, Syncretismi titulus ostentat? Quis tam stultus vt illis credat, qui professâ fraude, contra domesticos, infidias machinantur?

Omnia fœdera suscipit facit.

§. 4. Hæc fugite, ô Reges, ô Principes, ô Republicæ, quæ de Euangelio nominari gaudetis, non est sanguinis vestri, non dignitatis, sed neq; vtilitatis, patriam nostram, Cretensium, & Oxydracorum fraudibus imbucere; q; ni mature cauetis, periculû est ne nõ modo fides vestra, sed & fidelitas in dubiû vocetur, ne omnia promissa, scripta, iuramenta quasi fraudulenta simulationis artificia, non veri & constantis animi indicia, Collegæ vestri, & exteri Principes aspernentur. Imò iam dudum susurros audio multorum, qui sæpius cogitant, quid aliquando statuere & facere, de consilio Cretensium ministrorum possitis, quam quid officij vestri sit. Timent illi, ne eos, quos toties orantes, de Syncretismo & fraudibus auditis, aliquando probetis. Quod quanquam alienum esse à vestro ingenio existimant, suo tamen periculo experiri non necessarium esse ducunt. Verum de hisce deinceps speciatim agemus.

§. 5. Syncretismi notionem naturamq; hætenus exposui, in eorum tamen gratiam qui vberiore explanationem desiderant, exemplo rem vniuersam declarabo. Illud nobis Hollandia omnibus Syncretismi numeris absolutû dedit, eoq; plani & pfecti, q; Syncretismus ille non Calvinianorum fuit, & Lutherianorum, q; è diametro pugnant, sed in gente Calviniana, Rigidos inter, & Molles coaluit. Res hunc in modum gesta est. Atrox initio, Calvinismi in Belgium inducti, inter Reformatores dissidium fuit, vicere tum Rigidiores, sed in Arminio focisque reualuere Molles, & Anno 1606. in Synodo Gorcomiana Cathedris Palatiniani, & Confessionis Belgicæ censuram obtinuerunt, eoque rem labore, & ordinum favore deduxerunt, vt alios penè depresserint. Post multa colloquia, scriptaque iussi sunt vtrique sententiam suam de concordia ineunda proferre, atque in medium consulere. Mollium, qui se ex libelli editi titulo Remonstrantes vocitant, hoc consilium fuit.

Syncretismus Hollandorum.

Primo, Caritatem, & benevolentiam mutuam colendam.

Media ad pacem.

Secundo, Coniutiis, & condemnationibus super sedendum.

Tertio, Synodo controversias decidendas.

Quarto, sibi sua sententia defensionem, & ordinationes ministrorum, qui secum sentirent, permittendas. Ad hæc se paratos esse.

Rigidi vero qui ex alio scripto se nominant Contra - Remonstrantes, ita censuere.

Primo, Exacerbationibus, & dissidiis solâ Synodo nationali occurrî posse.

Secundo, Synodi, in annum vicefimum, dilatione, offensacula tanta esse nata.

Tertio, Synodo, vtrinq; litigantes, semet submittere oportere, omnes, qui Ecclesiarum Reformatarum esse, & dici ministri velint.

Quarto, si Synodus haberi nequeat, exterarum Academicarum iudicio standum.

Quinto, Aliam viam pacis bonâ conscientia seligere se non posse, si ipsi aliam tentarent, ceteros tamen pastores non consensuros, auditores etiam a se discessuros.

Sexto, Non esse vtrinq; parti edicendum, ne ea de re doceant, disputent, hoc enim interdico veritatem oppressum iri.

Septimo, Non tamen vtrinq; parti permittendum, vt liberè doctrinam suam proponat, id enim futurum cum ingenti scâdalo, & offensione, si vna in vrbe hoc, in alia alio modo, imò in vno eodemq; templo, inq; eadem cathedra, ante meridiem quidem sic, post meridiem verò contra doceatur. Hinc secuturas noxias confusiones, scandala, schismata ad Ecclesiarum vastationem.

Octauo, Itaq; aduersariis Remonstrantibus seu Mollibus edicendum, vt de quinq; articulis controversis sententiam intra se contineant, neq; eam pro concione, aut alioqui scribendo proponant, vel vrgeant siue publice, siue priuatim: nec sententiam Rigidorum seu Contra - Remonstrantium cum his articulis pugnantem insectentur, vel refutent.

Mollibus silentium intra se contineant, neq; eam pro concione, aut alioqui scribendo proponant, vel vrgeant siue publice, siue priuatim: nec sententiam Rigidorum seu Contra - Remonstrantium cum his articulis pugnantem insectentur, vel refutent.

Nono, Mandandum tamen Contra - Remonstrantibus, vt contra Molles, seu Remonstrantes moderate disputent, eosq; oppugnent.

Decimo, Interea neminem ordinandum, qui cum Remonstrantibus sentiat.

§. 6. Ordines tandem pro pace Ecclesiarum suarum Anno 1614. mensc Januario decretum fecerunt. Quo vsq; ad Synodum futuram quietos esse iubent, sapere ad fauens sobrietatem, alio tolerare, & pati, vno verbo Inducias agere, eodem iure omnes esse, Remonstrantes Religionis sua causa nullam molestiam pati. Vetant etiam horrida Rigidorum scita doceri, vt, Aliquos à Deo ad damnationem creatos esse. Necessitatem peccandi alicui impostam. Aliquo à Deo imitari ad salutem, quibus salutem dare omnino non decreuerit, &c.

Ordinum decretum fauens Mollibus.

Ecce

Ecce tibi lector post tot annorum acerrimas disputationes, inscriptiones, anathematismos, fulminationes, digladiationes, à Magistratu iustus inter duas vnius Calvinismi acies Syncretismus, nunc quæ consecuta sunt, videamus, ita tamen vt leges Syncretismi à Rigidis latas simul expendamus.

§. 7. Primo, Synodum præcipuè vrgent, quia multitudine superaturos sperant, quos Remonstrantes eloquentia, industria, & fauore Magistratus vincunt.

Secundo, Iniquissima lex à Rigidis proponitur, vt Mollibus non publicè, non priuatim liceat doctrinam suam proponere, non libris, non concionibus sententiam suam defendere, vel alios oppugnare, nullum è suo grege ordinare. Negant Rigidis, *Molles amplius tolerandos esse, plus satis aiunt toleratos. Iniquum esse asserunt, quod nobilium potestatum. (ordinum) tutelam aduersus omnem censuram Ecclesiasticam implorent.*

Tertio, Syncretismi vera illa facies est: Silentium imponunt Mollibus, accusare æquum censent, vocem respondentis interclusam volunt. Haud stultè sapiunt, facilis victoria, si cum muto deceres, si quæ omnium gentium diuino semper iure concessa est, accusatis defensio denegetur. Quomodo enim tot calumnijs debilitata, tot odijs agitata veritas æquitate iudicium recreabitur, & consistet, si inaudita, atq; indefensa damnatur? Barbarum omnino facinus, nec Lugdunensibus, nec Seythiis cognitum aris, vt veluti reus pereat, cui negatum est innocentia patrocinium.

Quarto, Ordinatio Mollium vetatur, astutissimo consilio, duo comoda paucis verbis seclæ suæ procurant. Nam & studia Mollium, spe honoris, & fructus sublata, imminuuntur, & ad paucitatem eos redigi negata successione necessum est. Sed edictum ordinum de mutua tolerantia & moderatione causam Remonstrantium seu Mollium fecit meliorem, vt dixi. An verò edictum Rigidorum durities flecti possit? Ea de re ita scribit Rigidorum Greuinchouius vñ? è sex disputatoribus delectis, *Epist. dedic. disputationis de duabus questionibus. Sed, vt eadem purpura, inquit, homines delectat, raurus offendit, sic edictum aliorum quidem animos conuertit ad consilia pacis, alios autem ad pugnam irritauit, atq; exacuit magis: scio edictum hoc quibusdam vel eo tantum nomine suspectum, adeoq; exosum fuisse, quod ab illustribus ordinibus, non à Synodo promulgatum esset: alii, contra quam Rex magnæ Britannia suaserat, literas istas, neq; auctoritate publicâ, neq; moderatione vlla sopientias, sed Theologicis decisionibus & Synodalibus anathematismis, in alteram partem terminandas esse iudicabant. Itaq; nihil minus ab eo tempore tumultuatum est, quam antea, nec ab illis fratribus seguis inuolatum in Symmistas, & Ecclesias moderatores, quam ab infensissimis, & iuratis hostibus: Testis hæc ipsa Ecclesia (Rotterdamensis) Vestra, cui seruius in Domino & vos amplissimi D. D. testes estis oculati, quanto conatu, quantum a fictarum suspicionum, putidarum calumniarum, & falsissimarum criminationum mole, hoc vnum egerint, vt auersis auditorum animis, conciones nobis rariores, & templa deserta facerent. Pergit deinde artes eorum exponere, tribunicijs declamationibus populum turbandi, Presbyteros rurales idiotas demerandi, iudices atrocitate suspicionum occupandi, quadratos & simplices rurales presbyteros auribus ducendi. Hæc ille pluribus. Eo tandem res deuēnit, vt omni ordinum decreto contempto liberè volitarent Rigidis. Digna memoratu est historia, quam ibidem Greuinchouius recenset, referam ejus verbis. Memini me, inquit, in vicina Ecclesia audita concione quam virulentissimâ, amicam super ea collationem cum ipso Ecclesie eius ministro, S. Grutero à presbyterio petiisse. Sed post multas acerbissimas contumelias tandem quid? Responsum peremptorium: si Turca vel Iudæ esset, posse me ac debere, ad colloquiū admitti, Hæreticū verò istū nequirem, non audiendum, sed vitandum*

Rigidi sunt  
duri in  
Molles.

Edictum or  
dinum exo  
sum Rigidis

Quid Rigi  
di egerint.

Rigidi iu  
dicant Mol  
les nequiores  
Turcis  
& Iudæis.

esse ex mandato Pauli. Hæc post suauē colloquium, hæc post decretum Syncretismum, sed an hic finis? an mediocri clade contenta est ingens ira? effera rabies? Ecce aliud stratagemâ p̄p̄riū ac naturale Syncretismo. Dum in ordinum conspectu placide disceptant, dum odia vultu, fraudes blandiloquentiâ tegunt, dum singulis penè periodicis fratres appellant, dum spectatissime syncretizant, dum astutissime amicitiam fingunt, iidem inimicissimè atq; infensissimè socios, & fratres oppugnant, quia namq; Ordines in Remonstrantes seu Molles videbant esse æquiores, quam vt Rigidorum cupiditati irisq; obtemperaturi, & indefensos illos damnaturi viderentur, dura illa Rigidorum natio, nescia cedere, tenax propositum vrgere, perniciem illis aliunde extremam machinatur, inimicum Remonstrantibus externum, validissimum, & feruentissimum parat, q̄ in fratrum exitia ordines Hollandiæ oratione accendat, auctoritate permoneat, potentia penè compellat. Historiam ex Remonstrantium supplice libello refero. *Præerea, inquit, quum nemo nesciat, quid nuper titulo Regis magnæ Britannia scriptū sit ad prepotentes ordines Generales de pio & fideli quondam seruo Iesu Christi D. IACOBO ARMINIO, q̄ quidem ipse in illis literis (haud dubie materia scribendi falso a maleuolis subministrata ex hisce regionibus, q̄ quidem, cum Venia inclita ipsius Maiestatis, liceat summa cum submissione & debita reuerentia erga ipsum dicere, admodum abusive factum esse) debonestatur cognomine inimici Dei, ipsius verò discipuli, titulo sectariorum, pestium, hereticorum, imò atheorum sectariorum, quorum hæres expediat tempestiue, & in ipsa herba opprimi atq; euelli: quibus verbis Remonstrantes se quoq; tangi & ladi iudicant, quum tamen non magis Arminiani sint, quam Calvinistæ, aut Lutherani: ipsi enim se Christianos esse profitentur, ministros Ecclesiæ Reformatæ, minime infectos hæresi, aut seclæ, nedum (quod horribile dictū est) athea seclæ, sed in fundamento doctrinæ & fidei consentientes cum Ecclesiis magnæ Britannia, fidos patriæ ciues, humiles, subditos, Ill. DD. VV. humillimos seruos Sacra Regiæ Maiestatis, pro cuius salute, diuturna vita, incolumitate, & felici gubernatione ipsi Dominum Deum, Regem Regum ardentè orant: Visum est Remonstrantibus summa cum dimissione Ill. DD. Vestras rogare atq; obtestari, vt placeat Remonstrantibus concedere, vt cum bona Ill. DD. Vestrarum venia (vix quibus optime perspecta est in hac parte Remonstrantium innocentia) liceat ipsis viam aliquam tutam atq; honestam ingredi defendendi sui, & dictam iam Regiam Maiestatem humiliter admodum ac demisse commonescendi, tum de pia memoria D. Arminio, quem confidunt non hostem Dei, sed amicum fuisse & esse: tum de se, vt quos velint à criminibus grauissimis neque vlli Christiano homini tolerandis, coram toto mundo purgatos esse atq; liberatos.*

§. 8. Spectaculum ipsis vndis ac littoribus aspectum, Remonstrantibus verò inopinum, ac luctuosum, in patriâ, coram patrio magistratu, Theologi delecti, Ecclesiarum præsides, de fide, religione, caritate, sanctitate, mutua tolerantia disceptant, sese mutuo fraternis verbis instruant, consilia pacis suo magistratu fecerunt, ad Synodum se offerunt, ejus iudicio staturos compromittunt, & dum hæc speciosa in Hollandia populo hianti ostentant, eosdem in Britannia crudelissimè reos peragunt, sectarios, pestes, hereticos, at theos sectarios, criminibus grauissimis, neq; vlli homini Christiano tolerandis obnoxios assuecunt, tempestiue, & in ipsa herba opprimendos, atq; euellendos censent, tanto officio, vt Rex crediderit, tanto affectu, vt celeriter sententiam dictauerit, Magistratum alienum ad opprimendos etuellendosq; epistola horatus sit. Iudicij euentus, sententia Regiæ seueritatis, legatio transmarina, quæ fuerit accusatorum astutia atque atrocitas, ostendit.

Fortasse tam atrocis, tam perfidæ accusationis ad transmarinum tribunal delatæ, auctores non sunt

Blande lo  
quuntur  
Rigidi, &  
clam exitium  
struunt  
Mollibus.

Imp  
Rigi

Monit  
Luther  
nos.

Vide Th  
pag. 7.  
monstr  
he.

Rigidorum  
atrocitas

sunt Contra-Remonstrantes, nec Rigidi funestam sententiam, cum domestica obstitit aequitas, ex Insula deocarunt.

Rigidi accusatores Mollium.

Vellem igitur se ipsi purgarent, aut qui solus potest, Serenissimus Rex suspicione eos exsolueret. Nam accusatores nominando certos, ceteros, si non communione etiminis approbati, saltem facinore perpetrati immunes ostenderet. Verum accusasse eos in confesso est. Qui enim fratres suos indefensos perire voluerunt, qui silentium imposuerunt, qui intolerabiles, Turcis & Iudaeis nequiores iudicantur, & quidem contra publicum magistratus edictum, quid mirum, si defensori fidei, quod ordines leniores viderentur, rem asperius retulerunt? Deinde articulos Remonstrantium illos, de quibus controuersa est, nemo nisi Rigidus Calvinista condemnat, soli igitur illi accusarunt, qui soli causam accusationis habuerunt. Tertio, Regem prudentissimum ad incerti, aut ignoti accusatoris delationem, in causâ grauisimâ seuerissime iudicasse, nec nos suspicari debemus, nec laudatores ejus concedent. Quis igitur accusauit? nonne Rigidorum Primates, qui Molles familiarissime noscent, qui certa, testata, visa referre possent? Illi, inquam, qui colloquutionis exitum praesagebant, qui vinci se ratione & Ordinum iudicio sentiebant.

Improbis Rigidorum.

§. 9. Exemplum Syncretismi produxi, quod vel rudissimum quemque doceat. Quid vel in ipsâ Creatâ magis Creticum fingi potest, quam praestiterunt nobis Rigidi in Hollandiâ: domi fraterne disputant, falsâ beneuolentiâ indices in amore simulato dant voces sanctas de sanctuario Scripturarum depromptas, pacis leges componunt, iussu ordinum inducias suscipiunt. Interim externi Regis auctoritate, potentia, in perniciem sociorum & fratrum abutuntur. Sperabant Regiæ gratiâ reos, quos vincere non poterant, donandos, neque ausuros negare Ordines, quid ad promerendam amicitiam fœderati Regis, tam ardentem id exposcentis, paucorum famam, & vitam impenderent. Non ignorabant fœderatarum prouinciarum clauem tenei à Britanno, sine ejus auxilio intutas esse nauigationes. Zelandiam, & Hollandiam grauibus oppignorationibus illi obstrictas, vires Anglicano praesidio infestas, Anglos in Belgio esse complures, nec Belgarum paucos Regiam Majestatem praesere Ordinum suorum mediocritati. Omnibus hisce gratiâ, potentia, auctoritatis, vicinitatis, speciei, timoris praesidijs contra fratrum suorum, quibus concretissati erant, salutem vtendum sibi Rigidi arbitrati sunt.

Motio ad Lutheranos.

Vide Theses pag. 7. Remonstrantes.

§. 10. Aliam Syncretismi conditionem expectare, alia fœdera sperare nolite Lutherani, aut si alia, multis modis deteriora. Nam articuli de quibus controuertunt, tam vestri sunt, quàm Mollium. Docent enim illi: Primo, *Reprobationem non sine intuitu peccati factam.* Secundo, *Christum pro omnibus, & singulis mortuum esse.* Tertio, *Ita gratiam dari, vt tamen Spiritui sancto multi resistere possint.* Quarto, *an fides, & iustitia amitti possint, demonstrari ex Scripturâ postulant, dubitare enim se ingenuè profitentur, aliam licet sibi cum fratribus suis esse pernegant.* Ob eorundem articulos eadem contra vos iudicia sustinere debebitis, silentium vobis indicent, tolerandos esse negabunt, Turcis & Iudaeis nequiores declamabunt. Vt eunque verò blandientur Theologi, & fronte mentientur caritatem; verbis, & amplexu simulabunt fraternitatem, veniet tamen à blandientibus excitata tempestas, & procella regijs viribus armata vos feriet, sectarii, pestes, heretici, athei, sectarii, criminibus grauisimis, nulli homini Christiano tolerandis obnoxii eritis, simul atque illi fortiores euaserint, id eod tempore, atq, adeo in ipsâ herbâ opprimendi atq, euellendi, ne fruticare possitis. Tanto porro crudelius insurgent, quo plures illis ve-

sti debellandi causâ sunt, tanto cupidius quo magis victoriæ precium est, quo in luculentiores opes, successio, quod speratur, neque enim in vobis illa causabuntur errata, quæ in Remonstrantibus tam longinquo iudicio persequuntur, tam crudeliter vltiscuntur, quæ vix Aulici Britannia, nedum rurales idiotæ, seu quadrati, vt eos vocat C. euinchouius, intelligunt, in vobis maiorem sciendi habere rationem se arbitrantur, monstruosam nempe vbiquitatem omnium fidei articulorum debellatricem, Impanationem, *ἀνδρομαχίαν*, Osiandrisimum, Flaccianisimum, cætera hæreseon ab orco excitarum horrenda atque nefaria portenta. Longè tùm erunt fraterna nomina, cum vos deteriores illis vocabimini, qui nunc Turcis & Iudaeis nequiores iudicantur. Nec queri poteritis, qui enim Syncretisimum admittit, in pactum deducit fraudes, dolere de euentu non debet, qui fallendi conditionem in consilium attulit. *Quis miserebitur incantatoris à serpente percussis?* Cui mors inexpectata est, qui ora leonis licenter oberrat? Prælongas fugite Balenas, quæ ora Sirenum præferunt in Batauis, sed caudam Scorpionum habent in Britannia: si vos allicit vnus, alteriusvè subdola fictio, deterreant exempla acerbissimarum persecutionum, quas illi qui parum sibi cauerunt subire coacti. Atq; hoc exemplum esto Syncretismi Calviniani.

### CAPVT XXV.

Scopum Syncretismi primarium esse, vt violatâ religionis pace, Catholici macentur.

§. 1. Infame est nomen Syncretismi, res multo tærior, periculum in omnes intenditur, finis crudelissimus est, atque indignissimus. Exitium enim Pontifici Romano, Imperatori Augusto, Regibus, Principibus, Rebus publicis Catholicis, totique nomini orthodoxo, per hoc nefariæ conspirationis consilium paratur, per veterum exempla scelerum, p famosas patremijs fraudes in nostrû sanguinẽ grasatur sitientissima Catholici sanguinis, & Catholice pecuniæ sacerrima litis. *Pacem & vnionem Evangelicorum, Synodumq, generalem* sanguinariæ conspirationi prætexit, vt latrocinio suo speciem honesti inderet, Evangelicos omnes conuocat, vt ad prædam obtinendam adjuutores se pfiteantur. Vestibulum splendidum efficit, vt latenter, & tuto per substructionem operosè fucatam, in carceres, latomias, libitinas, rogos abripiat. Blanda oratio: *Vnio & Synodus Evangelicorum.* Populare studium pacis, & liber desiderii pacificorum dedicatus, sed p hæc speciosa p hanc Chyso-collam itur in vulnera. & sanguinẽ, in bella ciuilia, in theatra fauæ supstitionis, in amphiteatra Calvinistice crudelitatis. Migrat n. tandem, serius, ocyus in naturam suam Calvinismus, & mendacia affectatæ mansuetudinis horrore suppliciorum prodit, atque infamat. Quid igitur Syncretismo, & pacificationibus molitur aduersarius? Quis tantæ turpitudinis finis? Ipsum audiamus?

Finis exitum omnium Catholicorum.

§. 2. Capite 12. Juber pio Syncretismo aduersus communem hostem Antichristum studia, consiliaq, coniungi. Capite 11. hoc ardentius agit, cui & titulum hunc præscribit: Quod dum Synodus & concordia plena concilietur, interim pio Syncretismo, mutuaque tolerantia coire, & contra Papatum simul stare debeant Evangelici.

Hostem igitur Romanis ex toto orbe Silesius ille Hannibal jam moriturus inquit, hostem Romanis, hoc est, Pontifici, ejus defensoribus, amicis, clientibus,

bus, vndiq; auxilia circumspicit, etiam infida, & dubia, nosq; eadem opera cautionis admonet, ne bellum denunciatum esse nesciamus, quod tam notus feccialis indixit. Tria in hoc bello Principibus, eorumque consiliarijs considerata propono.

Primum est, Antichristi & Papatus nomine non Pontificem modo, sed omnes Clericos, Laicosque Catholica, & pura religionis ab illo lanista delignati. Secundum est, agere illum non de sua modo defensione, sed Catholicorum offensione, & armis vltro inferendis. Tertium est, Bellum ab eo suaderi, omnium, quæ vnquam humanum genus concusserrunt, crudelissimum.

In omnes omnino Catholicos bellum parat.

§. 3. Primum in confesso est. Papatum regnum Pontificum esse definiunt omnes, antichristi carnes esse clericum, ossa Reges, Principesq; seculares ostendere conatur in plaga Regia fol. 54. Græserus. eadem penè Pouellus in thesibus de Antichristo, omnium infestissime Benedictus Aretius in Apocal. 13. 15. Nomen bestia est esse filium Romana Ecclesia seu Catholicum, seu Romana Ecclesia membrum. Bestia autem duæ ab Apostolo Joanne describuntur, quarum maximam, atq; immanissimam, Imperatorem seu Imperium; secundariam verò, primè administratam, Pontificem interpretantur. Latissimè igitur hoc bellum faciet, contra Reges, & Regum primogenitos, qui in solijs eorum sedent, vsq; ad primogenitos ancillatum in pistrino molentiù, omnes n. Caluiniano pacificatori, cum irritari ceperit, Antichristiani sunt. In omnes, inquam, barbara immanitas grassabitur, sed primo in eos quos vicissè lucrosissimum fuerit, in Imperatorem, Reges Christianissimos & Catholicos, qui primogeniti sunt Ecclesiæ filij, & in tam diuino corpore membra nobilissima. Nec ad inuidiam hæc dico; nulla potest tantæ atrocitati oratio par inueniri, nec reprehensionem curant, qui ita docent, qui laudi sibi ingeniosam seuitiem ducunt. Parum est illis visum generatim omnes in tormenta, mortemq; deposcere, ne quisquam suæ dignitatis, aut generis rationem habitum iri confidat; Cæsarem, atq; Imperij Principes nominatim lanienæ destinat Aretius Caluinista in Apoc. 13. 7. Post acceptam, inquit, Christi dominam, mox impij hypocrita titulum Ecclesiæ ad se rapuerunt, & vera Christi mandata persecuti sunt, quam causam adhuc strenue defendunt, sedis imperij successores. Et: Quam latè enim Romanum nomen patet, tam latè pii (id est, Caluinistæ) persecutiones patiuntur. Cum hæc scriberet, nondum in Imperium tanta vi Caluinismus inuaserat. Et in versum. 1. Admirari bestiam, est Imperij successum, & felicitatem admirari, Augustum, sanctum, sacrosanctum, immortale illud predicantes. Et: Draco enim Diabolus est, qui sua ornamenta affingit Imperio.

Speciatim morti destinant Imperatorem & Principes.

Multo verò maledicentius in plaga regia Græserus: Imperium vocat plenitudinem diabolismi. Idem ipse cum fol. 55. omnes Catholicos vocasset bestialitas, deinde fol. 207. Catholicos, ait, omnes cum meretrice magnâ scortari, & Reges esse scortatores, adiungitque: In hoc ordine REGVM SCORTANTIVM HISPANVM & HISPANIAM tenere primas.

Neque dissimulat ista Pareus, nec potest; contra Papatum enim, & quos contumeliæ causa vocat Papistas, stare iubet omnes sectas, neque adeò ito ludus est vt nesciat, Basilicam Petri multorum Regum, & populorum præsidio fulciri, eorum vitam, potentiamque obstare, quo minus optimam prædam Sacerdotiorum Romanensium in sua præmia vertat, scit non nisi per fidelium Regum latera communem omnium Regum orthodoxorum in Christo Patrem posse peti: Prætoriam D. Petri nauem scit vniuersæ Christianitatis victrice classè præcingi, nec nisi illa disjecta expugnari, ac lacerari posse.

§. 4. Præcipuè verò, dedi noxæ optaret, quos c. 29.

mentitur dolo & armis prouincias suas sub iugum Antichristi iterum cogere. Qui verò illi? Cuius rei, inquit, documento sunt, Francica orientalis, Austria, Stiria, Carinthia, Vngaria, Troppauia, Donauverda, hæc de injuria expostulationem æquissimam suo loco adferam, nunc factis est ostendere, quibus bellum Pareus indicat, nempe Imperatori, Domui Austriae, Principibus Bavaris, Duci Franciæ Orientalis. Hæc, ait, consensu votis, consilio, ACTIVS fortius, & temporis obuandum. Hæc præcipue quidem ad Reges, Principes, aliosq; seculares pertinent, de quibus cum probarim, de Ecclesiasticis quos acerbius oderunt, dicere nihil est necesse. De his contentus ero proferre calumniosissimam Caluini opinionem Epist. 2. De Christiani hominis officio in Sacerdot. &c. Apud integros (Caluinistas) sanè & incorruptos iudices, non ita difficile fuerit palam facere, totam illam Romanensium opulentiam congeriem, ab ipsâ supremâ sede, ad minimam vsq; Capellaniam vt vocant, eximposturis, furtis, rapinis, sacrilegijs, pestimisq; artibus constat esse, & cuius nullam particulam attingere possis, quin multorum conscientia te scelerum obstringas. Quomodo impostores, fures, raptores, sacrilegi, malorum artium vsurpatores, multorum scelerum conscientia obstricti, sint tractandi, iura docent, & leges, quas ad improborum audaciam frenandam constitutas, cum vicerint, ad innocentiam orthodoxorum oppugnandam vniuersas conuertent. Quid enim victores non attentabunt, qui cum multa necdum habeant, & quæ corrasere, nondum securè possideant, bellum tamen in regna distita, ita Principes alienijuris, in Cæsarem ipsum decerni vellent. Qui cum ad Neccarum vino & ira incaluerè, moleste ferunt, si in Francia orientali, Austria, Stiria, Vngaria, Troppauia, vrbè Donauverdana, veritas antiqua, in quam primo regiones illæ baptizatae sunt, contra nutum eorum, diuisionemq; doceatur. Dixi & probauimus omnibus illam belli calamitatem clademque denunciari, nunc alterum ostendam, non hoc eum agere, vt quocumque modo parta tueatur, & defendat, sed imperium augeat, infesta arma inferat, occidat, spolia detrahat.

§. 5. Primo enim, hoc praxis Gebennensis, Heluetia, Gallicana, Belgica, Britannica, & quam nunc Bellum of-  
suum sensuum  
cognat.  
bellum perfidia suæ propagandæ, imaginibus frangendis, caeremonijs Catholicis abrogandis suscipiendum putat, at qui tanta molitur, non sufficit illi sola defensio, inferendum est illi bellum, non sustinendum modo. Sed præstat tartaream ciuilibus bellitubam audire sua verba tonantem. In Rom. 13. dub. 4. Propositiõ 7. Christiani Reges & Principes debent resistere tyrannidi Pontificia, etiam gladio, & vi eam impediendo, frangendo, idola tollendo, & Ecclesiam suam libertati restituendo. Nemo non intelligit bellum hic offensiuum mandari, aut si quis dubitat, sanè tres quas subiungit rationes, omnem scrupulum eximere merito debent.

Ratio prima. Principes debent esse terrori operibus malis, vltros ad iram iis, qui male agunt; At opera pessima sunt Antichristi, coercenda igitur gladio eius malitia. Quis vero dicat Principi solam contra maleficia defensionem mandari? Quis negat Magistratus esse munus, latrones, fures, maleficos sollicitè inquirere ac vestigare, è latibus protrahere, legibus in eosdem conuictos, & iudicatos agere? Quis verò non videt illa ratione, in Pontificem, Cæsarem, omnes status Catholicos Caluinianis non modo jus, & gladium dari, sed mandari etiam vltionem? Exeranda profecto hæresis, quæ non modo in Collegas Principes, qui antiqua in Patrum religione persistere, permittit bellorum & rapinarum licentiam, sed crudelitatem etiam præcipit. Crudelior est etiam altera ratio,  
Quis

Certis Germani & Principes accusat.

Plessig  
B  
me  
lum  
cui  
i  
tat.

Plessig  
dilat.

Bellum  
crudel  
munt.

Principes  
aut debere  
Pontificem  
oppugnare.

Cur  
Caluin  
fia?

Quia hoc illi mandatur. Apocal. 18. 6. Reddite ei, sicut & ipsa reddidit vobis, & duplicata ei duplum secundum opera eius: in poculo, quo propinavit, propinate ei duplum. Ergo regnum Papae destruere debent. Iustum sane mandatum, sed contra Antichristum, & ejus adjuutores, quos contra Deo dirigitur, impius & crudele, cum in Sacerdotes, & Christianos Reges ob persecutantiam in veteri pietate supplicia maleficorum transferuntur. Quid autem fieri velit ratione tertia copiosius exequitur. Quia praedicitur futurum, inquit, ut Reges & Principes Christiani odio prosequantur meretricem, & solam reddant eam, & nudam, & carnes eius comedant, & ipsam igni exurant, at praedictio habet vim praecipi, ut hoc faciant. Injurias, calumnias, sacrilegia aduersariorum in hisce Scripturae deprauandis verbis, & alibi exposui, nunc hoc solum volo, iudicio eorum, bellum quod machinantur, non esse defensivum, sed offensivum. Hinc Fredericus Braubomus Calvinista, libr. 10. Florum Flaminiorum c. 5. toto probare conatur; Mandatum diuinum de Pontifice evertendo omnes Reges Christianos habere, imò omnes Calvinistas. Tale, inquit, quale priuatum Ehdud habuit, nos publicum habemus. Hinc bellica Graeferi oratio in plagâ regiâ. Hinc Plessæi classis ad Regem Britanniae, in quo magna vociferatione flagitat; Ut Rex Italiam petat, vltore gladio Pontificem transfigat, venationem orbis exhibeat, eum in ponte Miluio calcet, pestum det, exturbet, auerno instar mola demergat. Magno hoc affectu petit vir mitissimus, qui & ipse adesse, pugnare, gladios generoso tepentes sanguine lambere desiderat. Ego, inquit, in praefatione ad mysterium iniquitatis suae inter principia praeselia misceam, inter triumphos, praecimente Angelo, CECIDIT illud congeminem, sanctae huius laetitiae totus immergar, aeterna contiguis immoriar raptus. Crudelitate militis veterani de sanguine Catholicorum in crassati taceo, laetitiam saeuam animi in cruce caesorum demerit, & tam gestientem ex carnificinâ laetitiam, ut vitam laetantis incidat, non arguo, quia Calvinistica pietatis est, non in spe filiorum Dei gloriari, non de consolatione caelesti gaudere, non in sanctam laetitiam diuinam dilectionis immergi, sed de cruce caesorum supremum laetitiarum apicem figere, sanguini Catholicorum immergi, & de alieno vulnerere, ac tormentis tantâ voluptate liquefcere, ut crudelitati suae immoriar. Hoc votum est militis, hoc omnium Ministrorum Calvinianorum, qui Martium illum pullum sanguine aluerunt. Duo jam satis explicui, nempe bellum in omnes decretum, deinde bellum tale, quo vltro vis inferatur, non quo solum illata reprimitur. Superest tertium, scilicet, bellum, si Parei auspicijs geratur, omnium, quae haecenus orbis terrarum subiit, fore immanissimum, & terribissimum, atque hanc truculentiam proprium finem esse Syncretismi.

§. 6. Crudelitate, Plessæi laetitia & voluptas clarius, quam verba mea, demonstrare potest. Multos audiuimus fuisse, & saeuos tyrannos, qui è sanguine, & doloribus alienis voluptatem ceperint, supplicia cupide spectarint, nullum tam beluino, atque effero ingenio meminimus, cui miserorum cruciat<sup>9</sup> tantam laetitiae vim obtulerint, ut mori coegerint, nullum carnificem qui ex tormentis alieno corpori adhibitis tantum laetitiae ceperit, ut in eo posset voluptas torquendi, quod in altero dolores, laceratioque corporis efficiebat, ut saeuienti gaudij immensitas, torto autem cruciatu magnitudo animam exigeret, solus Plessæus proficitur laetitiae illi carnificem se totum immersum, atque immortitum. Nos exercitum Plessæorum cogitemus, Doctores Pareos, caetera dicere animus cohorescit, non discurre de eo mens est, quod nulla haecenus carnificum ingenia inueniunt.

§. 7. Queres fortasse quam saeuitiae caussam praetendant Calvinistae? Plerique iram, odium, omnes fal-

sam opinionem, nonnulli eam quam percipiunt ex alieno cruciatu delectationem, quod crudelitati est proprium. Catholicos, quos illi Papistas appellant, Antichristianos esse opinantur, alij ita certo hoc sibi persuadent, ut etiam perjurio afferant, sic Pouellus in thesb. de Antichristo, alij dubitant, ut Serenissimus Angliae Rex, sed tamen quia id optantur, idcirco omnium hominum spurcissimos, & terribissimos, saeuissimos esse iudicant, de sanguine Sanctorum ebrios, idololatrias, Baaliticis, Bestialitas esse clamant. Sub operosis illis laruis (Catholicorum) inquit, in plagâ regiâ Graefus, nihil aliud quam crudeles homicidas, sceleratos, veneficos, impuros scortatores, furesque, & latrones regi & occultari, Grauis accusatio, nihil aliud latere, nihil humanitatis, nihil veritatis. Cum igitur tam sceleratas laruas nos jam dudum iudicari, omnibus supplicijs vexandos, omnibus contumelijs lacerandos ex eo praedictio constituit. Antichristum omnia saeuitiae genera in pios experturum sacrae literae nos docent. Est enim tunc tribulatio, qualis non fuit ab initio, quo gentes esse ceperunt, ipsi Pontificem Antichristum, Catholicos Antichristianos satellites censent, & administratos, ea causa omnem quam scriptura Antichristo tribuit, crudelitatem nobis imputant, eamque, quam ab vllis tyrannis exercitata fuerit, maiorem. Quod vero Apoc. 18. dicitur, Reddite illi duplum, sic interpretantur, ut dicant sibi à Deo imperatum, ut duplo a superiora tormenta nobis admovent, quam ea sint, quibus sanctos Antichristus excarnificauit. Verba Parei, etsi immaniora sint, quae Plessæi voluptas, audiamus. Nec praecipitur iniustitia, cum duplum ei reddendum praecipitur: sed nullum vltionis genus aduersus Papam iniustum, aut nimium esse significatur, duplum esse intelligitur non eius poena, quam sit meritis, sed eorum malorum, quae ipse prius inflixit pijs, & quibus Ecclesiam affecit. Quam Emphaticè, Nullum genus vltionis: Nec in solam Pontificis personam supplicia decernuntur, Regum & Principum victore Plessæo erit eadem fors, multi namque illorum plus multo Calvinistis, quae Pontifex obfuere. Praefertim illi, quorum pia cura, vitâ, monitione, puincia quaedam ad pristinae fidei cognitionem, verumque Dei cultum sunt reducta. Haec nobis expectanda sunt, si Syncretismus euincat, & Deus moderari genus humanum desinat. Carnificina praesidebit Pareus minister orcinus, in duplum, durus poenarum arbiter supplicia exaggerabit, ne minus duplo dependant, studiosus, & gnarus torture cauebit; nam ut excedant, tortoribus, si libebit, per Pareum licebit; Quia nullum vltionis genus, nimium aut iniustum. Aderit totus sanctae laetitiae immerseus Plessæus. Inueniet Pareus, quod Phalaris mirabitur, quod Busris obstupefecit, quod nondum ausus est, vel nondum potuit Calvinismus, dictabit non plebeis modo corporibus, sed Regum & Principum Majestati, Episcoporum sanctitati adhibenda supplicia, & tanto carnificinae Magisterio gnauiter vsus, Catholicos tormentis, Plessæanum exercitum, laetitia de tormentis Catholicorum conceptâ, exstinguet.

Sauior es tristi Busride, sauior illo,

Qui falsum lento torruit igne bouem.

Quisq; bouem siculo fertur donasse tyranno,

Et dictis artes conciliasse suas.

Nihil ad votum pacis Christianae, & Syncretismi molitiones Hetruscus ille tyrannus, de quo canere pueri solent:

Mortua quinetiam iungebat corpora viujs

Componens manibusq; manus atq; oribus ora,

Complexu misero longâ sic morte necabat.

Haec in nos duplabit Calvinista. Quae tum facies orbis, quis locus excipiet timidos, quot poenae superanda fortibus? qui gemitus? qui sonitus plagarum? qui nidores ignium in vulneribus stridentium?

Quis prodere tanta relatu

M m m

Eunera?

Ut misericordia negent, Laruas nos, non homines putant.

Sauiores Parei.

Plessæi regem Britanniae ad bellum Italiam cum incitat.

Plessæi cruciatum.

Bellum fore crudelissimum.

Cur saui Calvinista?

*Funera? quis cades posse desere nefandas?  
 Quid tale immanes vnaquam gessisse feruntur,  
 Vel Scinis, Isthmiaca pino, vel rupe profunda  
 Scyron, vel Phalaris tauro, vel carcere Sylla?  
 Vel gladius Barauti, vel gliribus Hugonotta?  
 O mites Diomedis equi? Bufiridis ara  
 Clementes! iam Cinnapius, iam in Spartace lenis  
 Pareo collatus eris.*

*Non posse  
 credi Cal-  
 uinistis pa-  
 cem offe-  
 rentibus.*

Quantus dolor erit, qui letale gaudium Caluini-  
 no parere queat? Cujus etsi forte manus nondum  
 Catholico sanguine maduerunt, calamus certe  
 quo scribit, sanguine nostro tinxit, & fauces nostrâ  
 morte cruentavit. Hæc consilia sunt tribunorum no-  
 stri temporis, hæc Theologorum scita: Vincere causa  
 non possumus, occidamus. Preceptum diuinum, quale habuit  
 Ehdudex priuarum aduersus Moabiturum Regem, habe-  
 mus nos publicum. Quale hoc præceptum? occide; vir-  
 tus, an dolus quis in hoste requirit? Potestne igitur esse  
 pax tibi ô Pareo cum illis, quos te jubet Deus occide-  
 re? si lex à summo Domino iusta est, qua cades nos-  
 tra vobis demandatur, vosq; ita esse iudicatis, fœ-  
 dus omne, spemq; concordie in æternum abrumpitis  
 Tecum, inquit, pacem faciam, sed contra legem  
 Dei venire non possum, is iussit, vt te occidam. Man-  
 datum habeo publicum tui occidendi, priuatæ paci-  
 ficationes, fœdera, iuramenta irrita facit imperium  
 supremi Imperatoris. Jam te satis intelligunt nostri  
 Principes, quorum potentiam, animosq; idcirco ar-  
 ctissimo fœdere diuina bonitas deuinxit, in sui de-  
 fensionem, ne carptim singuli turbonum istorum in-  
 sidijs perirent. Ab illis verò religionis pacem expe-  
 ctare, quibus caput est omnis sanctitatis, aduersarios  
 primo quoq; tempore occidere, stultum est, ab ijs, in-  
 quam, qui non modo fœdera gentibus vîitata, sed  
 turpia etiam, & Syncretisimorum fallacias in mun-  
 dum inducunt: scilicet

*Tanta molis erat Romanam excidere gentem.*

CAPVT XXVI.

*Secundarium Syncretismi scopum esse dupli-  
 cem, euerfionem Lutheranorum, &  
 seruitutem Principum Calu-  
 nianorum.*

*Pugnam  
 verent in  
 Lutherana-  
 nos.*

§. I. Pontifice cum defensoribus occiso, postquam  
 carnes ejus deuorant, multos exusserint, ca-  
 dauertibus Tiberinum alueum obstruxerint, Syllana  
 tempora redixerint, quibus in stium primi cecidere, in  
 corpora summi, tum vertent in commilitones Lutherana-  
 nos ferrum, & Cadmæâ pugnâ Romanis manib; pa-  
 rentabunt. Si enim Papa simplex, simplicesq; Papiſte  
 tam erant conficiendi atrociter, quid meritis dicent  
 duplices Papiſtas, duplicesq; Papiſtas? Lutheranos enim ita  
 appellare ministri Caluiniani solent, vt libro de illorum  
 vnione probaui. Deinde causas eandem bellandi contra  
 ipsos habebunt, quæ eos ad Syncretisimum, & certa-  
 tionem aduersum Catholicos impulerunt. Principes  
 suos dicent oportere tyrannidi Lutherana resistere, etiam  
 gladio, & vi eam impediendo, idola frangendo, nam & Lu-  
 theranos idolis patrocinari Pareus existimat, in Rom.  
 i. dub. 18. Tertio, Lutherani Caluinistas bello perfe-  
 quendos censent, quis autem credat de hostibus suis  
 benignius consulturos esse Caluinianos, quos de se  
 non nisi crudelissimè cogitasse sunt experti? Joachi-  
 mus Westphalus, quoſcumq; Caluinistas fauere conperitum  
 fuerit, toto orbe exterminandos clamitat: gloriatur se scripsis-  
 se: Caluinianos gladio potius Magistratus, quam stylo esse re-  
 futandos: Auctor est: vt non modo professoribus Zvvingliana  
 doctrine, sed etiam approbatoribus interdican aqua & igni

*Lutherani  
 gladio agen-  
 dum in  
 Caluinistas  
 aiunt.*

Magistratus, ita Caluia. vlt. admon. ad Westphalum.  
 Hanc partem leuiter nunc ordinis causâ attingo, ipsos  
 Lutheranos causam suam agentes sito loco pducam,  
 inter omnes enim causas hæc præcipua est: De Lu-  
 theranorum itaque sententia rationes nouemdecim  
 causam explicabunt. Ne tamen turbones Caluinistæ  
 se ita tegere, atque opprimere putent posse animi sui  
 propositum, vt non emanet in vulgus, atque innotes-  
 cat, paucis cum illis agam, atq; ita leniter, vt offendi,  
 ita verè, vt respondere non valeant.

§. 2. Agite; pax esto, coalescat Syncretismus; con-  
 fulere Lutheranis vultis, scindi fraternitatem nefas  
 esse ducitis. In omne æuum nobis occisis, pacificè  
 cum illis viuere pollicemini. Si scientes volentes non  
 fallitis. Agite, hoc vnum pro Lutheranis omnibus  
 orator oro, quæſoque, Sinite illos vel ad vnum men-  
 sem in Marchionatu Electorali suum tenere locum,  
 non vt semper maneant precor, nimum hoc est, spa-  
 cium fugæ aliquod, & exiguum temporis vsuram po-  
 stulo, pignus illud vestræ humanitatis, & Syncretismi  
 habeat, ne pellere, quos tam conjunctos vobis prece-  
 ptatis. Hoc si impetro, moderationis vestræ lauda-  
 tor existam, si negabitur, quid Lutherani sperare pos-  
 sint, non video. Fundos & hereditates illis cedatis,  
 quos tam præpropere, ita auide pellere cepistis, vt  
 vestra importunitate miseris in furorem egeritis? quibus  
 nec precariam ad tempus possessionem indulgistis.  
 Si potentia seculari premere illos pergitis, quid  
 victi expectent, cum adhuc, stante fato, tam di-  
 ra patiantur? cum adhuc lenocinantibus Syncreti-  
 simi blanditijs exilia, p̄scriptiones, carceres sentiant?

§. 3. Quid autem, si ex Pareo planum facio Lu-  
 theranos non modo tutos esse non posse, viuis Calu-  
 nianis, sed nec ipsos quidem Reges & Principes  
 Caluinianos, nisi seruitutem seruiant, Ministrorum  
 suorum fraudes, atque violentiam declinare posse?  
 Tanta est Zvvingliani energematis prauitas, vt in sua  
 viscera ferrum conuertat, cum materia crudelitas in  
 externos intentatâ subtrahitur. Pareus in Rom. 13. ita  
 docet. Prop. 2. Subditi non priuati, sed in Magistratu in-  
 feriori constituti, aduersus superiorem Magistratum se, & Rem-  
 publicam, & Ecclesiam, seu veram religionem etiam armis  
 defendere iure possunt. His positâ conditionibus.

- I. Cum superior Magistratus degenerat in tyrannum.
- II. Aut ad manifestam idololatriam, atq; blasphemias,  
 ipsos, vel subditos alios vt vult cogere.
- III. Cum ipsis atrox infertur iniuria.
- IV. Si aliter incolumis fortunis, vita, & conscientia esse  
 non possint.
- V. Ne prætextu religionis, aut iustitiæ sua querant.
- VI. Seruata semper iustitiâ, & moderamine inculpate  
 tutelæ iuxta leges. Ex hisce conficere sibi rationes suas  
 possunt Principes Lutherani & Caluiniani.

Primo. Si Caluinianum Consistorium me judi-  
 cet Tyrannum, armate in me Prætozem, cum libebit,  
 licere arbitrat. Tyrannum verò dicet, si Vbiq-  
 tarios rigidos, & sæuos veritatis hostes feram, ac fo-  
 ueam. Si Caluinianos exterminem.

Secundo. Quanta licentia suum illud decretum  
 sanciet, licere Sarrapæ Ecclesiam suam contra Magi-  
 stratum majorem defendere? An si Ecclesiolam  
 Wittebergæ, aut Lipsiæ Caluinistæ congregauerint,  
 eam armis consul, aut Sarrapas contra Electorem tu-  
 cri jure bono poterit? Quam latè pateat illud: Ec-  
 clesiam defendo, Religionem veram tueor; nemo i-  
 gnorat, nisi qui adeo in Europa peregrinus est, vt ne-  
 ciat, quam multis religionibus vera fides jactetur. Si  
 Magistratui inferiori aduersus superiorem in ea cau-  
 sa datus est gladius, à Crellio occidi potuisse olim  
 Saxonie Principem concedant necesse est.

Tertio. Si ad manifestam blasphemiam velit cogere.  
 Nempe impationem, Vbiq-uitatem, si quis Luthe-  
 ricè

*Ingen-  
 culis  
 capi L-  
 rano  
 missi*

*Documen-  
 ta ad permi-  
 ciam Prin-  
 cipum.*

*Causa Cal-  
 uinistica  
 occidendi  
 reges.*

rice docet, si subscribere articulis illis, aut cedere de-  
testatione iubet, de sententia Parei, occidi Princeps  
ille à Pratore suo potest.

Quarto. Si atrox inferatur iniuria. Atrox sanè in-  
iuria est, pro pane cœlesti, pro salutari Eucharistia,  
subditis in Ecclesiâ dare Excrementum, cuius ipsum Dia-  
bolum apud inferos pudere debeat, hoc facere Lutheranos  
ait Beza: vide defensionem Phortzhaimensium pag. 205.  
Ergo iudicat Principes, qui ditionibus suis panes, of-  
fasq; Zvinglianas excludunt, cœnam Lutheranam  
imperio, & armis tumentur, atrocem injuriam infer-  
re.

Quinto. Si aliter conscientia incolomes non possunt.  
Quando verò se homines sanctissimi conscientia in-  
colomes esse dicent? quando fortunis, & vita? Si  
optima illis fide ministeria sua Lutheranis cedant, si  
omnia deferant, si suarum rerum occupatoribus  
graves non sint, si libere docere, reprehendere ad-  
versarios, cogere concilia, armate consistoria con-  
cessum fuerit. Nunquam ego dubitavi, quin ipse Pa-  
reus id nunquam sibi ipse probavit, quod nos crede-  
re postulat. Prætozem quempiam Zvinglianisimo  
dementatum, si sese putet viuo suo Principe consci-  
entia incolomem esse nō posse, jus ac potestatem vi-  
tae ac necis in Dominum suum adeptum esse.

Quid enim si conscientia ejus tam cauteriata est,  
quam tergum Caluini? quid si fanatica est? quid si  
impia? quid si Calviniana? Adeo nē vita Principis Lu-  
therani de conscientia Calviniani subditi pendebit?  
Quid si ille conscientiam lædi suam proficitur,  
quod Sacramenta ritu Gebennensi non dentur?  
quod conciones suaes quæ sceleris Dei o transferri-  
bunt non audiat? Quod liberos suos crudire sacris  
Gebennensibus, atque ignitare prohibeatur? An is  
incolumitate conscientie, periculo Principis; san-  
ctitatem; sanguine Magistratus; securitatem, morte  
Imperantium sibi parabit? Hæc Magistratibus con-  
sideranda relinquat, ad alia progredior. Quinque  
rationes probandæ: propositioni suæ producit, qui-  
bus exceptionem de præiudicis, inculcata defensionis ener-  
git.

§. 4. Ratio I. Quia etiam superior Magistratus est sub-  
iectus legibus diuinis & suæ Republicæ. Esset enim manifesta  
impietas, & scelus, Magistratum quantumlibet sublimem se  
velle eximere legibus, quod patet, quia Rex iubetur legere Deu-  
teronomium, seu legem diuinam. Deut. 17. Jos. 1. 8. Ergo  
Deus vult Regem legibus diuinis subiectum esse. At lex DEI  
non modo tyrannidem prohibet, sed etiam iubet legitime eam  
coerceri: Qui sanguinem hominis effuderit, &c. Item:  
Imperator in Codice testatur, se contra jus nolle, vt sua  
decreta in iudicijs locum habeant, sed debere irrita  
fieri, si forte cognoscantur à iustitia discedere. Et li-  
bro 4. C. de leg. prin. Ad eod. Dignus vox est Maiestate re-  
gnantis, legibus alligatum se Principem profiteri. Ergo etiam  
superioris Magistratus tyrannis, aut latrocinia coerceri de-  
bent ab ordinaria potestate: quæ est in qualibet Politia vel  
Magistratus inferior, vel consensus populi.

II. Quia inferioris Magistratus non minus, quam supe-  
rioris officium est defendere vitam, & salutem subditorum  
contra iniurias atroces, & vim iniustam latronum, & tyran-  
norum suæ externorum suæ domesticorum: quod probatur:  
quia etiam de ipsis dicitur: Est minister Dei tibi in bo-  
num: non est terrori bonis operibus, sed malis. Gla-  
dium non gerit frustra: est vltor ad iram Dei, qui q̄  
malum est, facit. Ergo cum superior Magistratus, quod  
malum est facit: & atrocibus iniuriis in subditos, aut bla-  
spheinis in Deum, inferior debet esse vltor ad iram, &c. Item,  
quia idē inferioris Magistratus adduntur superioribus: tum  
vt sint socij gubernationis, tum etiam vt horum moderentur  
immenfam licentiam. Ergo cum istam frenant, vtuntur au-  
thoritate & gladio per legitimam vocationem sibi diuinitus  
tradito.

III. Quorum est constituere Magistratus, eorum etiam  
est enormiter grassantes coercere, aut tollere, nisi desistant gras-  
sari contra Deum, & contra Rempublicam. Constituitur  
autem vel per populi consensum, vel per Senatium, vel per ele-  
ctores, vel per alios Magistratus. Ergo hi rectè faciunt, cum  
coercent, aut tollunt grassatores.

IV. A simili: Magistratus furiosus rectè amouetur au-  
thoritate publicâ: vt Nabuchodonosor in furiosam bestiam  
conuersus ab hominum consortio fuit abiectus, Daniel 4. 37.  
At furioso similis est grassator, & tyrannus atrox.

V. Idem exempla laudata confirmant tam sacra, quam  
profana. In historia Iudicum sæpe legitur Israelita per suos  
iudices Deo approbata insurrexisse aduersus vicinos tyrannos,  
à quibus crudeliter tractabantur. Ezechias Rex pius ab Assy-  
rio tyranno defecit, cumq; bello ab eo pereretur, armis se contra  
eum defendit 2. Reg. 18. Nec refert, quod hi fuerunt tyranni  
externi: Domestici enim tyranni ab externis nihil differunt,  
imò magis sunt reprimendi, quia periuri & nocentiores. Sic  
populus resistit Sauli Regi stolido & sauo Ionathan filium  
trucidare volenti 1. Sam. 14. 15. Abikam defendit Ieremiam  
Prophetam contra Regem Ioiakim interficere eum volentem,  
Ierem. 26. 24. Athaliam tyrannum sustulerunt Centuriones  
& Principes 2. Reg. 11. Maccabai contra tyrannos Macedoni-  
cos se & Rempub. armis tutati sunt. Trafsybulus 30. tyrannos  
Athens eiecit. Romani consensu publico expulerunt Reges sta-  
gitiose regnantes: sæpe consules se abdicare Magistratu coege-  
runt: Neronem & Maximinum tyrannos hostes indicave-  
runt & sustulerunt. Electores Wenceslaum ignaum & Lu-  
xuriosum imperio abdicauerunt, suffecto in eius locum Rupe-  
to Elect. Palatino adu. cathedralis huius oppidi conditore An-  
no 1400.

Demq; Tyrannus Laudatur apud Dionem, quod præfecto  
pratorio gladium tradens dixit: Hoc pro me vitare, si iusta im-  
perauero, contra me, si iniusta.

§. 5. Quomodo improborum sceleri, atque au-  
dacie ad securitatem Principum tollendam rationes  
tam præclare janua aperiant, quia res ipsa docet,  
dicere amplius non debeo. Quid enim? Princeps Rei-  
publicæ suæ legibus subiectus est: licet sanè, non jam hoc di-  
cipulo imputo. An etiam ea lege vt pœnas dare Republicæ  
debeat? Vt in eum simul ac deliquerit lege agi debe-  
at? Ita tu quidem sentis. Quia, inquit, lex Dei iubet ty-  
rannidem legitime coerceri, qui sanguinem hominis effuderit,  
&c. ergo coerceri debet superior Magistratus ab inferiori. Si  
igitur princeps Lutheranus aliquo delicto, quod pœ-  
na capitali sancitur, obnoxius est, vigore legis diuinæ  
eum occidendum Pareus iudicat. Eo enim pertinet  
illud. Qui sanguinem hominis fuderit, eius quoq; sangui-  
nem fundendum, homicidium enim aliter expiari non posse,  
nisi per eius sanguinem, qui alterius sanguinem fuderit: Et  
quemadmodum Principis munus est latrocinia, bla-  
spheimas, adulteria, multoque magis hærefes atq;  
idololatriam vi, & gladio etiam, si opus sit, com-  
pescere, sic Parei consilio, proceres Calviniani in  
Principes Lutheranos gladio animaduertent, si vbi-  
quitatem tueri & defendere, si idola seu imagines in  
templo statuere, si Cyclopæam viscerationem exer-  
cere, si credere quod Molles in Belgio, atque ita secta-  
rii, hæretici, athei sectarii, tempestiue in ipsa herba opprimen-  
di videantur. Nunquam deerit ita sentientibus, in suos  
Principes actio, nunquam tantæ audaciæ, conatus  
efficiendi.

§. 6. Quid verò secunda ratio, quid Principi Lu-  
therano permittit in Calvinismum? Imò quid non  
in Principem permittit Calvinismo? Cum superior  
Magistratus agit quod malum est, inquit, inferior debet vltor  
esse ad iram. At verò si ad consistoriale tribunal  
ministerij Zvingliani Princeps Lutheranus vel Cal-  
uinianus sistatur, difficile fuerit sub iniquo iudice  
causam tenere. Malum agit, dicent Lutheranis, Mini-  
istros Calvinianos proscribis, turbulentos veritatis hostes, V-  
biquitarios: euehis, veteres hærefes ab orco renouas, Deum pana-  
centum

Facilis ansa  
Caluinistis  
in Lutherana  
norâ Prin-  
cipum mor-  
tes.

Caluinism<sup>o</sup>  
in Principes  
est atrox.

Ingens peri-  
culū Prin-  
cipi Luthera-  
no à Cal-  
uinista.

Cur possit  
inferior  
Magistra-  
tus superior-  
em occide-  
re?

ceum adoras, Cyclopicam facis, Deum tuum dentibus laceras. i. licitor, caput obnubito, intra vel extra pomerium verberato, arbori infelici suspendito. Caue vllum supplicium nimium, vel iniustum suspicaris, duplices enim sunt Papistæ.

Addere etiam non veretur inferiores Magistratus additos, vt superioris immensam licentiam moderentur, ergo cum istam frenant, vtuntur auctoritate, & gladio per legitimam vocationem sibi tradito. Hæc si vera sunt non adiutores modo sunt illi Principum, sed Principes Principum, imò Principum carnifices. Quid enim de Parei Musæo egrediens Satrapas Principi suo iurabit? Esse videlicet socium se gubernationis, moderatorem eius licentiæ, gladio se contra eum, si deliquerit, vsurum.

Quid verò Principi concedit in minores istos tyrannicos? an illi vt Tribuni plebis inuolabiles sunt, & sancti? Imperare possunt Principi, rapere in carceres, occidere? Exempti igitur illi sunt Principis imperio, qui Principis non modo auctoritatem, sed vitam in manu habent. At dices; Hoc ita esse, si se Princeps scelere obstrinxerit. Si, q. malum est, egerit. Nec illi tam amentes sunt, vt bonis factis, vt virtuti supplicia constituenda, piteantur, nec me necesse est, quamuis illi hoc sæpè fecerint, tantam illorum proteruitiam accusare. Hoc assero, hoc confirmo. In illa regni Prætorum, consulum, Satraparum potestate, vitam Lutheranæ Principis vnus assis æstimandam non esse. Eum namque, quod malum est, agere, jam dudum decreuerunt, hostem iudicauerunt, dum horribilium hæreson defensorum, atq. Patronum, veritatis persecutorem esse dixerunt. Idem juris sibi ex ratione tertiâ arrogabunt; Lutheranos enim enormiter grassari contra Deum, & Rempublicam, cum occidere libitum fuerit, causabuntur. Nec modo Lutheranos gladijs minorum regularum censura consistorij obijciat, verum nec Caluinistis ipsis parcat.

Exemplum dedit Guilielmus Amefius Rigidioris Puritanismi assertor, librum ejus contra Episcopos Angliæ non vidi, quæ ex eo citat Nicolaus Greuinchouius in præf. ascribam.

Elogium Episcoporum Angliæ.

Reliqui verò (qui scilicet Puritani Rigidi non sunt, sed Anglopapistæ, vt sunt Episcopi Britannia) insignes aleatores, potatores strenui, religionis officia suscipi, deq. habentes, versati insitiores Papistarum ambitionibus præuis corrupti, iuratores impij, homines deniq. vani, iniusti, turpes, & omnes filij Belial. Et hi non Duces tantum agunt huius militia, sed & castra implent penè soli: simplices enim quos à se habent ex ingenio Marianos sæpè faciunt mulos, dum eorum abutuntur operam ad ligna militibus, calanum instar subministranda: Euclionibus autem illis, qui Puritanismo pertinaciter adhuc obliuclantur, & pectus & caput helleboro purgandum: leges verò illa, quarum gratia, & vt ministri aliquot bonis & sedibus suis pulsi, &c. quæcumq. sint, in eadem reprehensionem incurrun, cum Atheniensium scitu, de quibus Xenophon conquestus est, è lonto tous ponerous ame inon pr attem, è tous Chrestois: Neq. vt scias, ista sunt vetera maiorum scita aut consilia, &c. sed Canones quidam in legum fraudem dolo malo confecti, à Parliamentario Senatu damnati, verè fontici, quos deniq. aduersus ministros inuiti, & non sine pudore, & in alios culpa trahente exercant auctores ipsi, si truces quosdam & sauos excipias, qui omnino depudisse videntur: Pleraq. porò istarum constitutionum de industria sancita, ad quietos terrea turbandos & illaqueandos: q. vel inde liquet, quod putidas quasdam Papistarum reliquias, non retinerunt tantum, sed omni ratione munitas & densis anathematis ex ipso facto circouallatis dederunt, eas corruptelas firmare satagentes maxime, quas omnes penè bonos auersari nouerant, adè vt iam palam fecerint, non ignorare se vitia sua, sed amare, inbiantes præde desmophylakes, armati omnipotente Vulcano, pasuum opimum depascentes, quod reliquum pasuorum, conculcantes pedibus suis, pecudes morbo affectas impetentes cornibus suis, eonq. vt disperferint eiectas foras: per dispaes Ecclesiarum &

Ecclesiasticorum in iurisdictione gradus, sceleratam scalam Antichristi conscendentes, Antichristiano acti Spiritu, dum id sibi met arrogant, vt Pastorum habeantur Pastores, quos dubium Catones, an Dracones iure dixeris: adeoq. vel è medio tollendam ementium hunc Episcoporum ordinem, vel, lenno Pampam reuocandum ab orco. Hæc ille quasi de plaustris conuiciens in eum ordinem, quem ipsa Maiestas Regia sanctum veneratur, quem Proceres Regni suscipiunt.

§. 7. Audisti Amelum, qui in Episcopis, adeoq. per eorum latu in rege ipso laceffendo prima maledicentiæ sua rudimenta posuit.

An hic dubitat Episcopos illos esse atheos, consceleratissimosq. ? An malum agere, non est ista facere, q. scribit Amefius? An Rex innocens non modo istoru defensor, sed restaurator, collator, auctor, ornator? An isti ista sine rege vel possunt, vel audent? Quid igitur hunc, si iure inferioris Magistratus vtretur, facturum putamus? Confecta est ratio. Episcopi illi quod malum est agunt, rex eos constituit, veneratur, tuetur, adiuuat, in Regem igitur aduertendum est gladio diuinitus mibi tradito. Quis n. sceleratam scalam Antichristi in Scotiâ cum jaceret, erexit, in Angliâ cum nutaret, regis potentia & auctoritatis objectu fulcit, nisi Serenissimus Rex Jacobus? Quod malum est agit, dicit Amefius. Eius igitur Satrapas est vitor ad iram, subdit Pareus.

Furiosos peli iubet. At furiosos esse Lutheranos putant Caluinistæ.

Nec furioso suo tumultu efficiet Westphalus, &c. inquit Caluinus in adm. vt. ibid. phrenetico impetu insurgere, præfractam esse hominis intemperiem. Jacobum Andrea, & Osiandrum furere, ex pfecto demonstrare conatur Heidelbergenses Consolutores, Magistratum a, atrocissimâ contumeliâ per latera pie docentium affici, in pgrammate apologiæ existimat Grynaeus: Omnia itaque in Magistratum referent, quæ delirauerint Prædicantes, eoq. morbo, qui in putari solet, Magistratum Lutheranorum impeti clamabunt. Nihil enim sanctum, nihil immune est, quo non perumpat suffersionis impulsu malis audacia.

§. 8. Hactenus rationes audiuimus, Exempla videamus. In historiâ Iudicam sæpè leguntur Israelitæ per suos iudices Deo approbante insurrexisse aduersus vicinos tyrannos, à quibus crudeliter tractabantur, ergo Magistratus minor potest occidere maiore, quia tyranni domestici magis sunt reprimendi, quia peruri & nocentiores. Audire videor Confistorij Latrocinantis effatum. Vnus iudex occidit regem Israelitas crudeliter tractantem, vnus Satrapas occidat Principem Lutheranum, Caluinianas ceremonias exterminantem.

Ezechias rebellauit Assyrio Regi, Minor ergo Magistratus pugnare potest contra maiorem, si is sceleratam scalam Antichristi sustentet, & Antichristiano acti Spiritu, id sibi met arroget, vt pastorum pastor, hoc est, caput Ecclesia habeatur.

Centuriones occiderunt Athaliam, Prætor ergo Principem occidere iure potest: Thrahybulus 30. tyrannos eiecit, Romani Reges expulerunt, consules se abdicare coegerunt. Neronem, & Maximinum sustulerunt, cur non igitur Caluiniani Lutheranos Principes, vbi quitarios, criminibus grauissimis, nulli Christiano homini tolerandis obnoxios, medios diuidunt, atque in illorum patrimonia, ditionemque pios, & suæ mentis dominatores immitterent?

Wenceslaus ob ignauiam exutus imperio. Minor ergo magistratus maiori abrogare imperium poterit. Quid igitur? si Princeps Caluinianus parum acriter Lutheranismum expugnet: si clementiora edicta pro Lutheranis euulget: si in causam sectariorum, hoc est, mollium, vt Ordines faciunt, videatur esse propensior: si Regia monitio lenitudinem non excitari: Par scilicet periculum illi imminet, quod Papæ, quod Lutheranæ, duplici Papiæ, q. Episcopis Angliæ sceleratâ Antichristi scalam conscendentibus, vt sint Pastores pastorum.

Verum

Caluinistæ Lutheranos aiunt furiosos.

Pareus exemplis sancti supplicia Principum.

Caluinus prius dicit nare per Lutheranos.

Parasus libro let Lutheranos.

Contra Florianus causat mos Papes Pa.

Caluinista non potest permittere religionem Lutheranam.

Verum quid opus est pluribus? Testimonium Parei in auctorem ipsum produco. Negat ille Lutheranos tolerandos. Magistratus Christianus, inquit, in Roman. 13. non debet confusionem in religione permittere, sed solum veram religionem tueri, atq; defendere. At solus Calvinismus rigidus ex mente Parei est vera religio, eam ergo solum tueri debet atq; defendere. Et Prop. 4. Principes Christiani debent edictis, & penis impedire blasphemias, hæreses, idola, sacrilegia, &c. Quia bonum & salutem subditorum impediunt, ideo iure Papatum exterminant. Quia sunt opera mala, debent ergo illis esse terrore. Nolo diffidat hic Princeps Lutheranus, nisi Pareus dicat, Lutheranorum esse blasphemias, hæreses, idola, sacrilegia. C. e. tit. 28. Paradoxa, & dogmata longe horribiliora & falsiora ex ipsorum libris colligi posse, quam sint illa, qua Calvinistis exprobrant. Appellatos à suis Lutheranos, Marcionitas, Manicheos, Nestorianos, Eutychnianos, Capernaitas, Creophagos, Vbiquitarios, Flaccianos. Nonne Marcionitæ blasphemii? Manichæi plusquam hæretici? Capernaitæ, & Creophagi, idololatæ, siue vt Zyvingliani vocare consueverunt & idolatras; nonne Flacciani sacrilegi? & vel maxime Nestoriani, & Eutychniani? imò nonne omnes illi hæc omnia? Penes ergo eos coercere Princeps debet. Hoc igitur cum primum facultas erit, efficiat. Quisquis enim consistorio obliterat gladio cadet.

Seditiosos multos habent defensores, quia multa profunt turbata. Obdeterle, quæ coram Fried. & Ditzgeriturff. Non potest inter tot dissidentes concordia esse.

§. 8. Hæc adeo clara sunt, vt negare Pareus non possit, adeo turbulenta & seditiosa, vt defendere non tentarit. Inuentus est tamen homo lingua Germanus, animo Cretensis, qui non modo periculosa illa propugnet, sed etiam, quod moris est desperatæ malitiæ, me vltro accuset. Nomen suum subicit, mores prodidit, & quamvis alios peit, me tamen insequitur. Tuum lectori iudicium est. Primo. Pareus Irenici p. 316. ita loquitur. Id verò est, de quo non nos modo laboramus, sed procul dubio pii & cordati omnes in hoc negotio potissimum laborandum esse intelligunt, vt omnium quotquot sunt, intra vel extra Imperium Romanum, Evangelicorum Ordinum atq; Theologorum, pia verag, coitione tandem aliquando facta, horribile schisma, atq; existialis discordia tollatur, cuius Evangelii Evangelicorum culpa diutius non impediatur, sed vbique locorum tandem expeditius promoueat, calumnia Papistarum de Bello quinti EVANGELII (qualibus chartas suas famosas integrosq; libros complectens) ipsa veritate retundantur: demq; tyrannidi Antichristi Romani, cuius potentia hæcenus nulla re magis, quam nostra discordia creuit, indiesq; crescit in imperio Romano, vbi videmus modo hanc, modo illam ciuitatem, diuisionem, prouinciam dolo & armis, nullo habito discrimine, Lutheranos Caluiniani ibi fuerint, sub iugum eius iterum cogi (cuius rei Francia Orientalis, Austria, Stiria, Carinthia, Vngaria, Troppauia, Donauverda, &c. documento omnib. esse possunt) conuinctis votis, consiliis, actibusq; tanto fortius atq; temporius obuiari queat.

Caluinistæ prius desinant pellere Lutheranos.

Pareus Lutheranos pro fungis habere, vt qui nominando paucas regiones, quæ ad veterem fidem redierunt, non existimaret illis in mentem venire posse, tot Principatum, quia ad Caluinismum ex Lutheranismum defecerunt.

Contra historiam accusat optimos Principes Parei.

§. 9. Hic ego questus sum primo. Pareum Lutheranos pro fungis habere, vt qui nominando paucas regiones, quæ ad veterem fidem redierunt, non existimaret illis in mentem venire posse, tot Principatum, quia ad Caluinismum ex Lutheranismum defecerunt. Secundo. Quod doli & armis sub tyrannidem Antichristi coactas esse dicit; criminationem esse pbauit, & ante me pbauit contra Vttinger P. Schererus noster. Hic respondet Anonymus: An absq; doli & armis mutatio illa facta sit, ex historia colligendum. At verò jam historia docuit, nec Iulium in Francia Orientali, nec cæteros Principes doli, aut armis vfos esse. Insignis defensio. Pareus, doli & armis prouincias ait sub iugum coactas, Parei Hyperaspistes ait; consulendas historias, vt sciatur; an Pareus mentiatur. Ego si aperte loqui vellem, mentiri dicerem. Sed malo male ominatis parcere verbis.

Tertio, dixi has tribunicias esse conciones, & seditiosas. Respondet ille, cui quilibet dicere est respondere. Irenicim mentem non esse Catholicorum molimina describere, sed monere vnionis hanc esse causam, vt ne Catholici illis bellum quinti Evangelii obuiant, non vt illi status nocentur.

Euer. ere Catholicos statuunt.

Protrahenda est in apertum tam contorte loquens astutia. Verba Parei & de quinti Evangelij bello queruntur, & deinde bellum intentant Catholicis. Denique, inquit, tyrannidi Antichristi Romani, &c. conuinctis votis, consiliis, actibus, tanto fortius, & temporius obuiari queat.

Obuiare tyrannidi quid sit Pareo.

Sic obuiare tyrannidi, non est duntaxat sermonibus de bello quinti Evangelij obuiare, sed alia quadam agere. Francia Orientalis reformata est, hoc Põitificia tyrannidos exemplum Pareus statuit, hanc sub iugum coactam queritur, huic tyrannidi per Iulium Episcopum optimum exercitæ obuiandum docet. Itane impediendus fuit? & pax religionis violanda? Quid tu hoc Lutheranis suades? Regnum Sueciæ, Palatinatus, Marchionatus, Electoratus, Langrauiatus, aliaque ditiones à Lutheranismum defecerunt, & non ibunt obuiari Lutheranis? Caluinismum septu- lo Papismo deteriorem recipient?

Bellituba Pareus.

Quarto. Dixi; conuinctis votis, consiliis, actibus, seditiosum esse, & si Principes Parei consilium sequantur, breui Germaniam sanguine inundaturam.

Respondet defensor. Coniunctis votis, consiliis, & actibus Ecclesiasticis concionum, disputationum, scriptionum Theologicarum, addit: Manifestum est itaque, verbum actibus, ab vtroq; calumniatore, sicut etiam à Contzen Iesuita Moguntino, omnino contra Christianam sinceritatem ad politicos, rebellesq; actus torqueri, &c. Non torquentur eo, sed recto tramite feruntur. Nam primo. Votis, consiliis, actibus, seu, mit Dast vnd That/hanc significationem habet, vt vota & consilia præcedant, & facta sequantur. Deinde conciones, scriptionesq; sunt consilia, potius, quam actus; alij igitur actus querendi. Tertio non Theologorum modo, sed omnium coitionem requirit. Ordinum autem Evangelicorum actus non sunt conciones, disputationes, scriptiones; sed bella etiam, & bellorum minæ. Quarto. Pareus non hic de concordia Evangelicorum, sed syncretismo, vt cepit à c. 12. tract. Ita enim ait. Quod dum Synodus & concordia plena concilietur, interim pro Syncretismo mutuaq; tolerantia coire, & contra Papatum simul stare debeant Evangelici; Ad Syncretismum verò non concionibus, disputationibus, scriptionibus, sed dissimulatione & silentio opus est. Nam his actibus Syncretismus impeditur, non conciliatur. Quinto. Consilij obuiandum tyrannidi ait. Quorum verò Consilij? Non modo Theologorum, sed etiam ordinum. Consilia verò ordinum Evangelicorum non videntur esse de solis Theologorum contentionibus, sed fæderibus, sumptu, bello inuadendo, &c. Intra paucos annos Principum confæderatorum plures conuentus fuere, varia consilia agitata, vt obuiam iretur Pontificijs; Nunc quero, an eorum consiliorum obiecta fuerint actus, seu media ad finem exquirit? si respondeat Pareus actus esse; quæram qualesnam actus? an ibi disputatum, aut constitutum sit de concionibus, scriptionibus, disputationibus Theologorum duntaxat, an verò etiam alijs de rebus? Et an res eas etiam complexus sit Pareus, cum dixit; Consilij, actibus? De solis actibus Ecclesiasticis inter eos tractatum esse, etiam tam impudens esse possit Pareus, vt dicat; non tamen id sinent agnati, ne contra omnium ordinum conscientiam mentiatis, fiat intestabilis. Actus verò ordinum non Ecclesiasticos Evangelicorum Pareus approbavit, & hoc loco intellexit, qui fæderum Principum tanquam sanctum commendat. Deinde motiua quarta negant Saxonici conjunctionem cum Caluinianis faciendam, vt Papistis fortis resisti

Vota, consilia, actus quid sint docet Boemia.

Propter conciones non est instituta vnio Evangelicorum.

Actus ordinum confæderatorum non sunt tantum Ecclesiastici.

Pareus in præf. de Eucharistia. Coniunctis viribus & armis pugnat, inquit.

possit. Idq; probant 2. Par. 19. 2. Et Pareus queritur re-  
sponfione ad motiu. 16. Lutheranos suos Principes à con-  
sortio Caluinistarum non modo debortari, sed palam edutis  
scriptis consulere, in comitijs, & tractatibus publicis Papista-  
rum familiaritatem sectandam, Orthodoxorum verò (Cal-  
uinistarum) Principum conuersationem vitandam eis esse.  
Hos ille oppugnat; & vult in comitijs & tractatibus  
publicis adherere Caluinianis Lutheranos, & sine  
dubio in decretis consentire, & q̄ visa sunt exequi, A-  
ctus igitur ad omnia illa extendit. Et si consilium ej̄  
sequantur Principes, breui nabit Europa sanguine.  
Nec enim intra verba lis illa consistet, aut libellos.

Lutheranos  
pellere fidē-  
rer, est opus  
Domini.

§. 10. Alter loc⁹ est in Oseam, vbi Illustriss. Land-  
grauium Hassiæ pellentem Lutheranos sic alloquitur.  
Maeste heros diuine, age opus Domini, q̄ agis fidenter. Hic ego  
nec contra Landgrauium Illustrissimum, nec p̄ Lu-  
theranis quicquam dixi. Tantum monui cohortati-  
onem illam vetuli adulatoris Irenico non esse con-  
sentaneam. Quid n. tu pacem, tu Syneretisum, tu  
Tolerantiam fuades? Lutheranis blandiris, & Prin-  
cipem eos omnibus officijs exuentem canonizas? vt  
pulsus Lutheranis, sit & heros? & heros diuin⁹? & agat  
opus Domini: dextrè pulsi sunt, sed ne tumultus ori-  
retur. Respondent; In illa reformatione tria duntaxat  
puncta fuisse. Tria nominantur, sed in illis tribus, & p̄  
illa tria Caluinism⁹ inducitur est, pulsus Lutheranism⁹.

Tria illa  
sunt omnia

Deinde ajunt tres quatuorū Theologos cum gra-  
tia dimissos. Audio; tres quatuorū. Vbi igitur tot mi-  
nistrotum centuriæ, qui ante erant Lutherani? Quo  
in angulo Prædicans Lutheranus, nisi recepto Calui-  
nismo latere permittitur est? Vbi exercitium Luthera-  
num? Quid opus verbis? res ipsa, hoc est, templa, &  
vrbes clamant.

§. 11. Tertius locus est in Com. ad Rom. 13. 1. Vbi  
docet subditis non priuatis licere armis se defendere contra  
magistratum. Hic primo respondet tenebris abditus  
defensor. Quamuis hic error esset, nō debere toti corpori Cal-  
uinismi imputari; q̄ verum est, nisi toto corpore de-  
fendatur. Secundo, hac anno 1604. in Scholis dictata esse,  
cum nondum essent in imperio ille commotiones. Ita sit sanè.  
Non erant, sed ex illis orta sunt. Etiam in pace verba  
seditionum periculosa sunt. Tertio ait, hanc defen-  
sionem contra Papæ tyrannidem permitti tantum, non trahen-  
dam ad status imperij. Hoc verò contra Pareum est;

Ex Scholis  
dam ad status  
imperij nam  
in Francia, in  
Bauaria, in  
Austria, dolo  
& armis coactas  
commotio-  
prouincias  
calumniatur,  
& tyrannidi  
Pontificie  
obuiandum;  
nes oriun-  
tur.

q̄ tamen si tyrannis fuisset, per Imperij Principes fuisset  
exercita; ideo illis resistendum fuisset, Sarrapas i-  
gitur Catholicorum in suos Principes concitat. Quā-  
uis igitur nominetur Antichristus Romanus solus,  
omnes tamen Pontificis amici, & clientes intelliguntur,  
quos Antichristi satellites, calumniose, seditiose-  
que appellare solent. Quarto. Affirmat Principes re-  
formatæ religionis non velle ex alienis ditionibus re-  
ligionem Papisticam exigi, cum de illis ratio ipsis  
non incumbat. Respondeo. Hoc seruent, & causilla  
dissensionum sublata fuerit.

Respondeat  
libera ciui-  
tates, in  
quas sensim  
migrant  
Caluinista.

§. 12. Quartus locus est. Christiani Reges & Prin-  
cipes debent resistere tyrannidi Pontificie etiam gla-  
dio, & vi eam impediendo & frangendo, idola tol-  
lendo, & Ecclesiam libertati suæ restituendo.

Hic clarè & plenis turbis classicum cani verissime  
affirmaui. Eodem modo cum dixit: Principes esse debe-  
re terrori operibus malis.

Hanc pugnam Parei defensor restringit ad terras  
subditas, non enim Hispanus in Polonia, aut Francus  
in Germania terrori est malis operibus; alioqui hor-  
ribiles orientur confusiones.

Optima ac saluberrima interpretatio, sed contra-  
ria Pareo. Ille n. monet, vt coniunctis votis, consilijs, actib.  
exteris vr- obuiam eant tyrannidi Antichristi, qua dolū & armis Fran-  
get Pareus. ciam, Bauariam, Styriam sub iugum cogit, ergo in Princi-

pes exteros gladium stringere docet. Deinde ratione  
tertia dicit: Quia prædicatur futurum, vt Reges &  
Principes Christiani odio persequantur meretricem,  
& solam reddant eam & nudam, & carnes ejus co-  
medant, & ipsam igne exurant. At prædictio habet  
vim præcepti vt hoc faciant.

Judicat igitur omnib. Regibus præceptum esse, vt  
Papam maudent, deuorentq; igitur omnibus in Pa-  
pam jus datum esse cenferet, & Papam omnium gladijs  
quasi p̄scriptum objicet. Ideò & Plessæus ad iter Ita-  
licum hortatur Serenissimum Angliæ Regem. Falsa  
est igitur, & impostoria illa defensio, q̄ Pareus nunq̄  
admitte; potius ipse tremula manu tentabit ensem,  
& sine grandi vulnere imbellem telum mittet. Sicut E-  
hud mandatum habuit in Regem suum, ita omnes Principes  
habere ait in Papam; si in Papam, ergo in carnes ejus, h.  
e. Ecclesiasticos, & osla, hoc est, sæculares Papistas  
Principes, Duces, Reges, Cæsares, si enim in Papam  
datum est plenum jus sæuendi, si iustum bellum, si  
mandatum cœlitus prælium, ergo in omnibus qui Pa-  
pæ defensionem suscipiunt, qui festinantibus ad il-  
lam viscerationem obstitunt. Si enim tibi à Deo im-  
peratur cædes in Regem, etiam mandatur bellum in  
ejus militem. Adeò latè patet illa rerum confusio, vt  
nemo prædicatum dubitet, quemlibet esse Papæ, &  
ejus propugnatorem legitimum carnificem.

An non op̄  
est egredi in  
aliena, ad  
illam visce-  
rationem.

An exspe-  
ctandū dū  
Pontifex  
veniat Hei-  
delbergam  
mactandus?

Bellum in  
Papam de-  
cretum om-  
nes Ca-  
tholicos in-  
uoluit.

Tanta verò infania est defensoris, vt excusari Pa-  
reum putet care, qua maxime accusatur. De nostris  
Principibus (Euangelicis) nullo verbo fit mentio, sed in thesi  
de Christianis Regibus, Principibus, Magistratibus, inter quos  
sane Cæsar, Hispanus, & omnes Papistica ciuitates imperiales  
sunt, qui omnes non minus quam alij parati essent, in suis diti-  
onibus Papæ resistere, si scirent esse Antichristum. Itaque ju-  
stum arbitratum omnes resistere Papæ, quem putant  
in omnium ditionibus grassari. Nec in suis tantum  
ditionibus; nam Aod Regem Eglon in regio cœnacu-  
lo occidit, tale mandatum habere omnes Principes ait  
Pare⁹, itaq; debent etiam cum Plessæo petere Italiã,  
atq; in ipso Laterano Pontificem confodere. Si Cæ-  
sar, si Hispanus, si Archiduces, si Bauarus, si Lotharin-  
gus obstitit, per eorum latera cæcendus pace. Imò  
multi ex illis in religione vera pmouēda, erroribusq;  
existipandis sunt ipsis Pontificib. nō indiligentiores.

Pontifex nō  
nisi per la-  
tera Catho-  
licorū prin-  
cipum con-  
fodi potest.

§. 13. Locus quintus. Nec præcipitur iniustitia: cum du-  
plum ei reddendum præcipitur: sed nullum vltionis genus ad-  
uersus Papam iniustum aut nimium esse posse significatur. Et  
duplum intelligitur non ei⁹ poena, quam sit meritis, sed eorum  
malorum, qua ipse prius inflixit pijs, & quib. Ecclesiam affecit.

Hanc crudelitatem ad omnes Catholicos Papæ  
defensores pertinere dixi. Defensor negat; sed tantum  
ad Babylonem, hoc est, Romanam Ecclesiam, & Papam caput  
eius Ecclesie. Ac primo quidem nimium est, in Romanam  
Ecclesiam, hoc est, in Romanæ Ecclesie membra taritum  
licere. Si nomine Romanæ Ecclesie tantum ei⁹  
vrbs Episcopatum intelligit, minus late patet crudi-  
litas ejus, q̄ totam Romanam Ecclesiam; hoc est,  
omnes Catholicos. Sed ostendendum est ad omnem  
Ecclesiam, que sub Romana est, pertinere immanita-  
tem sanguinatij senis. Imperatur (inquit in Apocalyp.)  
hic vindicta non priuata priuatis, sed publica Regibus & Prin-  
cipibus pijs, quibus Dominus Deus hoc dabit in corda ipsorum  
& quorum opera vri volet ad euertendam Babylonem: Ad hos  
proinde & ad copias eorum militares ista hortationis pars præ-  
cipue pertinet, & modus exponitur, quo illud dederit Deus in  
corda eorum, quia videlicet expresso mandato hanc eū vindi-  
ctam imperauit.

Iudicio Pa-  
rei Deus ex-  
presso man-  
dato regib.  
vindicant  
imperant.

Expresse ergo Reges & Principes Euangelici mā-  
datum de vindicta sumenda acceperunt. Non de sola  
Roma; nam multi sunt magis juncti Papæ, multi p̄  
damnorum nouatorib. intulerunt, q̄ Romani. Sanè  
deterior erit cōditio societatis nostræ, omnium reli-  
gioforum, ac in primis Ecclesiarum collegiatarum, q̄  
ciuitum

ciuitum

Papa regni  
secularium  
potentia,  
ut osibus  
niritur.

Quo quis  
Ecclesia  
sanctior, eo  
gravius af-  
figetur.  
Babylon  
Caluinis-  
ta Papatus.

ciuum Romanorum; itaq; generale, h. e. Caluinismi  
præceptum, & contra omnes Catholicos, Babylon  
verò Caluinianis, quanq; inter fe, & à seipsis diffiden-  
tibus, est non singularis Ecclesia, quæ Romæ est, & in  
regione suburbicaria; sed totus toto orbe diffusus  
Papatus. Ita Pare<sup>o</sup> in Com. in 17. Apoc. v. 4. cum in-  
terpretatur illa verba. Exite ex ea populus meus. Omnes  
enim Sectarij vrgent, ut non modo ex vrbe, sed etiam  
ex Papatu exeant. Et in primis Pareus. Moneri, ait, om-  
nes fideles, non modo qui intra vrbis mœnia, sed intra iurisdi-  
ctionis Romana pœnoria sunt. Et deinde: Quoties igitur  
quarunt Papista, vbi fuerit Ecclesia ante Lutherum, si Papa-  
tus non fuit: queramus nos vicissim, vbi fuerit Ecclesia. Dê  
tempore captiuitatis Babylonica, si Babylon non fuit. Fuit, in-  
quam, illa in Babylone, sed captiuitate oppressa: Ita hac fuit in  
Papatu captiua, oppressa.

Exite ex ea) Vetus populus inebatur exire Babylone pri-  
mum corde, fugiendo idola & abominations eius: post annos  
LXX. etiam corpore, redeundo in Iudæam sub Cyro. Vterq; e-  
gressus ex Babylone noua, etiam nobis imperatur, ut tum corde  
idola & abominations eius fugiamus ac detestemur: tum et-  
iam corporibus, quantum datur, Roma excedamus, iugo Ba-  
bylonica tyrannidis excusso, vigore mandati: Exite ab ea.

Quos deuo-  
rare cupiat  
Pareus.

§. 14. Parei igitur sententiâ Babylon est Papatus.  
Igitur cum reddere Babyloni duplum iubentur, cum  
eam exurere, carnes manducare, de vniuerso Papatu  
intelligunt. Non de Papatu in abstracto, ergo de Pa-  
pitis in concreto, de illo Papatu qui ignibus vtilari,  
in cibum victoris assari, in ense diuidi, in cruore suo a-  
rentia carnificum guttura rigare potest. Falsum est  
igitur, Pareum non intelligendum de Papistis, Epi-  
scopis, Principibus, Cæsare; omnes vnum jugulum  
oprat habere, vt citò sine periculo ferientis cadant,  
quamuis forte viuaces esse cupiat, vt extendenda per  
sauritatem morte, crudeli voluptate fruatur. Omnes n.  
membra meretricis esse iudicat, q. meretricem Papa-  
tum esse fingit. Verum Pareo succurrit Grafer. quem,  
ô frontem, ô durum os, excusare conatur Hyperaspis-  
tes Parei. Negat Cæsarem, & Principes Catholicos seculares  
dici à Grafero ossa Antichristi, & Clerum dici carnem; quiq;  
hoc Grafero imponunt, esse calumniatores. Imò Graferum  
contrarium docere: nempe Robustos ab Antichristo  
pendos, ex Dan. 8. 24. habetur: Et perdet robustos, &  
populum Sanctorum. Hic mihi pbandum est ex senten-  
tia Graferi, ossa esse seculares, carnem verò Clerum.

Graferi im-  
pugnatio  
pallari non  
potest.

Primo. fol. 54. Adhuc ergo existimo: Eum (Danielem)  
hoc toto loco (c. 8. 24.) magis ad bisulam illam Antichristi fa-  
miliam respexisse, cuius historiam explicabimus.

Secundo explicat his verbis. Audi ergo. Radix גזז  
ghazam, à qua vox hac descendit, significat Robore præditus  
fuit. Quod de huiusmodi robore tibi intelligendum, quod soli-  
ditatis sue vim in se habet & citra alterius adminiculum sub-  
sistit. Vnde nomen גזז ghezem, Os ossis, sic dictum Hebrais,  
quod solum in corpore sua soliditate subsistat, & reliquas par-  
tes sustentet. Latini hinc suum priscum Ossum videntur ha-  
buisse. Rabini etiam predicamentum Substantia גזז ghe-  
zem appellant, vt vocem גזז ghezemim aliquis ex  
hac significatione, Substantiales, Essentiales, aut saltem Ossas  
interpretari possent. Sic igitur ratiocinabar, per hos גזז ghezemim  
Seculares indicari, quatenus illi in quartæ Bestiæ pedibus sunt  
deplantario Ferri, & sub regno Antichristi suo proprio robore  
subsistunt, sed ita, vt hoc osseum robur Bestiæ visibus eatenus  
commodene, vt statum simul spiritualem, tanquam succulen-  
tam Papatus carnem, sustentent.

Seculares  
ossa Papa-  
tus spiritu-  
alis caro.

Tertio, Antichristi vires omnes in his osibus esse  
putat. Is sane, inquit, eodem versu de Regis huius regno mi-  
rabiliter coalescente sic loquitur רגל כבדו גזז גזז.  
Consolidescet quidem potentia eius, sed non ipse proprio  
robore. Hanc phrasin tu alias nusquam in Canone vsurpatam  
inuenies: Prophetæ autem noster hoc loco alterum priori non  
minus Antichristi mysterium per eam designat: quod ipse re-  
gno ita proprio est, & peculiare, vt extra illud nec Antio-

cho (quodcumq; interim de typo fiat) proprie, nec cuiquam al-  
teri mundano regno queat applicari. Dic enim tu mihi, de  
quo regno, Rege, aut Imperio verè dici potuerit, quod eius po-  
tentia non proprijs, sed alienis, & quasi mutuatocijs viribus  
confisterit.

Quarto: Ait, seculares vnum c. nfilium habere, viresq;  
& potentiam bestia tradere.

Quinto. Hoc malis artibus Papam consecutum.  
Verba ejus sunt. Hoc Daniel in allegatis verbis explicat, di-  
cens: Mirabiliter corrumpendo perdet, & prosperos in eo suc-  
cessus habebit: hac enim propria vis est verbi חזק החזק hat-  
liach, quod noster hic ita interpretatur. Deus enim dedit in  
cor eorum, vt exequantur sententiam eius, & vt consentians  
dentq; regnum suum Bestia Apocal. 17. 17. hac nempe tanto-  
rum successuum causa erit. Alias verborum Prophetæ hic sen-  
sus est. Tam occultum, subtile, & efficax corrumpendi artifi-  
cium callebit, vt miris prestigijs & ipsos Robustos, quos nul-  
la vi superare potuisset, quasi de gradu deiciat: Et ipsum præ-  
tereâ Populum Sanctorum, qui eius fraudem obseruare,  
alijsq; indicare, & sic populi Dei libertatem tueri debebant,  
decipiat.

Sexto. Robustos, ait, opponi carnosa mollitiei. folio 55. Si  
hos Robustos à militari fortitudine, quatenus illa sub virtute  
censetur, commendare voluisset, voce גבורים geburim ei  
fuisse vtendum, cuius hac propria significatio est. Sin huius  
excessum in eadem gente voluisset perstringere tyrannicam  
nempe ferocitiam, voce גחזים gharizim, vsus esset, cuius  
hac valde euidentis notio est. Nunc verò omisis illis, quorum re-  
spiciendorum nulla satis pragnans causa supererat, huiusmodi  
voce vtitur, per quam simpliciter illud brutum robur indica-  
tur, cuius respectu gens hac comparium suorum (Locusta-  
rum) carnosa mollitiei opponitur. Cumq; Daniel in eodem  
versu radice hac verbaliter de externæ potentia neruis vtatur,  
ecquid hestamus, aut quâ nobis obcuritatem imaginamur?

Robustos  
opponit  
carnose  
mollitiei.

Deniq; hos Robustos Babylonis artus & membra  
vocat. fol. 56. Est profecto, & quidem haud contemnendum,  
cuius tamen sermè oblitus eram: Quod videlicet Prophetæ  
noster cap. 19. 18. in historia ruina Babylonis inter eiusdem  
rudera, hos robustos, hos etiam Equos, Equorumq; Sessores,  
ceu Bestia truncata artus & membra, deprehendit sic loquens:  
Adeste aues celi & congregamini ad Cenam magnam Dei,  
vt edatis carnes Regum & carnes Tribunalium, & carnes  
Robustorum, & carnes Equorum, eorumque, qui ipsis  
Insident. Hac sunt principalia membra, ex quibus Bestia  
regnum constitit, in qua etiam tandem resoluitur. Inter qua  
Robustorum illa mentio tanto plus admirationis habet, quod  
eorum per vniuersum Prophetiæ contextum antehac nus-  
quam sub hac nomenclatura meminit. Capite quidem 6. 15.  
mentio fit potentum, sed illos ibi duræ vocat, cum hic voce  
יִסְרְוּסוּ vtatur, per quam Septuaginta apud Danielem He-  
braum reddunt.

Reges Ca-  
tholicos ar-  
tus Babyloni-  
nis vocat  
Graferus.

§. 15. Nunc te per ipsam iustitiam, lector, rogo, judi-  
dicare digneris. An calumniator sit, qui Graferi sen-  
tentia dixerit; Principes seculares vocari, Babylonis  
ossa, artus, membra, membra principalia bestia, ex  
quibus regnum e) constat, in qua etiam resoluitur?  
Quid hinc Cæsari, Regibus Hispaniarum & Gallia-  
rum, cæterisq; Catholicis intenter Pareus, nemo non  
intelligit, nisi qui ignorat, Babylonem non posse ex-  
uri, & vorari, nisi ossa, artus, membra ejus truncen-  
tur, assentur, Cyclopico ore mandantur. Ecce tibi  
certamen inter duos socios, quorum alter contume-  
liosissime, dirissimeq; Principes Catholicos a scindit,  
alter impudentissime negat eum dixisse, quæ omni-  
um oculis patet esse dicta.

Exitus ni-  
mium de-  
monstrauit

Hinc patet Babylonem secundum Graferum, &  
Pareum esse etiam in Germania, quia principalia ejus  
membra in Germania esse finguntur, & Anonymum  
calumniatorè frustra aliorum torquere verba Parei, &  
Graferi. Locus. 7. Reges decem cum agno pugnant, q. tamen  
meretricem exurent, non igitur hoc de suis Principibus dicere  
possunt Caluiniani, nisi fateantur eos bestia dedisse po-  
tentiam

Extrema  
impuden-  
tia est ma-  
nifesta ne-  
gare.

Suos Principes infamant.

Moderationes suorum collegarum prociaciam merito castigant. Aretius nullo modo defendi potest.

Quis exprimit Diaboli truculentiam, an Principes?

Diabolus ornat imperium.

Mirari nimium imperium est colere Diabolum.

Quid mirum est hie rebeliones oriri.

Quid superest, nisi arma in persecutores.

rentiam suam. Nam recte fecerint apud Caluini- stas dubium, vt constat ex postrema quaestione Parei in cap. 17. Apocal. Sanè Aretius refert illos puniuisse mulierem, à Deo flexos in sui obsequium, sic Atti- la dicebat se flagellum Dei, sic Alexander diuinitus vocatus in Asiam, &c. An igitur suos volunt Princi- pes esse, sicut vnum ex illis? Nicolaus Collado in sua methodo in Apocalypsin hos Reges minimè con- uersos, & recto animo fecisse arbitratur. Deinde ipse totum Papatum intelligit.

§. 16. Verum quid opus est nostro contra aduer- sarios labore? Christophorus Jungnitius Professor Heidelbergensis omnia illa satis refutat, qui etiam veri- tatem nondum attingit, falsitatem tamen redarguit. Qui non concedet Imperatores Christianos, & Reges pugnare cum agno, & bestias esse. Ex his conclu- do cum Caluiniani ipsi doceant, Reges illos impios esse, non esse ne accusandum, si idem dicam, quod Joannes clarè asserit, & ipsi confitentur.

Omnia, quæ in nocte opaca latuæ illa tenebrarum defensatrix proponit, tolerari possunt, quæ verò in Aretij exculationem adfert, nec ipsi Aretio placere possunt. Ille enim Bernæ residens inimicus Ortho- doxiæ, perduellis impetij, ea dixit, & scripsit, quæ Hel- uetij imperio cederari improbare.

Primo in c. 13. Apocal. v. 1. Bestia autem rectè dicitur, propter Diabolum, qui truculentia omnem superat bestiam, cuius mores in Romano imperio adhuc probe exprimentur, vt vestè à lupa se ortos & nutritos ipsimet fateantur. Bestia igitur est Romanum Imperium, quemadmodum Babiloni- cum, Persicum & Macedonicum in Daniele. Ascendit autem ex mari, hoc est, gentium omnium confusione, nam ex aliis im- perij concussis natum est Romanum. Vt enim mare commu- ne est omnium aquarum receptaculum, & sordium quedam sentina: sic in Romanum omnium nationum vitia congesta sunt, vt maris dominium adepti facile Romani alias nationes debellarint. Notabis: adhuc in imperio Diaboli mores pro- be exprimentur.

Secundo: Habet capita septem, hoc est, consilio & pru- dentia singulariter pollet: caput enim domicilium est rationis, & septenarius numerus perfectionis & absolutionis est.

Tertio: Nunc Spiritum agentem in hac bestia exprimit, propositis eiusdem ornamentis, quibus bestiam hanc exornauit. Draco indubie est Diabolus. Is igitur dat bestia, hoc est, Ro- mano imperio sua quadam ornamenta. Ac diligenter obser- uandum est, Draconem non condere bestiam, sed ortam sal- tem exornat donariis suis, quod eo facit, ne Diabolum putemus Autorem imperiorum. Sed sciamus eorundem esse corrupto- rem: Magistratus enim à Deo est, vitia autem magistratum à Dracone illo proficiuntur.

Quarto: Stultitiam mortalium describit, qui fortunam imperij admirantes, illud plusquam par est, extollunt & ado- perum est rationem est raptam tota quanta quanta est. Admirationis causa pendet ex superiori fortuna, quod mirabiliter curata est plaga tam lethalis.

Quinto: Illud est imperij successum & felicitatem admi- rari, augustum, sanctum, sacrosanctum, immortale illud præ- dicantes.

Sexto: Adorantur Draconem, qui dedit potestatem be- stia, hoc est, Diabolum in illius persona colunt & adorant: Draco enim Diabolus est, qui sua ornamenta affingit imperio. Vide quid sit colere Diabolum, hoc est, admirari nimium ma- iestatem & felicitatem Imperij Romani.

Septimo: Post receptam autem Christi doctrinam, mox ex his rebel- Christi mandata persecuti sunt, & vera strene defendunt sedis imperij possessores.

Octauo: Datur bestia potestas debellandi & vincendi Sanctos, hoc est, vt hypocritarum conditio semper meliori loco sit, quam piorum, id omnium temporum historia testatur, vt hodie luce clarius verum esse deprehendatur. Quam late enim

Romanum nomen patet, tam late pii persecutiones patiuntur, in omnibus tribubus, linguis & gentibus.

Nono: verf. 8. Et adorabant eam.

Reformati imperij mores describit, bestia enim tum adora- ri volet, q. d. blasphemia illa non desinet, vsq. ad finem mundi, vt adorata est curata illius plaga, sic adorabitur data ei pote- state debellandi Sanctos Dei. Itaq. eadem manet impietas ex eorum rerum successu, admirantur enim homines Principum successum, hinc in eorum partes transeunt.

Decimo: Hac est victoria, qua vincit mundum fides no- stra. Consolesmur igitur nos hie mundi penis, ne fingamus no- bis peculiarem fortunam. Hac vocatio est nostra, per arumnas & afflictiones ingredi in regnum Dei, imprimis sub hac impe- rij Romani senectâ. Porro imperij presides aliam fidem re- quirunt à suis & commendant in comitiis magistratum, qua nihil ad Sanctos Dei, de quibus hic loquitur Ioannes.

Vndecimo. Deinde cogit (Pontifex) etiam homines ado- rare priorem bestiam, hoc est, Romani imperij titulum, & no- men non minus vult haberi sacrosanctum, quam olim sub Im- peratoribus Augustum erat & venerabile nomen Imperij: sub Papis mansit Romana Ecclesia, & Catholica & adoranda, qua si quis neget, hæreticus sit oportet.

Duodecimo Pontifex retinet imperij nomen vmbatile. Ita & illi, qui aquilam implumem, aliq. infanda finxerunt.

Tertiodecimo in c. 17. 13. Draconem habere septem ca- pita ait, quia ad plenum sibi prudens videtur astutus, & calli- dus: Caput enim prudentia & rationis est sedes. Infra se- ptem colles ei tribuuntur, vnde non male Papa idea est, quia a- lia septem capita, h. e. regna tenuit. Et septemuiratum Roma- ni Imperij suo iudicio subiicit. Quib. verbis non obscure Draconis septem capitibus, septem electores quasi alterius bestia; h. e. Papa capita designant ostendit. A Flacco Illyrico maledicentiam illam in Principes sumpsit. Ille in c. 12. v. 3. ita commentatur. Aliqui hoc applicant potius ad Romanum & eius imperium: quia illa fuit extructa super septem colles. Habuit etiam sub se septem pri- maria mundi regna, Africanum, Egyptianum, Asiaticum, Gra- cum, Germanicum, Hispanicum, Italicum: sicut & recentio- ribus temporibus ac etiamnum habuit, & habet adhuc aliquo modo totidem regna sub se: habet etiam septem precipuos Principes. Omnino videtur hic Spiritus Domini respexisse ad Prophetiam Daniel. 7. vbi etiam quarta bestia, nempe impe- rium Romanum cum decem cornibus, hoc est, regnis, aut pote- statibus pingitur: vt non possit esse dubium, hic sub nomine Draconis, pingi etiam ipsam mundi potentiam, ipsi contra Christum, eiusq. Ecclesiam famulantem.

Hæc illi rotundo & blasphemio ore contra impe- rium edisserunt.

§. 17. Altera Parei Propositio, Christianos Principes Caluiniani oportere publicis mandatis, & penis blasphemias, hæreses, &c. non possunt impedire. Item non permittendam in religione misti- onem, aut confusionem, sed solam veram religionem ser- uari. Hanc dico esse ensem, quo & Catholici, & Lu- therani jugulentur, quia eo Caluiniani abutuntur. Nam blasphemias vocant, quæ pietas est, hæresin pu- tant pificam fidem. Quod si dubitas, lege Parei de- fensorem, sacrificium Missæ similiaq. idololatriam vocat. Tutelæ confistorium Caluinianum ingre- dere; non ages causam pro vilo veterum Sanctorum tam accurate, quàm atro calculo damnatus abscedat. Quem enim tutum putas. Ignatium Martyrem? fa- crificium Missæ agnouit, Epist. ad Smyrn. ita Theod. Dial. 3. & ad Rom. Martialis, Cyprianus, August. in eadem culpa sunt: hic verò & pro matre defuncta Missam fecit. Iulianum, Irenæum? illi veritatem cor- poris Christi in Eucharia discuerunt. Chryso- stomum? Ille liberum arbitrium asseruit. Hieronym. Ille virginitatem matrimonio prætulit. Basil. Magn.? At ille Monachorum Patriarcha est. Pontifices Ro- manos triginta tres martyres? at illi de alijs Episco- pis iudicantur. Athanasium, aut Hilarium? Sanctos illi

Caluinia est, non ad- oratur im- perator.

Septem ca- pita septem- uiratum.

Synopsi doctrinae hanc Principum

Caluiniani non possunt impedire. Item non permittendam in religione misti- onem, aut confusionem, sed solam veram religionem ser- uari.

illi inuocarunt. Gregorium Nyssenum, Nazianzenum, aut Magnum? At reliquias illi venerati sunt. Ephraemum, Cyrillum, Ambrosium? Solam fidem iustificare negarunt. Et quid pluribus? omnes hi Sancti, & alij omnia illa fecerunt, quae vocant opera mala ministri Caluiniani; omnibus igitur illis parata poena; iam dicta sententia est. Nullam enim ob causam in nos seuiunt, quae non sit nobis cum Sanctis communis.

Locus octauus. *Cum superior Magistratus degenerat in tyrannum, inferiori coercionem concedit.* Sed tyrannidem pro suis affectibus interpretantur Caluiniani; eo modo quo ille dixerat, *si male agant.* Hujus rei iam fructum carpunt, qui Pareo obsecuti sunt. Imò multas causas adfert contra Principes, vt nunquam possit deesse causa eos deiciendi. Si eorum impediatur cupiditates, mox audiet. *In tyranno cessat relatio Magistratus.* At si quis Catholicus Principe ditionem suas reformet, mox audit tyrannus, legatur seditiosissimus Vtzingeri contra Julium Principem Herbipolensem libellus. Itaq; ille ex Parei sententia nomen, & potestatem amisit, cum suos ad veram religionem adduceret, à suis igitur Satrapis occidi, ejus ministri precipitari potuerunt.

Cetera exempla quae Pareus adfert, eò seruiunt, vt nulli Principi Catholico securo esse liceat, vt in libro de pace docuit, quia omnes Principes Catholici sunt feortatores cum meretrice magna, sunt illius scorti membra & artus, sunt persecutores, sunt illi tales, quales depinxit Aretius.

Cum igitur Pareus, Aretius, Graferus, alij doceant.

1. Imperium esse à Diabolo ornatum.
2. Mirari & adorare bestiam, adorare Diabolum, esse imperium mirari nimium, augustum vocare, &c.
3. In imperio esse persecuciones quam late patet.
4. Diaboli mores hodie in Imperio probe exprimi.
5. In imperio singularem adhuc regnare hypocritin.
6. Draconem esse Spiritum agentem in bestia.
7. Draconem inspirare ingenium malignum Imperio.
8. Spiritum malignum esse *αἰρετικὸν*, & efficaciter regnare in Imperio.
9. Stultos esse, qui Imperij successum admirantur.
10. Triplicem impietatem esse in Imperio Romano, rem ipsam loqui.
11. Causam hypocritarum strenue defendere Imperij possessores.
12. Adhuc reformati imperij bestiam adorari velle.
13. Manere impietatem ex Principum successu, ideo ad eorum partes transire homines.
14. Bestia hujus, id est, Imperij cultores, ab aeterno vasa irae esse.
15. Cum Lutheranos in Catholicos reformatores Principes concitent.
16. Cum conuersos ad priscam martyrum fidem, tyrannide Antichristi sub jugum coactos mentiuntur.
17. Cum id dolis & armis Principum Catholicorum factum dicant.
18. Suos Principes hortentur, vt votis, consilijs, actibus obuiam illis reformationibus eant.
19. Cum actus illi non sint tantum conciones, & scriptiones praedicantium, sed consultationes, tractatusque conuentuum, & comitorum & decretorum executiones.
20. Cum caput actuum & consiliorum Pareorum sit Syncretismus contra Papatum.
21. Cum in illis consilijs de concionibus minima sit cogitatio.

22. Cum doleat Pareus Lutheranos adherere Catholicis,

23. Cum pellere Lutheranos, vocent opus Domini.

24. Cum subditis magistratibus det arma, vt sint terrori Domino majori.

25. Cum omnibus Principibus mandatum dicat, vt exurant Babylonem, hoc est, Papatum, carnes ejus comedant.

26. Cum hoc mandato jurisdictionem in Papam, & Papae assecles, velut Antichristi, seu Babylonis membra datam asseceret.

27. Cum omnes Catholicos blasphemos, idololatriasq; iudicet, & suis magistratibus publice mandatum affirmet, vt resistant eorum operibus malis. Cum haec inquam doceant.

28. Ex his consequitur, Catholicos seu Ecclesiasticos, seu Principes saeculares vel vnam horam saeculos non esse, si Parei consilium placeat Principibus Euangelicis. Imò neq; Lutheranos, si illi, qui se reformatos appellant, zelum Pareorum induant. Neque reformatos, si scalam sceleratam Antichristi erigant, vt Regem Angliae facere clamant Puritani. Neque Arminianos, si aduocatos, & Syndicos in custodia compingant Gommariam. Haec summa est, perijt non modo fiducia, sed etiam mentio pacis, si latrocinantium Theologorum Curiae animos Principum occupent.

CAPVT XXVII.

Exemplis Patrum, Catholicorum, Lutheranorum non probari Syncretismum.

§. 1. **Q**uin etiam in nos causa conspirandi illa traditur, quia id fieri posse videtur exemplo multorum, qui deinde reconciliati sunt. Cur non igitur Euangelicorum, qui sic vocantur, controuersia concretizari, vel tolli poterunt? S. Cyprianus & Stephanus, S. Basilus Magnus & Eusebius Caesariensis, S. Hieronymus & Augustinus, S. Hieronymus & Rufinus, S. Hieronymus & Ioannes Episcopus Hierosolymitanus, S. Epiphanius & Chrysostomus, Orthodoxi & Nouaciani, Catholici inter sese, Lutherani reliqui, & Concordibergenses dissenserunt, nec tamen pacem ruperunt, sed reconciliationem ad miserunt, quidni igitur & nos Euangelici? Haec summa capituli 15.

§. 2. Est quidem argumentum hoc ab exemplis petitum, non inuitatum in Rhetoricis amplificationibus, sed in disputationibus infirmum, & nisi sint omnia paria, ac similia, vitiosum, capiosumque.

Hoc v. loco cum omnia sint planè contraria, tam res, q̄ persona, stultum & ridiculum. Nunquam fa-teor tam felix Ecclesia fuit, vt omnes in omnibus penitus consentirent, sed neq; id aliquando futurum sperare audemus, nisi tum cum *Deus erit omnia in omnibus*, cum errore sublato incretam veritatem caelesti lumie intuebimur. De genere tamen dissensionis, de animo contraria docentium, grauitate quaestio-nis, obscuritate rei iudicium constituendum, item si quid in concilijs definitum, si quid in Ecclesia temp creditum, neq; n. omnis dissensio facit haeresin, neq; ex discordia orthodoxorum aestimanda sunt diffidia, atq; odia haeticorum. Singula exempla retrahemus.

§. 3. Cyprianus & Stephanus Romanus Pontifex de Baptismo haeticorum dissensere. Cyprianus eum rejecit, Stephan. approbavit. Error Cypriani fuit, veritas penes Stephanum. Errori Cyprianus ad-jecit commotiunculam, nam ad Pompeium Sabra-temsem Episcopum de Stephano iracundius scripsit. Augustin. de ca Epistola dolet, excusare Cyprianum se posse negat, Epist. ad Pompeianum, & libr. 5. c. 25. contra Donatistas, de Baptismo. Errauit autem in illa

Exemplis non probatur Syncretismus.

Cypriani & Stephanus non dissensio.

in Principum male gentem permittit imitacionem.

Synopsis doctrinae de Principibus.

iani sine reli-

in illa questione, quæ nondum eliquatissimâ perfectione discussa erat, vide August. l. 3. contra Donatistas c. 3. Errauit igitur Cyprian. & ejus auctoritate impulsum concilium, non tamen diuersum sentientes damnauit. Superest, inquit, vt de hac ipsâ re singuli, quid sentiant, proferamus, neminem iudicantes, aut à iure communicationis aliquem, si diuersum senserit, amouentes. Interim Stephanus excommunicationem minatus est Africanis, nisi errorem correxissent. Paruierunt autem errantes recte sentientibus, vt constat ex Augustino l. 3. cap. 1. contra Cresconium, nam & in Catholica fide mortuus est Cyprian. & Episcopi contratio decreto priorum sententiam resciderunt, vt auctor est Hieronymus contra Luciferianos, vide & Augustin. Epist. 48. Quin & Asiatici plerique in concordiam redierunt. Consuli potest Tom. 2. Baronius.

Quorum igitur hoc adducitur? mutant errores, & palmodiam canant Zvingliani, non erunt in recipiendis Lutherani difficiles, si modo sincere agere arbitrentur. Si errare perseuerent, non minus hæretici, quam illi rebaptizatores iudicabuntur. Quæ verò est vnus erroris ad innumerabiles hæreses proportio? At cur de mutata à Cypriano sententia nihil est scriptum? Quia mox Anno 259. Valerianus persecutionem intendit, cum in annum 258. controuersia incidisset, itaq; actiones Ecclesiasticas violentia tyranni suppressit.

Basilii & Eusebii dissentio.

§. 4. Inter Basilium, inquit, & Eusebium Cæsariensem graui exorto distidio, & inimicitia flagrantibus adeo, vt ille Ecclesiâ desertâ in pontum secederet. Mala fide & calumniosa exaggeratione gesta sanctorum Pareus commemorat. Res ita habet. Defuncto Hermogene à Cæsariensibus adhuc Catechumenus in Episcopum electus est Eusebius, nam Basilium, ne eligere tur, sese subduxerat, mox Electores suffragij sui pœnituit, sed Eusebius, ne alium crearent Episcopum, obstitit, & constantia periculum, quod Julianus intentabat, facile discussit. Interim Monachi, qui sub cura Basilij agebant improbare electionem Eusebij, ea causa suspectum Basilium Eusebius habuit, & præter ejus meritum eundem pressit, Basilium autem vt Monachi quiescerent, neue sui causa Ecclesiâ scinderetur, in solitudinem secessit, non odio flagrante, nec mimicitijs, sed pacis & quietis amore, quæ ex Gregor. Nazianzeno ad Eusebium Epistola colligimus. Hæc acta Anno 362. Anno verò 366. certatum officijs, Eusebius vltro deprecatrix, & euocatrix ad Basilium literas misit, & Basilium remissa injuria Cæsaream redijt. Nô igitur hoc loco dogmatum pugna, sed in Basilio virtus, modestia, prudentia, in Eusebio suspicio, simultas, & tandem seriâ pœnitentia, humilitas quæ spectatur. Quid hæc ad condemnationum fulmina? ad exilia, & tormenta, quibus in sese Euangelici faciunt? Ad acerrima de capitibus fidei, & salute certamina?

Hieronymi & Augustini controuersia.

Hieronymi & Ioannes Hierosolymitanus.

D. Hieronymus etiam & Augustinus de loco D. Pauli Gal. 2. v. 11. disputarunt, nec sine verborum acrimonia, sed quid inde conficiet? an idè omnium hæresion fieri oportere Syncretismum?

§. 5. Controuersia inter Hieronymum & Joannem leuior erat, quam Ioannis vel imprudentia, vel malitia deinde fecit grauiorem. Pelagius n. fauere putabatur, vt habet Aug. Ep. 252. In suspicionem etiam venit, quasi auctor fuisset direptionis in Berthelem factæ, vt clarum est ex Epist. Innocentij ad eum scripta. Verum causa cum dubia sit, nec Hieronymus, nec Innocentius eum absolute damnarint, cum morte plenam rei cognitionem anteuerterit, non est tanto post tempore ad tribunal, dictionemq; causæ reuocandus, multò minùs ex vnus Episcopi, qui multos orthodoxos offendit, seque suspectum reddidit, factò, omnium religionum inducenda confusio.

Quod ad Hieronymum attinet & Rufinum, fa-  
teor rem simillimam esse illis, quæ nunc inter Euangelicos controuertuntur. Hieronymini quidem innocentia testata est factis, & Apolog. 2. exstat juramentum calumnia. Testor Mediatorem Iesum inuitum me, & repugnantem in hac verba descendere, & nisi tu prouocares semper taciturnum fuisse. Denique noli accusare, & ego cessabo defendere. Quæ est enim audientium edificatio, duos senes inter se propter hæreticos digladiari, præsertim cum ambobus Catholicos se videri velint. Omittamus hæreticorum patrocinium, & nulla inter nos erit contentio. Rufinus autem more hæreticorum sanis admonitionibus non resistit modo, sed etiam obduruit, iudicium Anastasij Papæ reculauit, Pelagij fuisse præcursores constat ex Aug. lib. 2. contra Pelagium c. 2. de illo Cælestius in Concilio Carthaginensi sic proficitur: S. Presbyter Roma qui mansit cum Sancto Pammachio, id dixit: Ego audiui illum dicentem, quod irradere peccati non sit. Itaque Cælestius non Pelagium, sed Rufinum tam nefariæ hæresis auctorem citat, sed hæc à morte ejus omnia patuerunt, quoniam & diuinus ab Anastasio damnatus, à nullo deinceps absolutus est. Hoc exemplum, si quicquam efficit, eò valet, vt significet hæreticos inter & Catholicos in causa religionis pacem esse non posse, non autem hæreses contrarias in vnâ posse conflari.

Hieronymi & Rufinus pugnant.

Rufinus hæreticorum patronus, & hæreticus.

§. 6. Dissensio Chrysoptomi & Epiphaniij Episcoporum, facti erat, & fori, non religionis & dogmatum. De Origenistarum damnatione agebatur, eos continuo quasi sufficienter auditos, & cognitos, damnandos censuit Epiphanius, Chrysoptomus iterum audiendos iudicauit, idcirco Epiphanius in Patriarchu habitare, & Chrysoptomo communicare, apud quem hæretici duerfarentur, noluit, Chrysoptomus sibi cum illis licitam cõmunionem existimauit, quos nondum auditos, damnatosq; arbitrabatur, hinc dissensio, cum in altero odium hæresis, in altero cura iudicialis processus, & ordinis præualeret. De mutuis Prophetijs, quod scilicet Epiphanius dixerit Chrysoptomo, Tu non morieris Episcopus, ille Epiphanio. Tu non morieris in patria, figmentum Baronius existimat, nam Epiphanius anno sequenti mortuus est domi suæ, quamquam Chrysoptomus diuersa exilia experitus militum importunitate extinctus sit. Iterum repeto, qd fastidiosum videri posset quidem, sed causa tamen est necessarium, nihil hanc dissentientiam facere ad omnium, qui se vocant Euangelicos, faciendum Syncretismum.

§. 7. De Orthodoxis & Nouatianis mendacium est illis, qui in historia versati sunt, luculentum. Constat non ea, qua oportebat illos seueritate coercitos, quod de Christo rectè contra Arianos sentirent, idè factum, vt anno 326. Constantinus pro eis dederit rescriptum: Nouatianos, inquit, non comperimus prædamnatos, vt eis, qua petierunt, crederemus minime largienda. Verum vt Euseb. de vita Const. l. 3. c. 61. & 62. postea id comperit Magnus Imperator. Nam primo eos loco inter hæreticos recenseret, & in Concil. Const. damnati sunt, vehementer insectatus eos est Chrysoptomus, Roma pepulit Innocentius, & anno 413. Theodosius edictis proscripsit, & deportatione, vt verba legis habent, damnauit. An nunc tolerari Lutheranos paulisper aues, vt deinde id agas, quod factum est Nouatianis?

Deniq; de Catholicorum dissensionibus hoc vniuersè statuendum est, eum qui pertinaciter contra fidem Catholicam tuetur errorem, non esse Catholicum. Si error est ex eorum genere, quorum neutra pars damnata est, dissensio non tollit fraternitatem, nec scindit vnitatem. Verum de his suo dicam loco.

Concludo argumentationem Syllogismo Antistropho. Nulla vnquam hæreses conspiratione, & tentato

Syncret-

Syncretismo fidem Catholicam opprimere potuerunt, nec ergo Evangelica poterunt. Nulla Syncretistatio esse potuit durior, nec ergo Evangelicorum.

CAPVT XXVIII.

Lutheranos improbare Syncretismum, Catholicos ad toleranda mala paratos esse oportere

§. i. Multa sunt Lutheranorum contra Syncretismum cum Zvinglianis, scripta, & decreta. Inter ea precipue vnum sibi aduersarius oppugnandum suscepit, quod est Concionatorum, & Consiliariortum Saxoniorum, quos ille Stentores aulicos per contumeliam vocat. Principibus suis auctores illi sunt, ne cum Calvinistis contra Pontificem, Imperatorem, Reges, Principesque Catholicos conspirent, sed Imperatori potius, & Catholicis se iungant, atque in eam rem rationes nouemdecim, quas motiuas vocant breuiter, & sapienter sunt complexi. De eorum consilio in haec verba ringitur Pareus, cap. 19.

Lutherani iungi Catholicis, quam Calvinistis malant.

Eius rei rationes.

Verum enim vero remoram aliam insidiosam iuxta & pestilentem, per Principum quorundam aulas serpere comperit. Circumferuntur enim, quaedam MOTIVAE sub hoc titulo: Motiuum vnd Ursachen warumb man mit den Calvinisten in Religions Sachen nicht kan oder soll wider die Papisiten für einen Mann sehen / hoc est, rationes propter quas Principes Lutherani cum Calvinistis in negotio religionis contra Papisitas simul stare nec possint, nec debeant. Haec, inquam, pestilens remora non dubium, quin laudatissimorum Principum, & ciuitatum animos varie distrahbat, & pacis consilia inturbet. Res ergo postulat breuiter etiam dispicere, siue motiuas seu rationes illa vera, & ita solida, vt Evangelicis Ecclesiis turbas mouere, pacemque interuere debeant. Sunt autem rationes nouemdecim, quas retento motiuarum vocabulo referam ordine, quidq; orthodoxi ad singulas respondeant, aperte ac placide sine villo stomacho subiciam.

Accusat Pareus Lutheranos,

Quae Consiliarios illos precipue mouerint, rationes, ipse etiam ostendit Epist. de dicatoria ad Controuerfias Eucharisticas, in qua apud Polonos adoloscensentes ipse senex Lutheranos in hunc modum accusat. Quicquid v. de Lutheranis hic dicitur de nostris in Germania aduerfariis vbiq; raris rigidis, sanis ac turbulentis veritatibus hostibus est dictum, qui nullas pacis conditiones, nisi salua sua vbiq; & maiestate recipiunt, qui Orthodoxos tanquam hereticos ipsi Turcis deteriores traducunt & damnant, quicq; palam profitentur, ad Papisitas potius transeundum, quam cum orthodoxis, quos Calvinianos vocant, fraternitatem colendam esse. Ex quibus nuper aulicus quidam Stentor publico scripto non erubuit Principi suo consultor esse, vt in comitiis potius sese Papisitis, quam Orthodoxis Calvinistis coniungeret, duabus allatis rationibus, vna Theologica: quod Lutherani cum Papisitis in pluribus consentiant, quam cum Calvinianis, quos vocat: altera ciuili, quod Papa pro tuendo imperio Romano vires conferat, Principes vero Calviniani cum Turca aduersus imperium non dissimulante colludant: quarum posterior quidem longe aliter quam calamo meo refutari meretur: prior si vera est, ipsa veritas facta est mendacium: nisi forte sicut inter consensus capita nimerat gemulationem in nomine iesu (qua orthodoxi ad iaphoran habent) ita isdem annumeret templorum statuas, organa, casulas Phrygianas, & stolas, togas distituentes, cesariem calami stratum, choreas, encensia, & id genus plurima, quae pariter sunt his communia & illis. Si consilium probum est, quid scripsit Lutherus. Papatum esse ex Diabolo: Das das Wapstumb vom Teuffel gestiffet sey? quid clamat Apostolus: Exite ex ea popule mi?

Calvinistae Turcis auerati.

§. 2. Binas, quas retuli rationes in nouemdecim deinde partiti sunt, cum visum est singularim omnia exponere. Neq; enim vel Principes adeo sunt leues, vel

publicae salutis, & decori negligentes, neq; consiliarijs vtuntur adeo vel imperitis, vel Calviniana pecunia, pollicitisque in perfidiam deprauatis, vt opes, libertatem, vitam, subditorum salutem pro Calvinianorum dominatione in discrimen adducant. Multo minus adeo stolidi, vt Calvinianis ministris se regendos permittant.

Quae cum Principes sine formidine, & simulatione piteantur, periculum nullum est, ne in suos Collegas p nutu sanguinarij Calvinastri vclint esse crudeles. Quis n. Germanici sanguinis, & animi Princeps, ad carnificinam Catholicorum turpissimo Syncretismo auctorari sustineat? Quis huic lanatae operam carcerariam locare? Quid enim vel ad odium improbitatis suae immanius, vel ad majorum suorum contumeliam facere possent indignius, quam si vicinos, quieros, amicos, cognatos Principes, trucidare, deuorare festinent, ob ejus religionis cultum, in quo omnes, a quibus ipsi nobilitatem, opes, imperium accepere, & nati & mortui sunt? An adeo ferum esse quenquam vt contaminare se velit viuentium caedibus, quorum aliud non est delictum, quam majorum suorum, de quorum nobilitate generosus est? de quorum hereditate potens est? an in eos eadem crudelitate vteretur, qui in alienis cruciatibus ostendit, quid patres suos meritos esse iudicet? Tume illustissime Princeps occides? occisum deuorabis? de gaudio tormentorum meorum moriere? quia de religione aurore, atq; ataurum tuorum non recessi? quia altari feruio q; majores tui fundauerunt: quia id credo, q; vt crederem illi causam dederunt? quia id non damno, in quod illi doctores, & academias suas jurare voluerunt? Ecce meus sanguis in tuam inuidiam, in familiae tuae dedecus fluit. Vt igitur vel in me animum benigniorem accipias, vel poenae vniuersam familiam tuam, atq; antiquitatem accenseas, necesse est.

Cur Principes sint in Catholicos mitiores.

§. 3. De liberis imperij ciuitatibus, sine quatum neruo mouere bellum Praedantium furor non potest, minus etiam formidandum censeo. A contentione, & sanguine abhorrent, negotiationibus, & artium exercitationibus florent, bello crescere non possunt, illo enim priuatorum fortunas imminui, commercia sisti experiuntur, nec spes est Rempublicam proferre pomacia sua posse, inter potentiorum imperia, ditionemq; inclusa.

Liberae ciuitates non occident Catholicos.

§. 4. Quis igitur ad vocem furiae tribuniciae, sonitum buccinae dabit? quis efficiet, vt ciuili bello in se Europa collisa, reliquias fortunarum, & lacera membra Mahomeditis in praedam vertat: Conatus ille est Parei, qui tam atrociter de nobis consulit, vt REMORAM INSIDIOSAM IUXTA AC PESTILENTEM censeat, qua caedes nostra differtur. Cuiusmodi est, q; Pontifex, Caesar, Reges, Principes Catholicici viuunt. Certe cui remora insidiosa, & pestilens videtur, eidem mortis acceleratio, tuta, salutaris, religiosa sit, oportet. Mansuetudinem Calvinii ac Bezae agnosco, nec miro aulici Praedantis fauorem, de quo Historia mutata in Palatinatu religionis narrat, (de quinta mutatione loquor) dixisse eum in Gynaeco: Se si Caesar esset, omnibus Lutheranis Praedantibus caput amputaturum esse.

Crudelitas Calvinistarum.

Si causam tamen aliquando obtineat pars deterrior, si Ministri Euangelici, de cauterio sui Patriarchae ardentis in agmine armatorum volitent, si quos sanguine scripserunt libros Martyrum cruore obliuant, si consistant aduersum nos castra Caluino-Lutherana, adiutor noster in caelo, non timebit cor nostrum, mortem, quam naturae debemus, religioni impendemus, vitam quam tenere non possumus, Christo redemus, non est miserum, ne acerbum quidem pro Christo mori. Miseriores illi quorum crudelitatem subibimus. Testem innocentiae nostrae habebimus eundem.

Catholicos ad martyrium potius, quam bellum paratos esse oportere.

eundem, quem fortunarum inuasorem, vitæ ereptorem, militem Lutheranum, qui quamvis infame officium præstet Calvinistis, negare tamen non poterit, Diaboli se squamis militare. Ne ignorare quidem grande bonum esse, quod tam infestè Diaboli corporati (sic Lutherus in Symp. vocat Zvinglianos,) oderunt, tamque atrociter persequuntur, omnes igitur certamini & martyrio paremur, casuri feliciter, si hostili conatu responderit, permisso aeternæ providentiæ, successus. Casuri, inquam feliciter, quibus omnipotentem Deum manum supponet, ut ipsa mors vitæ nos inferat, propter quam *Filium Unigenitum exaltauit Deus, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen.* Hanc ad omnes temporum vicissitudines piæ mortis, beatitudinisque meditationem, si adferamus, nec aduersariorum minas metuemus, nec ad quotidianas bellorum narrationes, & semestres historias, quas eorum falsarij mendacissime conferunt, trepidabimus. Neque consolatione, quam viri prudentes adferunt, qui in Republica versantur, nimium erigemur. Sunt enim neque infimæ notæ homines, neque in rebus imperij parum exercitati, qui conspersionem illam, etsi felicissime conficiatur, timendam negent. *Deum a quibus Catholicorum causa non defuturum, iustitia cum esse vindicem, non deesse legitimo Magistratus efficacia ad iustitiam contra improbitatem atque audaciam media, scire se ubi aduersarios calcus pemat, communem esse illis, & nobis, quæ cadere possint, mortalitatem; ferratas acies stare luteis pedibus, tenui cardine moles ingentes versari, securum & de nostro vulnere sanguinem.*

Consolatio  
Politicorū.

§. 5. Quorum consilia hæc tenus quidem probare soleo, ut humana auxilia, & industriam, quando quidem diuina dona sunt, significem non esse aspernanda, potiorum tamen Christianæ perfectionis, constantiæ, gloriæ viam lubens demonstrarem, hortorque ut patiendo potius, quam fortiter agendo, oppetendo mortem, quam cadendo hostem, cælesti in capitulo lubentius triumphos petant. Hoc animo si bellum expectemus, alterutrum consequemur, ut vel moriendo in veterum martyrum fide, & communionem lauream eandem, consequamur, quæ illi æternum coronati latantur, vel si iustæ causæ victoriam Deus concesserit, si conspersionem magnus ille consiliorum ponderator, magnis bellorum arbiter inhibuerit, in auita religione, sine tumultu nouatorum, & inimicorum infestatione viuamus. O felicem animæ Christianæ sortem, cui vita longior ad felicitatem est via, mors compendium, quæ nisi suâ sponte perire non potest!

## CAPVT XXIX.

### *Ciuilem unionem quorundam Principum non esse pro Syncretismo in Religione adducendam.*

§. 1. **S**yncretismum etiam ducunt ex vnione ciuili principum. Si enim inter eos pax est, cur non sit etiam Religionis Syncretismus? Cur se mutuo Theologi persequuntur? Laudatissimæ ciuitates, inclyti Barones, Illustres Comites, Illustrissimi & Serenissimi Principes, vnionis & sanctæ pacis consilia inierunt, quid igitur prædicantes depugnamus?

Religio hu-  
manis pa-  
ctiois non  
debet tem-  
perari.

Principio quidem ad iura & fœdera humanarum pactiois curam pietatis, cæremoniasque accommodari, & de pace vel inimicitijs regnorum pendere Religionis sacrorumque & fidei concordiam atque dissensionem, nemo nisi atheus & Epicureus dixerit. Quid enim? Tu legibus fœderum vel coactorum, vel turpium, certè semper instabilem, immensi nu-

minis cultum temperabis? Si sese Princeps tuus Otomanis junxerit, tu quoque tolerandam Mahometis culturam censebis? omnino facies, toleras enim eos, quos Judæis & Turcis, cum ex animo loqueris, deteriores arbitraris. Quid Belgis suadebis, si fortè status generales, cum Indis & Chinis idololatriæ fœdus inierint? An Calecuti mensam Calvinisticam statui censebis æquum, & erigi patieris? Amstelrodami aram Deo Calecutano? *Non conueniunt nobiscum in fundamento,* inquit, at jam nec vos conuenire supra docui. Maneat tamen ciuiles pacificationes religionum, & fidei arbitras esse debere, nec credendi rationem ab Ecclesiâ, sed à palatijs, castrisque discendam, quid futurum existimas, si Principum amicitiam vel simultas dissoluat, vel iniuriæ ruperint? an tum quoque pacem religionis pedissequam, pactorum ciuiliū interitu violatam iudicabis? An tubæ sonus, fulmina temporum, & damnationes cathedrarum simul conciet? & in arma viros vocabit? Si murum aries percusserit, mox hæreticus erit, qui ante frater? Hæc impia, Epicurea, Machiavellica, Satanica sunt decreta.

§. 2. Sed tamen qualis illa Principum seu vnio, seu liga, seu correspondentia? An in id consentiunt, ut patriæ incolumitatem, imperij dignitatem afferant, supremi Magistratus auctoritatem tueantur? in belli Turcici necessitates sumptum atque arma necessaria conferant? ut iudicia habeantur? rerum iudicatarum executiones, audaciæ atque fraudibus hominum improborum non impediatur? Hæc si proposita habent, non opus erat pace nouâ, cum omnes omnino Principes Imperij & iure fidelitatis Cæsari ad hæc præstanda obligentur, & Collegis id suis promiserint prima dominiorum suorum additione. Sed aliud quippiam spectant, nemo non videt, quam necessaria fuerit, orthodoxorum inter se, & cum Regnis, Dynastijsque Catholicis ad sui inculpata tutelam vnio, atque confœderatio.

§. 3. Qui verò illi Principes? quot inter eos Lutherani? Et quomodo esse possunt Lutherani in pace religionis cum illis, à quibus pelli Lutheranos indies experiuntur? Imò cum vnione illa defectio à Lutheranismo incepta, concepta de non offendendo Calvinismo diplomata sunt, & Lutheranorum, sub nomine dimissionis, instituta cautæ proseriptiones, tum cum fœdera illa iecerentur, adeo ut nemini dubium esse possit, quorum fiducia Principes hucusque Lutherani Calvinismum in ditiones suas inducant. Bellum igitur atque exitium Lutheranismo pax illa ciuilis, siue Correspondentia peperit, ostentatur miseris populis pax, atque defensio contra Papatum, ostentantur Ecclesiarum nobilium opes, & dignitates, ostentantur de alieno præmia, ut dum propenso hiatu nostris rebus inhiant Prædicantes Lutherani, suis nidulis inopinatè excutiatur. Quanta erat Vnionis illius apud Euangelicos cum primo glisceret expectatio? quæ chartæ, quæ picturæ ad terrorem Catholicorum nobis ingerebantur? animum vnium alterumve negabant posse rem Catholicam stare, distributos Episcopatus, donatas prælaturas, Monasteria descripta esse asserbant, jam titulos nouos sibi Prædicantes sangebant, cum ecce subito dimidius penè concidit Lutheranismus, atque ex duobus Electoribus alterum amittit. Necdum conjicere poteris, necdum videre atque sentire vos ô Reliquia Lutheranorum, vestram salutem his pactiois peti, vestram quietem Calvinisticis artibus turbati? Roma fœderi præterditur, & capitur Berlinum, opes & vires contra Papam Romanum vos conferre putabatis, & vestris præfidijs Papatum Saxonicum, ut Calvinistæ vocant, circumfidelis atque oppugnatis.

Qui Prin-  
cipes corre-  
spondemus.

Finis Cor-  
responden-  
tia.

Laudat

Laudat ciuitates, Barones, comites, duces foederis, & sanctae vniionis confortes, sed laudat Calvinista, cum imperium suum amplificatum cernit, eadem arte omnes in paludes Gebenenses attracturum sperat.

Ad vniuersos Lutheranos haec pertinent, magis tamen ciuitatibus liberis sunt metuenda, sed malo de ea re senatoris in Republica nobili, ad Syndicum alterius ciuitatis perscriptam sententiam ponere, quam meam.

*EPISTOLA SENATORIS N. REP. pub. N. ad N. Syndicum N. ciuitatis N.*

*Principes im  
perialis  
latum con  
suum.*

§. 4. Petis à me Clarissime & Consulissime Domine, amantissime compater, vt ciuibus meis auctor esse velim, quo cum principibus correspondentibus se aduersus Papias vniant. Ego hic valde haereo, valdeque miror, te id tuis suasisse. Nam multa video & gratia, quae me valde deterent. Vel enim vincemus vel vincemus, vel certe aequo Marte vtrique attriti pacem componemus. Si victi fuerimus, quis non videt quale Ve victis proponatur? Si pax facienda est post cladem, cur non potius eam retinemus? Ego vero sentio nos sine clade victores esse non posse, imo victoria ipsa nos interituros. De singulis mea considerationem audi.

*Incommo  
da Synere  
sim.*

Bellum parandum est, si foedus inimicus, toto in illo negotio directio est penes principes, comites, nobiles, illi delectus agent, nos pecuniam, vel pro nostra parte, vel mutuam pro alijs conferemus, in nostro territorio alendus miles, de arario nostro danda stipendia, de nostro granario comestus, scis enim vnde haec peti soleant.

Secundo, Itinera intura erunt, negociationes interitae, agri deserti, si enim Princeps N. vel mille equites pabulatum in nos mittat, vna hebdomade pauperes efficiet, hinc domi inopia, foris timor, artium mechanicarum contemptus, fames, ciuium ne tumultum concitet periculum est.

Tertio, Quod si etiam Caesarea Maestas arma ponere iuberet & contumaces prosciberet, non per Germaniam modo vniuersam, sed per Galliam, Italiam, Belgium, merces ciuium nostrorum fisco cederent, personae caperentur, atque exitium timendum esset extremum, atque adeo seditiones etiam internae.

Quarto, Cum bellum geretur, cum nos nobiles, Barones, Comites non simus, tota non modo administratio erit penes alios, nos loco rusticorum habebimur, sed etiam erunt nostrae vrbes in illorum potestate, arma tenentibus omnia danda erunt, poteruntque nos, si velint ad qualibet sibi concedenda cogere, eo exercitu, quem nostra pecunia collegerunt. Respondebis, id eos non facturos, vt qui foedum, & aequitatis sint amantes. Non facient fortasse, sed timeo tamen ne faciant, deinde non est nostrum committere, vt aliena potius benignitate & misericordia precariam libertatem teneamus, quam vt eam nostra prudentia, consiliisque, & Caesareorum beneficiorum antiqua lege defendamus. Non est senatoris fideliter patriae consulenti, id agere, vt cum vicinus princeps velit, possit urbem subijcere. Libertatem ex alieno arbitrio nutuque suspendere, non domesticis consilijs, praesidiisque firmare. Ego ne liberam quidem ciuitatem iudico, cuius fortunam vicinus potentior ex cingulo gerit. Certe durante bello, quod nostro sumptu geretur, vnus centurio nobilis plus poterit, quam senatus, populusque noster.

Quinto, Si bellum trahetur, quomodo in au-

nos quinque vel sex, vastatis agris, vexatis ciuibus, exhausto arario; sublatis commercijs sumptum sustentabimus; qui nunc ne vna quidem hyberna ferre possimus? Nonne ciuibus nostris animus concidit, si nundinas Francofurtenses minus lucrosas fuisset audiant? quid futurum censes si omnia tollantur.

Sexto, Si vincemus, quod tam timere sapiens debet, quam sperare victoriam, omnium quidem aduerso Marte victorum misererit conditio, ciuitatum miserima. Principes enim habent in aduersa parte cognatos, affines, amicos, deprecatores, conciliabunt cum victoribus nuptias, causam belli in consiliarios conijcient, ignoscerit huius adolescentiae, illius senectuti, alterius meritis, non nullorum maioribus. Ciuitates vero quae vnus Caesaris beneficio sunt liberae, quis tuebitur? Libertas solo verbo minuetur, sumptus repetentur, noui Magistratus instituentur, multa exigetur, ipsi principes reconciliati executores constituentur, nos, inquam, in praedam à victore expetemur.

Septimo, Vincemus, inquit, hoc si oraculum esset, non hominis coniectura, mouere fortasse ad praelium militem posset, sed tamen ad bellum incendum vrbs N. Senatorem inducere non debet. Victoriam enim timendam arbitror. Primo quia nihil commodi, deinde quia extrema pericula adducet. Quid porro vtilitatis nostra vrbs inde capiet, si princeps N. principem N. vicerit, eiecerit, ditionem eius occuparit? nosti me loqui de illis, quorum in confinio habitamus. An praefectura nos aliqua asperget, vt ex magna fortuna reliquiae aliqua ad nos defluxisse videantur? Primum, si hoc faciat, non tamen fructus annuus sumptum compensabit, quem fecimus. Deinde, Vix faciet, tot centuriones, nobiles, barones, comites, principes, per quos vici, cum stabunt, vt nos rustici, vel si maus, nobiles ciuitatenses ne aditum quidem simus habituri. Nos certo sumptu spem incertam ememus? Periculum quidem quantum nos etiam victores adeamus, quem latet? Nam periculum voco, quia victores, erimus in potestate potentioris, qui nunc ante bellum liberi sumus. Nosti non modo nos commercijs ex regionibus duorum principum, sed ex eorum agris, pascuis, syluis ali, pedem non posse foras ponere, quin simus in alterutro territorio, nostra tamen libertas tuta est, quia Ecclesiasticus ille pacificus est, nec sinet alterum accessione nostrae vrbs fieri potentiorum. Ita illorum simultas, est nostra securitas, si nostra opera Ecclesiasticum secularis expulerit, nos cum voler, etiam sub iugum mittet. Eterit, mihi crede, tempus cum voler. Olim querebatur Melanchthon Epist. ad Milichium, Vrbs ab ignavis principibus & desertis, & proditas esse, sperabatque, ideo modestiores fore, & rectiora consilia inuenda pacis quaesituras esse. Prodere & deserere potuerunt infelices, an non volent, cum facultas erit, dominaui felicibus.

*Principes  
vrbum de  
fertores &  
proditores  
iudicio Me  
lanche  
nis.*

Octauo, Exempla me terrent, nam cum nos, & pleraque vrbes Lutheri doctrinam profiteantur, principes Calvinianam, non est dubium, quin sibi vicisse, & exercitium Gebenense inducere velint, atque ita inter medios, potentesque Calvinistas pauca erimus sparsae vrbes Lutheranae, primum iraque sensim nostri ciues, & adolescentes vicinitate, & commercio Calvinismi amorem imbibent, Syndici, Secretarij, & nonnulli Senatorum Zwinglianismo fauebunt, neque enim nunc defunt, qui Calvinistis sese venditent, & sententias vendant, tum vero etiam exercitium petent, & intercessoribus magnis extorquebunt, videmus id nuper in celebri empotio effectum, vt etiam exteris ciuitas pateat, & exteris Calvinistis. Deinde lites inter vicinos oriri

Nna solent,

solent, quis infirmiori ius dicet, aut iustam sententiam facto exequetur? Tertio. Nunc hoc ipso tempore, cum nostro auxilio egent, cum pecunias nostras prestant, cum aduersarios pertimescunt, an nobis quicquam indulgent? cogita, non Coloniam: quam quia Catholica est, affligendam putarunt, sed nostrę, hoc est Lutheranae fidei ciuitates, nõne adductis, ẽ Gallia, ẽ Belgio exteris, illas alijs ciuitatibus premere atque virgere ceperunt, vide noua oppida ad Mœnum, & Rhenum vetustissimis exhauriendis condita, vt in suos fundos negociationes, opes, vitam veterum vrbium transferant. Tu dubitas eos id facturos, cum se posse videbunt, cum videas conari cum nõ possunt? Non cupient credo possidere opulentas vrbes, quas nunc transferre tanto sumptu, & inuidia satagunt. Non facient, inquires; malo cauere ne possint, quam expectare misericordiam eorum cum poterunt. Protocolla actorum tenes, in Republica tua peregrinus non es, perpende quid fecerint, facilius quid facturi sint ex regulis prudentiæ iudicabis.

Summa hæc est; belli moles nobis erit sustentanda, exitus incertus, calamitas certissima, si vincimur, præda erimus victoris, prodemur, vt olim esse factum Philippus, ab ignavis principibus. Si vincimus, accessio ad prædam erimus potentioribus. Cum ergo in hac confederatione nobis vel exitium, vel seruitus proponatur, vt inque grande malum, sed eo miserabilius quod nostra pecunia emendum proponatur, antiqua præferimus, libertatem nostram fide et ga Cæsarem, quiete erga pares, humanitate erga vicinos tuebimur. Vale & ita tuis ciuibus consilia impertire, ne da hijs temporibus fides tua ergo Rempubliam vacillasse videatur. Ego quod meae sententiæ erit, dixi. Hæc ille, atque has causas esse suspicor, citi pleræque ciuitates ab imaginario illo foedere recesserint, aut occasionem honestæ discessionis expectent. Verum talia, à meo instituto etsi non omnino aliena: non tamen mihi ad considerandum propofita; lubens prætermitto.

CAPVT XXX.

Ad pacem esse necessarium petulentiam ingeniorum coerceri.

Mala leniū ingeniorum

§. I. Quid Oceano ventris est, hoc Ecclesiæ leuium ingeniorum inconstantia, fons hæreseon, mare quietum flabra conceitant, & naufragijs infamant, ignem accensum auget in immensum ventorum afflatus, & extinguentium labores reddit inuitiles. Hæreses dicte sunt Græca voce, ex interpretatione electionis, quæ quis sue ad instituendas, siue ad suscipiendas eas vititur. Tertullian. libr. aduers. hæreticos cap. 5. suo igitur arbitrio quod inducant, eligunt. Hinc inserunt Aristotelem, qui illis dialecticam instruit, artificem struendi, & destruendi versipellem, in sententijs coactam, in coniecturis duram, in argumentis operariam contentionum, molestam etiam sibi ipsi, omnia retractantem, ne quid omnino tractauerit. Hinc illa fabula, & genealogia indeterminabiles, & quæstiones infructuose, & sermones serpentes velut cancer, à quibus nos Apostolus refranans, nominatim Philosophiam restatur cauere oportere. Coloss. 2. Hinc illa simplicitatis, qua dominus quaeritur, abiectio. Hinc nouitij fati assertores, qui que Stoicum, & Platonicum, & Epicureum Christianissimum inducunt. Tam grande malum auertere, principum est. Hoc si tollatur, iam hæreses esse desinent. Nobis enim curiositate opus non est post Christum IESVM, nec inquisitione post Euangelium, cui cum credimus, nihil desideramus vltra credere. Hoc enim prius credimus, non

Sophistica tollenda.

A peruersa philosophia est periculiū fidei.

esse quod vltra credere debeamus. Tertul. aduersus hæret. Itaque iam olim querebatur Tertullianus Philosophos esse Patriarchas hereticorum, ex semine philosophorum nouitiam paraturam esse, ex eorum ingenijs hæreses animari. Totum hoc malum est de curiositate, & scientiæ ostentatione, dum suatum inuentionum malunt esse Magistri, quam discipuli veritatis, omnia mouent, & nihil tenent, pleni quæstionum nouarum, inanes fidei. Hinc series contentionum, exortus nouitatum, enormitas flagitiosarum sententiarum, crudelitas ciuiliū bellorum. Cum enim nihil per aliquod ingenium ita astruatur, quin ita acre ingenium ẽ contra inueniatur, necesse est perpetuum fieri certamen de gloria memoriæ, solertiæ, acuminis, vt fit iam religio, pugna ingeniorum, non sincera colendi Numinis deuotio.

§. 2. Toleranda exercitatio, si in puerilibus rudimentis desudaret, circa dialecticos spineta angere tur, aut in physicis luderet, aut de Mathesi admirationem sui strueret; at nunc cum animarum periculo gloriam ingenij quaerere, in consortium contentionis Rempubliam trahere, puluerem Scholasticum ciuium sanguine miscere, vt impium est, atque crudele, ita nostræ ætati vtitissimum.

§. 3. At magno est ingenio, & perspicaci, dignus quem sequantur multi. Vtinam bono potius animo, quam magno ingenio, si non est vtrumque, vt & bona sit voluntas, & perspicax intellectus. Si ingenium est celebre, vide ne sit versatile, callidum, & inconstans. Si velox, dirigatur ad virtutem, qui velociter currit, facile præcipitat. Si acutum, ergo debile, acuta facile franguntur. Et est quoddam acumen fallax, odiosum, sophisticum, inimicum sapientiæ, infestum religioni. Quadam (inquit August. Epist. 1. ad Macedonium) acutissima, & excellentissima ingenia in tanto maiori errant, quanto confidentius, tanquam suis viribus concurrunt, nec simpliciter, nec veraciter Deum, vt viam sibi ostenderet, petuerunt. Magna illa si indulgeant sibi, iam tument, & sana esse desinunt, & quod semel temere dixere, semper defendunt, donec suo se tandem labore confumant.

§. 4. At libertatem prophetandi sibi concedi, fas, & ius putant: Hoc Vorstius, hoc Socinus, hoc cætera pestes allegant. Et eo allegant, non vt homines ad religionem instruant, sed turbent. Sunt illi apud Clem. Strom. 1. Ζηλωτὰ τῶν χριστιανῶν ἐκ δόξης, ἢ ἰσχυρῶς λέγουσιν. Zelotæ paruularum artium, contentiosi, & litium streuosarum sartores. Libertas illa semper plus appetit, quam licet, indomita itaque licentia refrananda est, alioqui nihil de fide præter nomen retinebitur.

Exempla enarrate nihil attinet, nostra ætas monstruosarum hæreseon mater, exemplum est. Libertate indebita vsus initio Lutherus, explanationem scripturæ, hoc est, fidei instrumenta nouauit, non mille Cypriani, non mille Augustini, non mille alij, vel sanctitatis auctoritate, vel eruditionis claritudine, hominem suæ imaginationis pertinacem à nouando reuocabant. Interpolare scripturas, nouo intellectu eas capere, monstruosa dogmata mundo obtudere. Cur non liceat idem Zwinglio, quod laudi datum est Luthero? Vbi semel iacta est alea, vbi transierunt Rubiconem, mari Ecclesiæ nefarium bellum inferentes, sua quisque in scripturarum explanationibus auctoritate nititur, suo ingenio sapit, non tenetur iudicio totius Ecclesiæ, quam oppugnatum venit, non reueretur, antiquitatem, quam Antichristo transcribit. Liber igitur, & sui iuris est, soli sibi credit, solus ipse sibi, suæ religionis est auctor. Atque fieri cernimus, vt in singulos annos noui Magistri existant, quia suo arbitrio singuli docent. Nec reprehendi possunt illi, qui à primis hæreticis discesserunt, ab illis qui deserti

Quæstiones Esch.

Ingenia sequenda.

Nimia licentia causa hæreseon.

Necesse est oriri hæreses, vbi sua quisque auctoritate nititur.

deserti sunt, nam illi matricem, & originale fidei, Ecclesiam reliquerunt. Si castrorum transfuga sacramentum militate timore posthabuerunt, quid mirum, si nec hostibus sunt fidi, à quibus perfidia præmia se accepisse meminerunt? Itaque quotidiana transfugia ad nouas hæreses, aut veteres interpolatas, & nouo schemate in orchestram productas sentiunt, quia nouis inuentis in clarescere mundi vanitas amat. Nec finis vllus est nouandi, innouandi, fucandi, quia fingendi licentia non modo impunitatem habet, sed etiam gloriam, & si turbas trahat, ingens lucrum.

Quales Lutherani in Ecclesia.

§. 5. Testes produco non quidem graues, sed cum in suam ignominiam nemo mentiat, in hac causa duntaxat fidos. Sunt illi ex Concliuulo Islebiano prædicantes, qui in præfatione ad confessionem Mansfeldicam quærentur. In suas Ecclesias multas, & varias passim corruptelas doctrina Christiana, & hereticorum sectas de improposito partim insidiosè irrepere, partim audacter atque violenter irrumperere, diabolum excitare vndeque superborum hominum, atque fanaticorum ingenia, qui insidiant gregem Dei pestilentissimis erroribus, atque dogmatibus falsis, quibus tam corpora nostra, quam anima in æternum exitium præcipites agantur. Et vaticinantur non vane: Si succedat hoc negotium Satanae, multo peius futurum de Ecclesia, quam vnquam fuit antea, sicut pulchre, & euidenter nos Christus docet in parabola, Luca vn. decimo. Quod autem quotidie cumulantur fanaticorum hominum opiniones & sectæ, negant esse mirandum tantopere, atque octo causas adferunt, ex quibus hæc secundo loco posita est.

Cur secta augetur.

Secundo, iniquiunt, Neceffe est crescere sectas, quia omnes fere principes, & Magistratus officium suum in hac re negligunt, sed petulantiam ingeniorum confirmant, quod cuiuslibet, pro suo arbitratu quamlibet falsam opinionem fingendi licentiam permittunt. Hinc factum aiunt, vt iam res eo redierit, vt multi hoc tempore turpitudinis, atque ignominie loco habeant, voce vel scriptis opponere se falsis fratribus, & sectarum auctoribus, imo etiam si qui adhuc supersint sancti doctores, nec dum infecti fanaticarum opinionum veneno, tamen sunt languidi, meticulosi, & animo paulo abiectiori, quam vt veritatis causa periculum incurrere velint.

Ita illi, vera querela, sed inani, imo & stulta. Vera quidem: Inualuerunt enim illi, quos contra Synodum collegerunt, Anabaptista, Seruetiani, Stancariani, Antinomi, Svencofeldiani, Sacramentarij, Osiandrici, Defensores liberi arbitrij, Assertores operum ad salutem, Adiaphorista, inter eos etiam posuerunt Iesuitas, noua iniuria, cum illorum religio sit veterum patrum, non fanaticorum noua opinio. Multo plures nominare de suis poterant, vt Flaccianos, Vbiquitarios, alia monstra, additi deinceps alij sunt, ex pandora Concordibergensi. Scinduntur itaque & variant, quia à se singuli dependent, sibi soli de suo quisque Spiritus instinctu est authenticus.

§. 6. Inanis querela est, quia principes, & Magistratus hominum non Catholicorum, fanaticorum ingeniorum petulantiam vel castigando, vel ne opus castigatione sit, inhibendo professionem suam ipsi eliderent, omnem licentiam interpretandi scripturas permisere sibi Patriarchæ Lutheranorum, nunc principes contra æmulos in clamant, Magistratus accusant, quod fanaticos non coerceant, cum dubitet Magistratus vtri fanatici defendi sint? Reciproca est illa accusatio, Mansfeldicos non fanaticos modo, sed phreneticos, & furiosos Sacramentarij, & Osiandrici appellant. Verum sint sane, vt veteres sunt, Anabaptista, Seruetiani, Antinomi, ceteri fanatici, quid docebit, aut quid vetabit Magistratus? Nempe ne quilibet suo arbitratu licentiam fin-

gendi quamlibet falsam opinionem habeat. Iustum imperium, lex æquissima. Verum ad quam normam exiget opiniones illas Magistratus? Versantur enim in scripturarum interpretatione, quid cum mente scripturæ consentiat, quid ab ea sit alienum, non est Magistratus iudicare. Aut si ad eius tribunal quoque causa religionis pertinent, quis dabit omnes Magistratus in vnam interpretationem consentientes? Eandem opinionem ratam facient prætor Haidelbergensis, & Tubingensis? Quicquid delirant male sana ingenia, de limpidissimis scripturæ fontibus haustum magna animositate iactant. Quid hic faciet officium principis? Aliam interpretationem imperet? quam vero: quæ sit, vel in Tomis Lutheri, vel Chartis Caluini. Quid hic fanaticum ingenium?

Non ego Caluinum, nec magnum curio Lutherum, Verus vterque placet, falsus vterque iacet.

Heretici suo arbitrio scripturas interpretantur.

Et cur ego curem, cum maiores ille non curarit? Mihi leges ponat, qui suo me exemplo docuit, nulla lege constringi liberam prophetandi, hoc est, scripturas interpretandi, potestatem? Intra suam me ille orbitam coerceat, qui

Ania perfidia peragrat loca, nullius ante Trita solo?

§. 7. Inanis igitur hæc est querela, nam qui noua fingunt, quod didicerunt à maioribus, faciunt. Quod nisi facerent, heretici non essent. Itaque & stulta est hæc querela. Nauem enim Consiliarij isti perforant, in qua nauigant, seque mergere occipiunt, ne *svvenisbaras*, qui in eadem sunt naui, euadant. Nouatores sunt & ipsi, & quidem imprimis coercedi. Quæ enim portenta, & quo exitura, nisi iniecta armata manu Magistratus obliſtat, nascuntur? Docent illi cap. de bonis operibus ex Luthero, pag. 194. Lubrica est oratio, & vana, sic pronunciare, Fidem quidem operibus, & meritum nisi non debere, sed tamen necesse esse, habere bona opera, tanquam necessaria ad salutem. Hoc totum nihil est. Si enim sunt necessaria ad salutem, salus sine ipsis venire non potest, & ergo non sola fide saluamur: Sed hoc falsum est, & ab vniuersa scriptura dissentit. Pergunt deinde monitris operam dare. Non esse bonum, cum dicitur. Bona opera esse necessaria ad salutem. Imo nec causam conferuantem, nec conditionem sine qua non. Quod si bona opera ne quidem est conditio sine qua non, quis dubitat, quin salutem sibi, suisque polliceatur, etsi nullum vnquam opus bonum cogitarint? Quis non videat, oportere principes, si in prouincijs suis boni, & honesti discrimen amant, monstra illa non iam ingenio mitto, sed deliriorum profligare? Verum hæc ommitto. Hoc, quod Cato studiose magistratum admonere solitus erat, vt delinquentes in Republica grauius castigarent, sentiens nihil perniciosius in Republica esse, quam Licentiam, quam adeo non ferendam in ciuitate putauit, vt iudicaret Magistratum lapidandum, qui coercere posset, non tamen faceret. Hoc, inquam, si vsquam valere debet, in licentia docendi, scribendi, pingendi præcipue locum habere videtur: cum maiore interdum pernicie mala doceantur, quam fiant. Quid faciat licentia, tot milia errorum ostendunt, & errorum in Republica pestilentissimorum. Exemplum è finitimo petam. Lex est, quæ libellos famosos capitis proposita pœna prohibet: Eius legis Francofurti in nundinis adeo nulla habetur ratio, vt passim per compita, & naues, homines nequam, talium libellorum venditores volitent: Et vt reliqua taceam, famose picturæ ad me allatæ sunt proximis nundinis quindecim (nec illæ tamen solæ fuere,) quibus principum, & statuum Catholicorum fama, imo ipsius Imperatoris Augustissimi traducitur. Nempe in illis, Pontifex cum

Mansfeldici negant bona opera esse conditionem sine qua non, salutis.

Licentia coerceda.

Libelli & picturae famose nundinarum.



dæmone, Cardinales cum Morione pinguntur, omnis Episcoporum ornatus in lebetè decoquitur, Imperator, & Reges Principesque humistrati Babyloniam meretricem adorant, Parmensis Princeps post mortem in theatrum producitur, Induciæ Belgicæ cum Regis Catholici effigie ridentur, Griphus Aquigranum, Duram, Wesaliam subigit, Mulhemium euertit, Induciæ moriuntur ante diem, Hispani, & Archidux ridetur, Spinola septicipitem bestiam apocalypticam inequitat, terribilis prouinciis Iuliacensibus imminet, Colonia turris Babylonica ædificatur, Serenissimus Dux Neoburgicus prostratus diabolum in pontifice adorat, omnia quæ odium, inuidiam, contemptum Catholicorum parere valerit, per varias Chartas afferuntur, nullius nisi Hollandorum, & fæderatorum nomen intactum manet. Iudicium de Imperio Romano, de mundo vniuerso damnatæ Chartæ euulgant, à Chartis maledictis nemo est immunis, quia iam audaciæ, maledicentiæ, improbitati præmium est, licentia allicitur, Calumniatores precio emuntur, & gaudent illi, qui leones præferunt, humili læsisse veneno, occultos morsus figere, quia si odia proficantur, & ingenue sint inimici, maiore potentia victi, & vindictam perderent, & fidem. Hæc igitur pugna audaciæ, nouatrix curiositas, infamatrix impudentia frenanda est, si pacis speciem aliquam inducere, imo si de pace tractationem aggredi volumus.

CAPVT XXXI.

Arbitros affectibus liberos in pacis tractatione eligendos esse.

Ad pacem solent adhiberi mediatores.

§.1. Propius paci accedimus, quam vtinam comprehendamus, de pacificatoribus agendum est, videmus enim in ciuilibus contentionibus, aut bellis externis interponi pacis auctores, qui neutri parti sint addicti. Et sane pacis tractatio melius per alienos transigitur. Cum enim ira, atque odij passionibus liberi sint, quas inter eos, qui mutua bella gesserunt, damna, iniuriæque exasperant, sola ratione, atque æquitate rem æstimant, in concordiam proueniunt, quia discordiæ causas procul habent. Nimirum sane sæpe euentus docuit, pacificos sermones, & fæderum contrahendorum ergo institutos congressus, atrocioris belli initia fecisse; & spem pacis irritam, acuisse odia; quod maxime fieri consuevit, cum ad pacem faciendam, qui hostiles adhuc animos gerunt, in mutua colloquia veniunt, ibi enim omnia suspecta sunt; leue verbum, facilis gestus, ordo confidendi pacem turbat, suspiciosum animal homo cuncta in deterius rapit, cum animum hostilem esse præsumit, ipsa aspectus, atque collocutio inimici ægrum animum percellit, & necdum sopitos suscitatur ignes. Per internuncios itaque agere de pace politici præcipiunt, aut arbitris cum plena potestate negotium committere. Ad arbitros autem in causa religionis perpetuo contra hæreticos à Catholicis appellatum est, hoc nisi fiat, finem controuersiarum nullum video. Qui vero vel arbitros recusant, vel iudicium, de causa sua diffidunt. Se quidem iudice victore est, qui iudicem nullum admittit, verum ita vincere, & in sua causa iudicem esse, omnium iudicio, est causa cadere.

Cur ad pacem faciendam opus sit internunciis.

Quales arbitri.

§.2. Quos vero arbitros, quos iudices nominas? Quos sine verecundia reicere non poteris. Quos si reiceeris, victum te conscientia arguet, iudices autem dicitur, qui neutrius partis beneficia vel habeant, vel sperent, iudices quos supra metus, & affectiones humanas Deus collocauit, iudices causæ gnaros, & æquitate tenacissimos,

Fortes & tenaces propositi viros,  
Quos non ardor ciuium praua iubentium,  
Non vultus instantis tyranni  
Mente quatit solida.

Tales, inquam, pro iustitia, pro religione alacres moti, contra quos si exceperis, causam prodideris.

Quinam igitur seu arbitri, seu iudices tanti, & tales?

Sunt Collegia SS. Patrum, Cõcilia Confessorum, & Martyrum priscorum. Quos de religione præclare meritos, pietati sue immortalis, pro veritate vel suprema supplicia passos, vel ad patiendum profere paratos, quorum fuit tam diuina in docendo sinceritas, vt nec totius mundi pecio veritatem celare, nec fidem suam dissimulare voluerint, quorum fuit metus expers constantia, vt nullis minis, nulla rerum iactura, nulla tormentorum atrocitate propõita à falsitate exagitanda, atque eliminanda adduci potuerint. Hos testes adeo sanctos, iudices tam incorruptos qui recusat, suo iam iudicio se condemnatum profuturum. Hoc igitur status; iudices illos nec actori, nec reo esse recusandos.

§.4. Alterum et dabunt ipsi mihi aduersarij. Non posse se quempiam nominare, cuius iudicio stare velint. Aut sane si ita volunt, age dum, id quod velle se asserunt, fiat, nomen, cuius iudicio stare audeant, nominent, sed alium, non se ipse quitque.

Aduersarij de suis nominare arbitros non debent.

In sacra scriptura legimus. *Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam*, Genes. 15. 6. Roman. 4. 3. Galat. 3. 6. Huius interpretatio varia est. Quidam sic interpretatur. *Imputatum est illi opus, seu re credere ad iustitiam, quod Deus ita acceptauit, quasi totã legem impleisset.* Ita Bertius, alij. *Quidam; imputatum est illi Christi meritum ad iustitiam, alij; Imputata est illi Dei essentialis iustitia ad iustitiam, alij; Imputatus est illi habitus fidei ad iustitiam, alij; Imputata est illi sola fides ad iustitiam, ita vt nulla operum merita in iustificatione venerint, alij; Imputata est illi fides ad iustitiam, vt ne opera quidem fuerint condicio sine qua non.* Atque hi interpretes ita inter se dissentiunt, vt se mutuo tanquam hæreticos Atheos, Socinianos, Antichristianos infestent.

Arbitri opus esse.

Omnes scripturam, scripturæque sensum, verbaque, & Analogiam fidei à se stare asserunt, alios non intelligere sensum Spiritus sancti, aut deprauare. Necdum paci datum est initium. Iudicem nemo admittit, nisi hominem quem suæ sectæ nouit obligatum, auctoritatum suis erroribus, nisi igitur ætatem in litibus conterere volunt, arbitros quarant sine affectibus sincere iudicatos.

§.5. Procedat Episcopus Hipponensis & Paulum exponat, & dissentientes conciliet: *Que fides, nisi quam definiuit alio loco Apostolus plenissime dicens: Neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed fides qua per dilectionem operatur?* Veniat ille, & doceat, *fidem non solam esse iustitiam, sed fundamentum, atque initium iustificandi, à fide incipit homo, inquit, sed quia & demones credunt, necesse est addere spem & caritatem*, Serm. 16. de verbis Apostoli, & Serm. 22. de verbis Apostoli, *Domus Dei credendo fundatur, sperando erigitur, diligendo perficitur.* Veniat Augustini Magister Ambrosius Serm. 29. in Psal. 118. *Fides principium Christiani, plenitudo iustitia est.* Veniat ex Aegypto Cyrillus, l. 4. in Ioan. c. 9. *lanua, & via in vitam fides erit.*

Fidem perire non posse, iustitiam nullis sceleribus interire docent Calviniani, negant Lutherani. Quid de scripturis digladiantur, quas alij negant, alij euertunt, neutri credunt? Priscos audiant, audiant à sanctis Martyribus sententiam, discant à vere Ecclesia veritatem. Videant se errare Calvinista, longe abire à sensu verbi, legant contra se, *Orthodoxum consensum Ecclesia in hac doctrina*, à Petro Bertio Calvinistarum disertissimo productum l. de Sæctorum perseverantia, &c. pagin. 89. Ibi Ignatiana

Idem amplius ostenditur.

Christi iudicium...

Caluini hæretico

Non iudicamus...

tium, Irenæum, Clementem, Alexandrinum, Origenem, Tertullianum, Theodoretum, Cyprianum, Athanasium, Basilium, Gregorium Nazianzenum, Ambrosium, Chrysofomum, Hieronymum, Augustinum, Prosperum Aquitanum, Gregorium, Bernardum, Acta Scholæ Parisiensis Anno 1354. Addit his testes etiam hereticos. Hæc contra suos rigidos Hollandos, & Bremenses Bertius mollior Caluinista, qui si eadem ratione cætera doctrinæ capita examinet, interpretationes nouitas ad veterum sententias exigat, recta via ad orthodoxam fidem incedet.

Hæc si considerent, facile perperam iudicata rescindunt, & suas interpretationes habebunt suspectas, si enim intelligant hanc Ecclesiam Christi perpetuam fuisse doctrinam, neque tam infelicitate vnaquam cum ea actum, quæ semper ista in ea locum habuerit, (verba sunt Bertij) quæ poterit esse tam arrogantia pertinax, vt iudicet totam hæc tenus Ecclesiam, scripturam sine vera intelligentia legisse, se vero solos ea donatos scientia, quæ hæc tenus orbi incognita fuerit?

§. 7. Hanc igitur dirigimus præscriptionem: Si Iesus Christus Apostolos misit ad prædicandum, alios non esse recipiendos prædicatores, quam quos Christus instituit, quia nec alius patrem nouit, nisi filius, & cui filius reuelauit, nec alius videtur reuelasse (scripturæ interpretationem) quam Apostolis, quos misit ad prædicandum, utique quod illis reuelauit. Quid autem prædicauerint, id est, quid illis Christus reuelauerit, & hic præscribam non aliter probari debere, nisi per eandem Ecclesiam, quas ipsi Apostoli condiderunt, ipsi eis prædicando, tam vna, quod aiunt voce, quam per Epistolas postea. Si hæc ita sunt, constat proinde omnem doctrinam, quæcum illis Ecclesiis Apostolicis matricibus, & originalibus fidei conspiciat, veritati deputandam, id sine dubio tenentem, quod Ecclesia ab Apostolis, Apostoli à Christo, Christus à Deo suscepit: reliquam vero omnem doctrinam de mendacio præiudicandam, quæ sapiat contra veritatem Ecclesiarum, & Apostolorum, & Christi, & Dei. Hæc Tert. de præscript. aduersus hæreticos cap. 21. Qui igitur aliam verborum dominicorum, & prædicationis Apostolicæ sententiam, interpretationi matricum & originalium Ecclesiarum contrariam superinducet, doctrinam de mendacio præiudicatam adducit. Qui Ecclesias illas arbitras suæ interpretationis recusat, veritatem Apostolorum, & Christi & Dei repudiat.

§. 8. Nos vero ad Dei iudicium appellamus, inquit, humana arbitria non moramur, immota veritas est, quæ canonicis scripturis continetur, eam nos amplectimur, iudicia hominum sæpe sunt inique fauentium, sapientia ligna inuidentium, sæpe deceptorum, semper mutabilium, nunquam infallibilium. Dei tribunal appellamus; Dei verbum sequimur, nefas est, sententia numinis deserta, quasi dubia, veritatem à creatura petere, post Dei enunciata, qui infallibiliter verus est, qui immutabiliter bonus est, arbitrium ad humanum tribunal deferre sacrilegium est. Ibi enim frequenter veritatem, vel affectus, vel ignorantia opprimis, & innocentiam destitutam imperiosa damnat nequitia. In ius vocare Deum, plus quam sacrilegium est. Non igitur de nostris interpretationibus iudicare debet Ecclesia.

Iure optimo ista dicuntur, sed magna iniuria est, cum in nos retorquetur, quasi tam barbaræ quicquam insanæ sit, vt nesciat, Deum immutabiliter bonum, & verum esse, hominum iudicia vel ignorantia fallacia, vel improbitate iniuriosa esse. Et si hac quidem in re dubium esse potuisset, id atrocissimam illorum calumnia exemisset.

Quis enim à cælesti tribunali, ad hominum censuras appellauit? quis effata Dei ad trutinam creatæ intelligentiæ examinauit? Non igitur de veritate diuinæ legis, de quâ qui dubitat, infidelis, qui examinat sacrilegus est. Illa sine controuersia no-

bis est sancta, sine examinatione probata: Hominum cogitationes in iudicium adducimus, quid illi de lege diuina doceant, exquirimus, non legis, sed factorum, & dictorum iudices.

Quis status controuersia.

§. 9. Grauis est aduersariorum accusatio, sed quæ multum habeat contumeliæ, nihil rationis, quæ etiam indecora censetur in ipsorum conuenticulis, ab Orthodoxis vero ita confutata atque conuicta, vt perditæ causæ iudicium sit, ad veterum præsidiorum ruinas confugere & exoletas nugas recantare. Status nostræ causæ est.

Non ille: Vtrum scriptura vera sit? Sed, Vtrum quod Nouatores dicunt, id etiam dixerit scriptura. Vtrum id scriptura dicat, quod eam dixisse ante annos centum nemo credidit? An nullam Ecclesiam olim Spiritus sanctus respexerit, vt in eam, quam Nouatores iactant, veritatem duceret? An Christus interim, dum apostataret Lutherus, & Caluinus, voluerit Ecclesias omnes scripturas aliter intelligere, aliter credere? Interdum alia pro fide fideles mori, quam ipse per se, & Apostolos, prædicasset, & scripsisset? An in scriptura interpretatione tot, & tanta, tam diuersis locis, & linguis variæ Ecclesia, tam atati Apostolorum vicina, tot martyrum sanguine veritatem testata, non modo errauerint, sed in vnam etiam fidem, in eandem scriptura intellectionem errauerint? Error vero tam diu regnauerit? An apud Nouatores interpretatio scripturæ tam varians, lectio tam multiplex, versiones tot capitum discrepantes in vnam veritatem conspirent, & ex quo angulo inter tam vastas tenebras lumen veritatis emerit.

Quis adeo iuris, & moris ignarus est, vt nesciat apud Iudicem cum disceptatio instruitur, non examinari legum æquitatem, nec hoc agi, vt leges euertantur, sed vt ex legum præscripto controuersia decidantur?

Multis, & annosis litibus Germania laborat, & atteritur, atque in numerosa legum congerie nunquam deest iniquitati ad euertendam iustitiam prætextus, raro etiam iustæ causæ celer exitus, & in demnis victoria. Atqui in hac tanta iudiciorum difficultate, tarditate, varietate, quis est qui leges accuset? ius vitatum aboleri suadeat? omnes se lege teneant, totum iuris apparatus in rem suam venire contendunt. Nec priuati modo, & qui iure in urbem extrahuntur, sed multo etiam magis rerum domini, qui iurifconsultorum, & consiliariorum agminibus obsidentur. Pluribus illi litibus implicantur, quo melioribus aduersum lites instructi sunt. Hæc vero tanta ira, tanta certaminum violentia, tanta ingeniorum calliditate peraguntur, vt in bella, & cædes frequenter exeat ciuiles de iure concertationes. De iure Ditionum Iuliacensium lis ingens hodierna die pendet, libri vtrinque editi sunt. Tres nobilissimi principes in solidum singuli hæreditatem vindicant, in solidum cæteros excludunt. Quid faciendum hoc loco sit prudens nemo dubitat, cauendum est bellum, neque enim eo lis sopietur, quandoquidem qui prælio succubuerit non iure se, verum viribus, aut stratagemate superatum dicet. Litem vero finis esse non potest, nisi legitimi iudicis auctoritate decernatur, quid iubeant leges. Mentem tot legum, & constitutionum, ille explicando sententiam suam, ostendet, controuersiam, quam legum multitudo intricauit, suo iudicio diimet. Eius arbitrium qui recularint, suæ causæ diffidunt, & vana est vtrinque legum iactatio, si anima legis, hoc est, cognitoris sententia fugitur. Eodem est, sed pleniore iure nostræ disceptationis conditio. Legem Dei immutabilem, verbum æternæ veritatis, sententiam Domini nusquam secum pugnantem in medio ponimus.

In foro de sensu legis agitur.

Quomodo finantur lites ciuiles.

Legi addenda est sententia iudicis.

Christum iudicium veteris Ecclesie recusat.

Calumnia hereticorum.

Non iudicamus de lege diuina sed de interpretationibus humanis.

Eam secundum nos pronunciare singuli dicimus. aduersarios eadem damnatos asserimus, in eodem clamore iam annos prope centum persistimus. Singulis annis noui exsurgunt competitorum, & sibi intelligentiam scripturarum, & veritatis vindicias arrogat, vt toties nobis fidei possessio vindicanda sit, quoties noua concussione tartareus prædo, immisillis fanaticis ingenijs, eam aut turbat, aut inuadit. Hinc non est difficile nosse, à quo sit scripturæ vera intellectio. Ab illo scilicet, qui non modo, inani voce contendit, se mentem scripturæ tenere, sed etiam iure conferunt manus venit. Nec modo dicit; mea est veritas, sed in iudicem etiam compromittit. Imo iam olim iudicatum esse demonstrat. Si fundum à vicino postules, ac dicas.

Nemo sibi iudex.

Lege meus est, quem tu possides fundus. Ille vero respondeat: Haud quaquam, lex enim, quam producis, fundum tibi non addicit, sed eum mihi confirmat, aut sane, si ita tibi videtur, iudicio experiamur. Ambula in ius. Tu vero pergas, legem solus intelligo, lege meus est fundus, iudicem repudio, tu fundo cedito. Quis te ferret in fundis, in agellis, in sterciditiis, tam importune iniuriosum? In salutis negotio tamen, in summa rerum hoc valere desideras, vt tibi iudicium in omnes interpretes sumas, tua interpretatio sit à vultu & vultu, & omnis censura expers. Insuper etiam calumniari innocentes, quos cum vides à tuis delirijs ad veteres Ecclesiæ patres, & iudices appellare fingis infando mendacio. Nos diuinam veritatem humanis arbitrijs subicere, Deum in ius vocare. Ego vero ita concludo.

Lutherani non possunt esse iudices Caluinistarum.

§. 10. Cum de scripturæ diuinæ interpretatione controuertitur, bonæ conscientie est, ad veteres patres, & concilia appellare, professe autem nequitia est, sibi soli inniti. Cum autem nec Caluinistas iudices admittant Lutherani, & Caluinistæ indignos iudicio censeant Lutheranos: non potest hæc causa, nisi ad veteres patres referri, ex antiquorum scriptorum monumentis cognosci, ex conciliorum Ecclesiæ iudicijs definiri. Quis enim iudicabit? Indignos Lutheranos iudicat Ioann. Franciscus Astaspis contra Pouchenium pro Ioanne Palmerio, pag. 263. Neque enim etiam si pusillanimis fuerit, & meretriciosus Melanchthon, neque si sententiam mutarit, neque si qui ipsius Collega, atque discipuli istis vbiq; in VVittebergensi Scholâ aliquandiu resisterunt (ne hoc nouo dogmate Ecclesias Saxonicas infamarent) ideo nulle sunt istorum inter se pugna, & rixa, qui indigni redduntur, vt de pace inter Ecclesias Germanicas sancienda soli deliberent, vel de aliorum dissensionibus soli iudicium sibi & damnationem arrogant. Quomodo enim qui suas contentiones compestere nequeunt, aliorum dissidij medebuntur? Quomodo, qui tanta inter se animositate, asperitateque conuictorum conflantur? Ad alios de rebus grauioribus dissentientes, ad concordiam adducendos, nedum damnandos fuerint idonei? Quibus singulis haud immerito, immo opportunissime vulgatum illud prouerbum obici potest; Medice cura te ipsum: & Tolle priuistrabem ex oculo tuo, hypocrita, quam ex alienis oculis festucam euellere coneris. Quod si iure merito Palmerius, ob turpes ingrati tudinis notas indignos censet Lutheranos, qui soli pro tribunali sedeant, ad omnes Ecclesias iudicandas, vt ipse Palmerius ait, & probat Astaspis. Iure enim ipse infames, & paterna hereditatis indigni, pronunciantur, inquit, qui se erga parentes tam ingratos exhibuerint, vt vel atrocem, & indecentem illis contumeliam ingesserint, vel contra eos calumniatores existerint, vel eos denique publico iudicio infamarint, ita Nouell. Iustin. iii. §. Iustas. At Lutherani, inquit, pagin. 270. sunt merito inter ingratos, & infames recensendi, qui illis indignitate suis præceptoribus (Melanchthoni & alijs) irrogant. Parentum autem loco præceptores, atque doctores (presertim Theologos, qui nos spiritualiter in Christo generant) colendos, non modo verbum Dei do-

Lutherani infames ob ingrati tudinem.

cet, sed & prophetarum Philosophia: Si Lutherani ob contemptum Melanchthonis iudicio Caluinistarum sunt infames, nec ad iudicium admittendi, quid in vniuersum omnibus Nouatoribus fiet, qui non vnus homuncionis meticolosi, & versipellis contemptu deliquerunt, sed totam antiquitatem, Ecclesiarum Magistros, orbis Episcopos, martyrum exercitus, omnium præceptores, voce, scriptis, conciliabulis, iudiciisque infamant? Verum hæc omitto, vnde me illorum importunitas, abduxit, redeo, iterumque moneo; pestilentissimam esse imposturam, diabolicam calumniam, quæ imperitorum animas in nassa sua detinet, cum nos idcirco, quia de scripturæ interpretatione ad præfatos Ecclesiæ Magistros appellamus, criminantur, à verbo Dei ad hominum iudicia confugere, scripturas humano arbitrio iudicandas subicere. Nos enim, si quis vnus iota, aut vnus apicem de verbis Domini demutarit, mutillarit, si ad illa addiderit, anathema ei dicemus. De intellectu dumtaxat inquirimus. Dixit Dominus: Hoc est corpus meum. Nos, quod dixit ipse, hoc intelligimus, hoc credimus. Nempe: hoc esse Christi corpus. Caluiniani, Hoc, quod corpus suum, dixit Dominus, negant esse corpus CHRISTI, figuram, siue symbolum corporis asserunt. Nos dicimus, esse corpus, quod pro nobis traditum, & sanguinem pro nobis effusum: Figuras & symbola scimus non esse precia nostræ redemptionis. Illi pergunt, ac perseuerant figuram Domini testamentum affingere. Quis finis contendendi? Audiamus iudices incorruptos, de causa nota, de reis non notis sincere pronunciantes, iudices, inquam, non qui cognoscere, & pronunciare studeant, Verene Dominus dixerit: Hoc est corpus meum: In hoc enim se nobiscum sentite protestantur. Sed id quod controuersum est, definiant: Nos, an illi verissima Domini verba recte intelligamus? Quod si stare aliorum iudicio recusant, id ingenue faciant, calumnia abstineant. Non enim nos verbum Dei iudicamus, sed eorum versiones, interpretationes, deprauationes, delirationes ad veteris Ecclesiæ tribunalia citamus, hic gradum figimus, hic vincimus, quia vadimonium deserunt, quia calumnia congressum fugiunt, & examen errorum suorum respuunt, conscientie suæ testimonio conuicti.

Calumnia Nouatorum.

## CAPVT XXXII.

Interim, dum de pace tractatur, mendacia, & calumnias Prædicantium esse coercendas.

§. 1. Res omnino necessaria, & digna principum curis est, calumniantium coercitio. Neque enim solum paci reducendæ venena illa linguarum obstitunt, sed pacis tractationem inchoatam etiam abruptunt, nec raro pacem ipsam bene compositam, confirmatamque pessundant. Merito itaq; Anno 1613. in comitijs Ratisbonensibus Principes, ac status Orthodoxi insanam conuictandi, calumniandiq; licentiam, qua causam desperatam prædicantium natio tuetur, inter cætera grauiamina Cæsareæ Maiestati proposuerunt. Postquam enim confessionem Augustanam annihilari sensim, & tanta religionum diuersitate penitus tandem deperdi demonstrassent, atq; omnes videri in religionis Catholice perniciem conspirasse.

Tandem subiungunt: Ipsam calumniandi, & criminandi licentiã adeo in suggestu alterius partis iam inualuisse, vt nec Romanum Pontificem, longe melius de ipsis, & vniuerso Imperio, vel proximo Hungarici belli tempore promeritum, esse calumniis profcindere dubitent. De Catholicis Principibus quid fiat, &

Prædicantes esse calumniatores.

fiat. & quomodo non ipsi solum, sed & Augustinam confessionem professi status alij, pacifice cum Catholicis vivere cupientes traducantur passim, famosisque libellis debonestentur, opera precium non esse, ut proxime demonstratur. Sperare tamen Casarem aliquando, de legitimis, & licentiam istam compeſcendi, & concordiam in imperio conseruandi medijs cogitaturum, &c. Hæc principes nostri, neque ignorant ista ipsi calumniarum artifices, cum ijdem verbis suæ historiæ inferere audeant. Vtinam principum alterius religionis sit tanta potestas, ut Suediam ac fera pectora metu legum continere, ac domare possint, sed rumpunt illi omnia legum iura, ac nexus, inuidiâ, odio, iraque incensi volitant, nec aliud tamen consequuntur, quam vt malevolentiam animis insitam mundo patefaciant, & suæ Reipublicæ exitio sint. Signum enim peritura ciuitatis esse calumniandi licentiam sacræ literæ nos docent. Jeremiæ 6. v. 6. *Hæc est ciuitas visitationis calumnia in medio eius. Ezechielis decimo octauo. vigeſimo secundo. Qui calumniatus est, & vim fecit fratri suo, Ecce mortuus est in iniquitate suâ. Amos vero capite trigesimo nono. Auditum facite in adibus Aſori, & in adibus terræ Aegypti: & dicite; Congregamini super montes Samaria, & videte insanas multas in medio eius, & calumniam patientes in penetrabilibus eius. Et nescierunt facere rectum, dicit Dominus, thesaurizantes iniquitatem, & rapinas in adibus suis. Propterea hæc dicit Dominus Deus, Tribulabitur, & circuetur terra, & derubetur ex eâ fortitudo tua, & diripentur ades tua. Salus enim Reipublicæ illius deposita, ac complorata est, non modo cū vitia libere regnant, sed innocentiam etiam impune vexant, virtutemque opprimunt, in quâ tantum à recto degeneratum est, vt malum dicatur bonum, & bonum malum. Hoc verò vnicum est Ministerij nouæ æglie studium, vt cum veritate non possint, aduersam partem calumniando, imperitos teneant, sciunt calumnia morsum esse immedicabilem, & cum fidem non meretur, opinionem tamen, quâ pars maxima ducitur, gignere. Quanquam autem falsum est, quod veteri dicto iactatur.*

*Νικη γαρ εις της λογος η τα κηρυττορα  
Vincit semper calumnia praestantiora.*

Sæpe enim veritas vincit: alterum tamen verum est:

*Ο υδεν της βουλης της εν ποροσ οτε εστ.  
Nihil calumnia est intolerabilius.*

Gladus quidem sciat, teste Democrito, sed calumnia separatur amicos. Sed frustra illos appello, habent illi, vt à ipsis in linguâ vitus, vnicamque spem victoriæ, & si verum audire possunt, omnem nouitatis successum, omne hæreos incrementum mendacijs suis debent. Hæc igitur arma de manibus extorqueri sibi non sinent, nisi eorum principes, & Magistratus veræ, & sinceræ pacis amantes, vi, & metu illos in orbitam modestiæ reducant. Quod nisi in primis curent, nõ modo in eorum ditionibus pyræ super pyræ, hinc super ficum cõfenescet, verum etiam omnem fidem, ac spem pacis amittent. Nam qui calumniatur, eum, de cuius famâ detrahit, odiosum reddit, & se quoque cunctis iniuriam. Quod Basiliscus attigit, occidit, & venenat, quem calumniator perimit, etiam cæteris execrabilem facit. Nos pacem, Synodum, fœdera, amicitiam quaerimus, sed in tanta licentia, & impunitate fingendi, in tanta calumniarum atrocitate, agere cum prædicantibus non possumus. Nihil fidei, nihil humanitatis, multo minus religionis esse potest in delatoribus, ac sycophantibus professis. Ecce enim tot annos simul disputamus, & in singulos annos, noua, horrenda, inuitata de nobis flagitia comminiscuntur, hæc chartas, picturas, libros, aures populorum adimplent. Quæ est conscientia, tam operose alienam innocentiam tradu-

cens? Quæ religio, quam opus est, tam infandis mendacijs fulciri? Catholici eos merito detestantur, cum non modo supra fidem, sed etiam supra modum calumniari animaduertunt. Exemplis rem declarabo. In Polonia nefanda & fœda de quibusdam societatis nostræ presbyteris finxerunt, scripto euulgarunt, eos in oculis ciuitatis Cracouienſis examinatos, atque supremo supplicio affectos. Eadem crimina, & publice esse expiata Antverpiæ de alijs mentiti sunt. Mendacia manifestaria Serenissimus Poloniae Rex, Episcopus & Gubernator Cracouienſis, Senatus & Episcopus Antverpianus testimonio refutauit. Alia de Vienna, Stiria, Bauaria mentiuntur, innocentiam Principes & Reipublicæ publicis elogijs apud exteros tuentur. Nam illis in locis vbi crimina facta, & furca, rota, rogis, in omnium conspectu punita dicuntur, nihil opus est defensione, cum tot hominum millia hæreticam mentiendi libidinem agnoscant, ipsamque pariter ac hæresin detestentur. Minora & quotidiana prætermitto, de hisce maioribus argumentum duco. Qui tam multa, tam falsa spargere non verentur, nihil cum illis, vel in Politia, vel religione agi potest, cum omnis familiaritas, omnis colloquutio, non minus periculi habeat, quam si cum scorpio, vipera, regulo conuerſeris. Non ignoro illorum excusationem: defendenda religionis, & aduersarios vincendi causa ista se fingere. At religio si vera est, propria integritate, non alienæ pietatis obreſtatione niti debet. Scio aliter eos causam tenere non posse, verum præstat eam perdere, quam per tanta flagitia vincere. Anno 1613. instituta est Durlaci inter Catholicos, & aduersarios disputatio. Ministri solita sibi *μεγαλη βοηθη* & confidenti loquentia, quædam suæ opinionis effata ex sola, clara scriptura probaturos iactabant. Ad rem cum ventum est, glossæmata, & argutiolas loco solius, claræ scripturæ adferebant. Historia Latine, & Gallice edita est. Quid vero historicus Euangelicus? Contra duorum Illustrissimorum conscientiam, & testimonia, contra ipsorum Prædicantium programmata, & theses, rem gestam mentitur his verbis. Merc. Gallob. Tom. nono. libro quarto. *Sub initium Iulij Colloquium inter Protestantes, & Pontificios Durlaci institutum fuit, quo Lotharingicæ ducis frater, cum duobus Iesuitis, vt Colloquio interesset, profectus fuerat. At vero cum Iesuitæ antiquum obtinentes, veterem suam cantilenam recantarent, & Papam iudicem eligendum, exque patribus, & quidem in lingua Gallica disputandum contendere. Protestantes vero ad sacram scripturam pronocantes, ex ea sola, & quidem Latina lingua, more solito disputationem peragendam dicerent. Iesuita conditionem illam acceptare nolentes, eo quo aduenerant itimere, redierunt, & ad suos re infecta abierunt.* Hæc Gothardus Artus homo tam proſtitutæ impudentiæ, vt postquam principes testati sunt, atque ipsi insuper prædicantes scriptis prodiderunt aliter rem habere, non Iesuitas modo, sed ipsum Serenissimum Vadimontium etiam probationem dogmatum ex sola scriptura, vt promissum erat, postulasse, Prædicantes, id se non posse falsos esse, ipse tamen mendacia tot Lutheranorum & Calumianorum scriptis, etiam Parei oratione detecta, nõdum deleuerit. Non potest cum talibus esse de pace tractatio, qui mox vt victi fuerint, nebulonem aliquem, ad mendacia venditum, in promptu habent, cuius calamo historiæ veritatem euertant, qui iurare audent, meridie non liquere. Sed desino iam ista mirari, cū tæterrimas post homines natos in Reuerendis. atque Illustriss. Cardinalem Bellarminum calumnias legi, nihil olim simile ausa est impietas, nihil tale passa innocentia, apicem Euangelici archisycophantæ atigerunt, omnes veteres delatores, calumniatores, conuicia-

*Exempla calumniarum.*

*Cum calumniatoribus agi non potest.*

*Vide Thomam VVigelinum.*

*Perdita ciuitas, in qua valent calumnia.*

*Solis calumnia valent prædicantes.*

Nunquam  
tam calu-  
nia fuere.

tores, maledicos, detractores vicere, nunc in calum-  
niâ Bellarminianâ seipſi vicerunt. Nisi igitur tales à cõ-  
gressibus arceantur, aut principum legibus, pœnisq;  
constringantur, pax esse non potest. Constituiamus  
enim colloquium in aliquâ vrbium Rhenensium in-  
dictum, quid animi Catholicis esse potest, cum sci-  
ant Gedanensem calumniatorem paratum, vt publi-  
co mendacio quamuis celebrem veritatẽ oppugnet?  
cum timere debeant, ne interea, dum ipsi orationi,  
lectioni, doctrine, disputationi incumbunt, totâ Ger-  
maniâ chartæ volitent, quibus mortui, & à diabolo  
flammis cincti per aëra ferri, atq; ingenti eiulatu cõ-  
plere vrbes, exanimare audientes, dicantur? Hæc en-  
nim cum sine exemplo, de plenitudine diabolismi  
contra Bellarminum fixerint, non facile erunt in  
nos mitiores, vt quos exemplum illud fecit eruditio-  
res, impunitas audaciores, exercitatio promptio-  
res.

Effectus ca-  
lumniarum  
predicanti-  
carum.

§. 2. Sed ne famâ nimium moueamur, quam tamẽ  
qui negligit, crudelis est. Quid? quod ne quidem si-  
ne summo periculo inter eos viuere possumus? non  
minore sane, quam Romæ olim tempore Tiberij,  
Claudij, Domitiani inter delatores viuebatur. Ad v-  
nius enim, alteriusue calumniosum mendacium, si  
vires sint penes aduersam partem, sine defensione  
pereundum est. Docet illud Historia, quam icem  
mendaciorum propola narrat. To. io. l. 3. Cum *Mona-*  
*sterij interea*, inquit, *Iesus* as comœdiam egisse fama per-  
re-  
buisset de Mauritio perduto, representantes nimirum in thæ-  
tro personam ipsius inter pugnandum, cum Spinola subitõ,  
quasi euanescentis, dum scilicet sub mensâ sese occultaret, at-  
que ita periculum imminens effugeret, militibus eius, à Spin-  
ole militibus, plane explosis, & plane tandem fugatis: Hac oc-  
casione moti Nassouici, Comœdiam in Tragediam paulo post  
conuerterunt. Septem enim statim equitum confederatorum  
turma, cum non exiguo peditatu, requisitum eum in vicinia  
aduolantes, loca varia perreptarunt, & vbi non reperissent  
Mauritium, quicquid apprehendere bonorum poterant, scri-  
ptis, capsulisque excusis omnibus secum abstulerunt, colonis a-  
missa sua bona frustra lugentibus. Hæc idem ille Artus.  
Comœdia illa nunquam scripta, nunquam acta, nũ-  
quam visa est, neque vllus tam effrons nebulo existi-  
tit, qui à se spectatam dicere auderet. Sed fama percre-  
buit: falsa illa fuit. Sed malum velox, & quod vires  
acquistiuit eundo, fama orta à prædicantibus, aut eo-  
rum satellitibus, certe ab illis qui & Catholicos ode-  
runt, & nimium Catholicorum opes amarunt, qui  
etiam de miserorum expilatione rationem Deo red-  
dent. Verum non est huius temporis ista queri, id  
proxime factum est comitijs Ratisbonensibus à sta-  
tibus Catholicis. Nunc hoc asseuero, impunitâ Mi-  
nistrorum licentiâ pacem nos sperare non posse. Ini-  
qua certe pacis conditio: Si Ministrum biliosum at-  
que irritabilem paululum commotis, continuo te de  
Mauricio Comœdiam fecisse mentietur, eam ipse ar-  
tífex, vt in Tragediam conuertat, septem turmas e-  
quitum cum peditatu adducet, vicinas regiones, in-  
noxios incolas prædabitur. Ecce quid tibi mali est ex  
vna linguâ? Quæ vipera, quis Basiliscus, diuturnâ  
grassatione tantum vastitatis atulit, quantam vna  
lingua calumniatoris, & verbis paucis & falsis, & ab-  
sensus? Recte olim dictum? Οὐδὲν ἐνελόν κακώτερον ἐστὶν ἐπι-  
τήσας δὲ λόγους, nulla belua nocentior est, quam calumnia. Deus  
bone, quid vniuerso Catholico nomine fiet, si Prin-  
cipes armati credant Ministris suis de nostro sangui-  
ne mentientibus? Si quod ministri volunt, illi pote-  
runt? si Orthodoxorum fortunæ, vitaque dependeat  
à re, omnium rerum pessimâ, linguâ prædican-  
ticâ?

§. 3. Nec priuatos tantum calumniæ tangunt, in  
reges & principes eadem audaciâ confurgunt, nec  
Catholicos modo, sed eos etiam, qui cum Catholicis pacifice vi-

uere cupiunt. Supra calumnias, & conuitia libelloq;  
famosos citauit: in illis, aquila fingitur implumis, &  
Cæsar dormiens, Pontifex Antichristus, & omnes  
Ecclesiastici, Catholicique principes Antichristiani,  
Rex Hispaniarum grypho comparatur, Spinola be-  
stia Apocalyptica lepticipiti inequitat, nemo Catho-  
licorum, nemo ex Catholicorum amicis est im-  
munis. Non ignoro Hollandiæ Status ista vetuisse,  
sed rabies Ministrorum nititur in vetitum, Dei man-  
datum calumniam prohibentis, spreuerunt, non mi-  
rum si Magistratum contemnant. Quæ enim non sit  
vilis auctoritas illis, qui æternam Maiestatem veluti  
facinora non imputantem irident? Itaque omni le-  
ge postpositâ, non modo nundinas maledicentiâ, at-  
que famosis libellis, picturisque incessant, sed quæ in  
singulas Hebdomadas typis excidunt noua, ad Catho-  
licorum principum, contumeliam detorquent,  
vt est in diario 52. anni 1615. Vbi Rex Hispaniarum,  
atque eius legatus suspectus redditur, quasi conspi-  
rationis Sommerfetanæ conscij, & in diario Anni  
1616. die 22. refertur, In Austria ceptam esse religionis  
persecutionem, quo Cæsar, velut persecutor traducit-  
tur, in cæteris ea est narrationis series, & malignitas,  
vt causâ Catholicorum suspicionibus, & contemptu  
grauetur. Quapropter si pacem quærunt, perpetuam  
bellorum materiem, & discordiarum seminariam de  
medio tollant, prædicantium maledicentiam scilicet,  
aut saltem ita frenent, ne ea, quâ hæctenus, liber-  
tate grassetur.

## CAPVT XXXIII.

### Colloquia recte instituta ad pacem conducera.

§. 1. NON est tot collocutionibus constituta pax, *Colloquia  
quid paci  
conferant.*  
inquires, quid igitur ad disputationes nos  
vocas? quid aliud inde consequetur, quam exacer-  
bationes, atque vt qualibet pars se victicem prædi-  
cet? Non ignoro multas disputationes maiorum dif-  
cordiarum causas fuisse, ignem gladio fossim, & exa-  
speratos mutuâ agitatione crabrones, quin libro de  
Synodo, & Vnione Evangelicorum, non posse eos per mu-  
tua colloquia in concordiam redire argumentis eui-  
dentibus demonstrari, nunc id solum ostendam, col-  
loquia inter orthodoxos, & errantes instituta, paci  
non nihil proficere, neque enim sufficere affirmo, sed  
omnia ad pacem præsidia conquiri, non modo qui-  
bus eam tenere, sed etiam quibus appropinquare ad  
pacem nos posse confido.

Primo quidem, Actorum 6. 9. Libertini, Cyrenen-  
ses, Alexandrini, Cilices & Asiatici disputabant cum  
Stephano, nec poterant resistere sapientiæ, & spiritui qui lo-  
quebatur, erant igitur continuæ cum infidelibus dis-  
putationes, quibus Ecclesia creuit, error dese-  
cit.

Deinde cap. 9. 22. Paulus multo magis conualescebat, & *Disputatio  
confundebat Iudeos, qui habitabant Damasci, affirmans, nes Pauli.  
quoniam hic est Christus.* Consuetudinem eam fuisse  
docemur Actor. cap. 17. versu 2. & 18. Theſsalonica  
enim & Athenis, imo in ipso Areopagítico confessu  
disputat Paulus. Idem Corinthi introgressus Synagogam,  
cum fiducia loquebatur per tres menses, disputans & suadens  
de regno Dei. Actor. 19. 8. & v. 9. Quotidie disputat in scho-  
la tyranni cuiusdam, non modo cum discipulis, sed illis  
qui accedebant docendi. Imo Paulus captiuus cor-  
ram Felice, & Drusillâ disputat de iustitia & castitate, &  
suo iudicio, ita vt Felicem iudicem suum tremefactum a-  
spiciat. Romæ etiam in suo conducto toto biennio disputat,  
& in libertate in fidei tui bas, ipse captiuus aſſent, ver-  
bum enim Dei non est alligatum.

§. 2. Nec

Disputa-  
tiones Au-  
gustini.

§. 2. Nec consuetudinem suam Ecclesia in poste-  
rum deseruit. Vt vetera omittam, quoties tempore  
Augustini in Africa habita sunt colloquia? ipse Au-  
gustinus non scriptis modo, sed collatis sermonibus  
contra hereticos disputauit. Eodem tempore ( inquit  
Retr. lib. 1. ) presbyterij mei contra Fortunatum quendam Ma-  
nicheorum presbyterum disputauit, qui plurimum temporis a-  
pud Hipponem vixerat, seduxer atque tam multos, vt propter  
illos ibi cum delectaret habitare. Qua disputatio nobis alter-  
cantibus excepta est a notarijs, veluti gesta conficerentur, nam  
& diem habet, & consulem. Exitus fuit, quem idem nar-  
rat Augustinus. Consequenti die tandem confessus est (For-  
tunatus) nihil aduersus nos inuenire quod diceret, nec sane  
Catholicus factus est, sed tamen ab Hipponem discessit. Cum  
Donatistis etiam tres dies contulit, quorum longam  
disputationem in arcum redegit, & vocauit breuicu-  
lum collationem. Cum Fortunio etiam Donatistarum  
Episcopo collationem non modo suafit, sed modum  
etiam, rationemque prescribit Epist. 163, ad Eleuther-  
ium, & Glorium.

Colloquiū  
cum Pasce-  
ntio.

Colloquium etiam cum Pascentio comite hære-  
ticos Arianae instituere, sed ea conditione, vt à nota-  
rijs verba differentium exciperentur, consensit, sed  
comes postquam conditionem respuit, merito Au-  
gustinus initio colloquium recusauit, comes enim  
volebat, vt diceretur, nolebat, vt teneretur, victus ta-  
men caritate suscepit.

Collatio cũ  
Donatistis.

De nobilissimā verò disputatione ita scribit in Au-  
gustini vita Possidius capit. 13. Et de his omnibus pro pace  
Ecclesie gestis, Augustino Dominus & hic palmam dedit, &  
apud se iustitie coronam referuauit: ac magis, magisque, iu-  
uante Christo, de die in diem angebatur, & multiplicabatur  
pacis vnitas, & Ecclesie Dei fraternitas. Et id maxime fa-  
ctum est per collationem, qua ab vniuersis Episcopis Ca-  
tholicis apud Carthagem cum eisdem Donatistarum Episco-  
pis postmodum facta est, adiunante gloriosissimo, & religiosissi-  
mo Imperatore Honorio, propter quod persciendum etiam a  
suo latere tribunum, & notarium Marcellinum, ad Africam  
iudicem miserat. In qua controuersia illi omnibus modis con-  
futati, atq; de errore à Catholicis conuicti, sententia cognitoris  
notati sunt, & post eorum appellationem pmissi regis responso,  
iuste inter hereticos damnati sunt. Ex qua ratione solito am-  
plius eorum Episcopi cum suis clericis, & plebibus communica-  
uerunt, & pacem tenentes Catholicam, multas eorum persecu-  
tiones, vsque ad membrorum amputationem, & internecio-  
nem pertulerunt.

Disputatio  
Augustini  
cum Emeri-  
to, cum Ma-  
nimo.

§. 3. Cum deinde post celeberrimam illam colla-  
tionem non deessent, qui dicerent, non permittos futi-  
sse eisdem Episcopos apud potestatem, qua causam  
audiuit, dicere omnia pro suis partibus, postea in Cæ-  
sariensi, Mauritaniae ciuitate Emerito sectæ præcipuo  
defensori silentium imposuit. Maximum etiam cum  
Gothis in Africam venientem conuicit, cum Pelagia-  
nis frequentissime disputauit, adeo vt vel ex eo sæculo  
de cæteris coniectura fieri possit, neq; mei instituti  
est, rem tot iam sæculis in Ecclesia vsurpatam, ex-  
emplis demonstrare: verum ostendere, quantum ab-  
errent, qui huiusmodi collationes in vniuersum  
condemnant, quia sæpe clamoribus, & iurgiis veritatis  
inquisitio magis impeditur, quam promouetur.  
Quod tum fere fieri contingit, cum impudenti am-  
bitione victoria queritur, non rerum intelligentia,  
cum videri, non discere interlocutores volunt.

Disputatio-  
nes adhibe-  
re pertinaci-  
tibus.

Cur verò disputationes exactæ, atque ad normam  
dialecticam perfectæ sint necessariae, ratio est, quia  
multi pertinaciter resistunt agnitæ veritati, nec nisi  
manifestè conuicti cedunt. Rectè sanctissimus, & in-  
errificus scriptis, collationibusque exercitissimus  
præsul Augustinus libro 2. de Ciuitate Dei capite 1.  
Si rationi perspicue veritatis infirmus humana consuetudinis  
sensus non auderet obfistere, sed doctrina salubri languorem  
suum tanquam medicina subderet, donec diuino adiutorio fide

pietatis impetrante sanaretur, non multo sermone opus esset ad  
conuincendum quemlibet vane opinionis errorem, his qui re-  
ctè sentiunt, & sensa verbis sufficientibus explicant. Nunc ve-  
ro quoniam ille maior est, & ratrior insipientium morbus ani-  
morum, quo irrationabiles motus suos, etiam post rationem  
plene redditam, quanta homini ab homine debetur, sine ni-  
mia cecitate, qua nec aperta cernuntur, siue obstinatissima  
peruicacia, qua & ea qua cernuntur, non feruntur, tanquam  
ipsam rationem, veritatemque defendunt, sit necessitas copio-  
sius dicendi plerumque res claras, velut eas non spectantibus  
intuendas, sed quodammodo tangendas palpantibus, & con-  
uentibus offeramus. Hac causa ferid atque aduersionis  
irrefragabiliter conuincendi sunt aduersarij, vt proci-  
aciam suam, & impudentiam cogantur ipsimet in-  
tueri.

Qui fructus  
colloquiorū.

Deinde quamuis raro conuertantur sectarij, qui  
de colloquijs gloriam aucupantur, minus tamen ani-  
mose defendunt illa, de quibus dubitare incipiunt.  
Tertio, Ipsa agitatio cognoscuntur penitus intima  
errorum, discordiæ, & pugnae sectarum, & vel præci-  
pue calumnia, quas contra absentes Catholicos  
confingere in more habent. Quarto, Deregitur eo-  
rum contumacia. Quis enim eorum à primo dispu-  
tatore, vsq; ad Plessæum in regia, vsque ad Hailbron-  
nerum in Neoburgica, manus veritati, & gloriam  
Deo sic dedit, vt non puduerit eum conuinci dispu-  
tantem potius, quam placuerit à veritate melius do-  
ctum esse? nonne rem bene inductam ad discuti-  
endum, vel inconditus peruicaciæ clamor explosit? vel  
si clamori contra veritatem negata est prerogatiua,  
simulatio morbi deseruit? Res plane puerilis, adeo  
subitaneum, adeoque sæuum morbum fingere, vt dena,  
vel vicina in alieno libro loca non possis osten-  
dere, qua alias exscripseris, & perpendis? Et tamen  
sic duo nobilissima nostri temporis colloquia finiue-  
runt? Plessæus in Gallia ductor Cataphractorum, Ja-  
cobus Hailbronnerus in Germania Papa Luthera-  
norum, vterq; enim simulatione morbi ignominiam  
publicam præcidere, quam sua vitia audire, & discere  
veritatem maluit.

CAPVT XXXIV.

Scriptiones de controuersijs institutas, et si  
eristicae sint, ad pacem tamen vti-  
les esse.

§. 1. SCRIBENTIVM atque contententium multi-  
tudo efficit, vt multi prudentiores in contro-  
uersiam vocent: An omnino expedit de rebus fidei  
libros scribere? Verum non sunt audiendi illi, qui  
hac de re dubitant, nedum qui scriptiones in vniuer-  
sum abolendas censent. Adeo quidem vt Catholicorum  
pro fide scriptiones inhibere, sit perinde atq; fi-  
dem prodere. Certe Apostolus Paulus pleraq; Episto-  
las contra sectarios conscripsit, de iustificatione,  
lege, prædestinatione ad Romanos, & Galatas, de varijs  
Pseudoapostolorum erratis ad Corinthios, Philippi-  
enses Colossenses, ne quis eos decipiat in sublimitate ser-  
monis, aut per inanem philosophiam. Theſſalonicenses in-  
struit contra eos, qui dixerunt inflare diem extremum,  
Epistol. ad Hebraeos tota est in oppugnatione Judaizã-  
tium. Controuersias etiam tractant Joannes, Jaco-  
bus, Petrus in suis Catholicis: adeo vt qui morem re-  
ceptum de controuersijs scribendi culpate audent, ij-  
dem de Apostolis ac Spiritu S. sibi iudicium sumant.  
Veterum libri qui de multis pauci ad manus nostras  
venerunt, inspicantur, magnam partem eristici sunt,  
& hareses insequuntur, non opus est hoc docere, pa-  
gina

Scribendum  
pro defen-  
denda fide.

Apostoli cõ-  
tra hereti-  
cos scripse-  
runt.

Idem fecere  
patres.

ginæ ipsæ clamant, si cui graue auctores adire, consulat indices Tertulliani, Cypriani, Athanasij, Hilarij, Ambrosij, Hieronymi, Augustini, aliorum. Factum igitur hoc semper in Ecclesiâ, vt hæreses clam serpentes, aut aperte grassantes omni cura tollerentur, quod quia facillime scriptiõibus fieri potest, illæ vsurpandæ sunt, cum facillime in aliorum cognitionem veniant, meditate concinnentur, & teneti diuissime possint, præsertim cum ipsa colloquia scribi per notarios soleant, vt non modo præsentibus instruantur, sed longe distiti pacatissime interesse disputationi, & de re iudicare possint.

§.2. Quid nî Catholici in hoc sedulo incumbant, ne desit sua veritati defensio, cum sectariorum cruenta præla, & in scribendo rabies tantam imperitorum hominum stragem dederit? Conuictis, Epigrammatis, famosis libellis omnia miscent aduersarij, de Pontifice, Cæsare, cunctis principibus Catholicis atrocitas, & infamia sparguntur. An nos ad hæc omnia tacere conuenit? An nostro silentio causam bonam prodeire, calumnias aduersariorum securas reddere, & currentibus spe impunitatis calcar addere non cauebitur? Non quidem omnibus respondendum iudico. Vere Augustinus l. 2. de Ciuit. Dei. cap. 1. Et tamen quis disceptandi finis erit, & loquendi modus, si respondendum esse respondentibus semper existimemus.

Non omnibus respondendum semper.

Nam vel qui non possunt intelligere quod dicitur, vel tam duri sunt aduersitate mentis, vt etiam si intellexerint, non obediunt, respondent vt scriptum est, & loquuntur iniquitatem, atque infatigabiliter vani sunt. Quorum dicta contraria si toties velimus resellere, quoties obnixâ fronte, statuerunt non curare quid dicant, dum quocunque modo nostris disputationibus contradicant, quam si infinitum, & arduum sum, & infructuosum, vides. Non igitur omnibus responderi necesse est, semper tamen aliquibus occurrendum, ne victrix imperitia de veritate triumphet.

§.3. Quantum verò illorum malitiæ Catholicorum obtentæ scriptiões, odia atque leges aduersariorum satis ostendunt. Quæ enim in Bellarminum, in societatem vniuersam non comminiscuntur? quæ omnia eo pertinent, vt cum exosos fecerint eos, qui Euangelium enunciant, ipsam etiam veritatem contemptibilem efficiant. Nunc verò etiam furentius irascuntur, cum indices se clarius cognosci, ac confutari sentiunt, tot enim famosis libellos, & picturas in singulas nundinas protrudunt, vt nuper Hollandiæ proceres publico edicto homines nefarios coercere debuerint; nam illic fere enormium conuictiorum, atque maleficarum chartarum est officina, vel quod talibus ibi plures delectentur, vel quod istic maior sit, quam aliis prouinciis scelerum licentia. Vel denique, quod multis primoribus putent non displicere, nec abnuunt operam lucri cupiditate ad omnia parati artifices.

§.4. Alij scriptiões quidem necessarias iudicant, verum moderatas, & familiares, itaque nec hæreticos vocari sustinent eos, quibus iam olim anathema dictum est, nec asperius verbum admittunt.

Moderationem quidem, & humanitatem tum in cæteris, tum sacris disputationibus maxime ad rem facere iudico, & vbique adhibendam esse, ita tamen vt res suo momento, & grauitate ponderentur, ne hæreses tolerentur, ne velut res leues, aut Philosophicæ controuersiæ æstimentur. Si enim illa opinio inualuerit, mox consequetur omnium Religionum commistio. Non igitur conuincendi sunt dumtaxat errores, sed etiam discernendi, nec probo pastorem, si cum lupum occidentem viderit, non audeat eum suo nomine appellare. Quod si lupus molli lanâ tectus caulas ingrediatur, proditor est ouium, qui non monet sub agnâ pelle exitum latere. Ignauus est miles, qui vocare hostem formidat, à quo iugulum

Scriptiões moderate, sed aperte, & sine distimulatione sint.

peti videt. Itaque ad exemplum sanctorum Apostolorum, & inter eos, Joannis, qui de peccatore dominico plenissime caritatem hausit, detegendi, nominandi, fugiendi, detestandi sunt hæretici, nec aue illis dicendum, de hæreticis loquor, non illis, qui per imperitiam, vel infirmitatem alieni erroris assecræ sunt, & id, quo primâ fraude illigati sunt, non abijciunt, quia nondum aliud, quod melius teneant, acceperunt. His non modo humanitas, comitalisque, sed etiam misericordia impendenda, quia difficillime verum inuenitur à quærentibus, & innumeræ causæ sunt, vt non quærat. ut non quærat.

At verò Tertullian. colloquia cum hæreticis improbat, & scriptiões: alij multi perniciofa colloquia, & scriptiões inutiles dixere. Respondeo, colloquia si libera, moderata, in forma syllogistica transacta, sine tergiversatione, addito etiam iudicio, quod arbitri præsentibus pronuncient, vtilia esse. scriptiões etiam ad eam amussim exigendæ sunt, vt quærendi sectarij, vt pede collato de sententia Catholicorum disputent, non sua fomnia, & quos ipsi sibi fingunt aduersarios, oppugnent. Itaque ad pacem etiam faciunt scripta illa bellica, & iam multa millia ad Catholicam redière, communionem scriptorum, quibus colloquendi occasio defuit.

## CAPVT XXXV.

*Certissimam & compendiosam ad pacem viam esse generale Concilium, ostenditur ex scripturis.*

§.1. **A** DIVMENTA pacis, & ea, sine quibus componi pax non potest, hætenus produxi, omnia ad concordiam honestam, firmam, ac salutarem referens, nunc ad illud venio, quod solum ad pacem sufficit, quod frequenter tumultuanti orbi pacem intulit, quod non nisi ignorantes, & extremè rudes, aut inflexibiliter contumaces, præfractè respuentes, in litibus, & exitio reliquit, nempe totius orbis Christiani Generale Concilium: Ita nos sacra literæ edocet, cum significant errare illud non posse, & vocem Concilii, vocem esse Spiritus sancti. Nam Act. 15. *Visum est Spiritu sancto, & nobis, inquit primi Concilii patres, neque enim ita illorum constitutionibus Spiritus sanctus adfuit, vt posteriorum Ecclesias deleteret, nec minus sequentia tempora, quam prima ope sancti Spiritus egerunt. Siquidem in scripturis est infallibilis veritas, ita etiam in Concilio legitime congregatis, si generalia sint, certe qui scripturis credit, is quoque Concilii canonibus fidem adhibeat, est necesse, cum scripturæ in Concilio veritatis auctoritatem, & veritatem auctoritatis commendent. Occurrere solent: Hanc Apostolorum fuisse Synodum, ideòq; Spiritu sancto ducte ad normam veritatis, sine erroris suspitione directam, in posteris certitudinem, & gubernanda Ecclesia constantiam esse labefactam.* Maligni sunt huiuscemodi æstimatores diuinæ bonitatis, quæ cum Ecclesiâ suâ manet vsque ad consummationem sæculi, quæ frustra iuberet audire doctores, & pastores, si simul omnes aliquando errare possunt. Qui cum gratiam Dei ad annos quadraginta, aut quinquaginta extendunt, intra breuissimum spacium conflringunt. Qui iam pridem Ecclesiam deluisse somniant. Si enim docentium firmitas tollitur, si nihil definite potest, nulla est igitur auctoritas, quæ vel hæresin damnare queat, vel confirmare orthodoxos. Contra omne iudicium exceptionem querit improbitas, vt cum omnem iudicantis sententiam incertam fecerit, sine metu damnationis voliter, & impune grassetur.

§.2. De-

§. 2. Deinde, ipse dedit quosdam quosdam Apostolos, quosdam vero Prophetas, alios vero Evangelistas, alios autem pastores, & doctores, ad consummationem sanctorum, in opus ministerii, in adificationem corporis Christi, &c. ut iam non simus parvuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinae in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris. Veritatem autem facientes in caritate, crescimus in illo per omnia, qui est caput Christus, ex quo totum corpus compactum, & connexum per omnem iuncturam subministratio- nis, secundum operationem, in mensuram uniuscuiusque mem- bri, augmentum corporis facit, in adificationem sui, in caritate. Ephes. 4. 11. &c.

Verba illa Spiritus S. ita clarè, atq; nervosè Eccle- siæ auctoritatè in decernendis controuersis asseue- rant, ut illa consideranti, luce meridiana manifestius appareat, contra hæreses esse dictata.

Nam Dei caritatem in omnes diuitem, & prouiden- tiam in Ecclesiæ gubernatione, & defensione suauissimam describit. Dedit enim Apostolos, Prophetas, Evangelistas, Pastores, Doctores, non ad paucorum an- notum usuram, ut eos ceteris atatibus subtraheret, sed ad perpetui temporis firmitatem, ad consumma- tionem sanctorum, non eorum modo qui Apostolicis temporibus domino famulabantur, sed eorum etiam quos extremorum sæculorum tentationes, & pericula exceptura essent, & tempus diserte appo- nit, in opus ministerii, quod scilicet instante mundo non cessabit. In adificatione corporis Christi, Corpus Christi Ecclesia est, hoc omnibus sæculis ædificatur, supre- mam manum imponit Deus, cum cæli ardentes dis- soluentur, & terra, & opera, quæ in ea sunt, exurentur. Potestas igitur, atque auctoritas ad illum usque diem perseueret, oportet, quia ministerij opus pera- gitur sine cessatione, quod sine auctoritate interqui- esceret. Adificatio etiamnum perdurat. Scientia igitur, & industria architecti requiritur. Non igitur in Apostolis desit adificantium labor, & potestas, cum adificatio ad eandem regulam exigatur in posteris. In hunc autem finem adificant, ut occurramus omnes in v- nitatem fidei, & agnitionis filii Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Ut scilicet κατα νό- μου perueniamus in vnitatem fidei, quod fieri nõ potest, si nulla nunc auctoritas, quæ vnitatem tueatur, si veteres illi Religionis suæ certos habebant auctores, nostra fides in certis nititur coniecturis. Quomodo occurramus in virum perfectum, hoc est agnitione Dei, & caritate crescemus, ut perfectam & stabilem fidei etatem consequamur, ut more virorum constantes si- mus, & immutabiles, si nulla est in Ecclesiæ iudicio certitudo, quæ fiducia nostra nitatur? Quomodo veni- mus in mensuram ætatis plenitudinis Christi, si plenitu- do Christi tollitur à nobis? Loquitur enim Aposto- lus de Christo, ut in nobis adolescit, ut in Ecclesia ple- nitudinem consequitur. Mensura igitur etatis seu sta- turæ (ἀλιτείας) Christi duplex est, prima quæ ipse adul- tus, plenitudinem corporis, humano more in cremē- ta sumentis est assecutus: Altera mensura plenitudi- nis est, quæ Ecclesia crescit, donec corpus illud mysti- cum plenum sit, atq; perfectum, in eam nos mensurā crescere oportet, & nobis presentibus augeri corpus Christi, donec plenitudinem, cōsummationem, atq; omnibus numeris absolutā perfectionem induat. Hæc causa dati nobis doctores, & Episcopi a- nimarum nostrarum, in quorum vniuerso corpore, si non est certa veritas, perijt corpus Christi, propositū suum Dominus tenere nõ potuit, abscissum est enim à capite suo corpus, ne plenitudinē suam assequi pos- set. Singula hinc inde mēbra emoriuntur, atq; à cor- pore auelluntur. Verum vniuersi corporis vita ex Dei promissione, & custodia fidei perennis est: Vniuersa igitur Ecclesia nunquam à Christo separabitur, nec in letales errores incidet: est igitur in illa auctoritas

infallibilis. Quam qui concedunt, in Concilio gene- rali esse etiam dabant. Vbi enim constans illa veritas inuenitur, nisi in Cōcilio legitime congregato, quā- doquidem in pontifice eā non admittit? Quid vero futurum est, cum in virum perfectum excreuerimus? Ut iam non simus parvuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinae, in nequitia hominum, in astutia ad circumuē- tionem erroris. Quod si nulla nunc est in Ecclesia au- ctoritas iudicandi, quam certam Deus esse voluit, ne- cesse est omnes in multis rebus fluctuare, & circum- ferri, nam et si Concilia omnia generalia, cum Ponti- ficibus Romanis definiant, hæc vel illam scripturā, modo hoc vel illo intelligendam, cum non minus errare potuerint, quā singuli homines, nihil eorū de- finitio certi adferet, sed perpetua & πρὸς fluctuabit Ec- clesia.

§. 2. Quam vero explicate illam perpetuam in Ec- clesia vitā veritatis, vegetationem fidei, incrementū caritatis, indissociabilem cum Christo coniunctionē nobis Dei Spiritus tradit? Veritatem autem facientes, in caritate, crescimus in illo per omnia, qui est caput Christus, ex quo totum corpus compactum, & connexum per omnem iun- cturam subministratio- nis, secundum operationem in mensurā uniuscuiusque mem- bri, augmentū corporis facit, in adificatione sui in caritate. Quomodo in illo per omnia crescimus, si il- lo excidit aliquādo tota Ecclesia, doctrix errorū, aliena veritatis? Quomodo crescemus per omnia, si in nul- lo Ecclesiæ cōmeatu certus est cibus? si omne pabulū, quodcunque, etiam iudicio Christianæ vniuersitatis salutare, potest esse virulentum, & letale? Si denique Ecclesia est corpus compactum συναγωγή μυστηρίου τοῦ σώματος τοῦ κυρίου, & articulate coagmetarum per omnem iuncturam seu ἁπλῶς πᾶσι ἀφ᾽ ἑσῆς per omnem contactum, non modo ut arctè domino capiti iungat- ur sponda Ecclesia, sed nominatim ἁπλῶς πᾶσι ἀφ᾽ ἑσῆς ἐπιχρησιμῶς, subministratio- nis, nā Christus quasi ani- ma, vitali operatione in omnes artus, ac mēbra virtu- tem, ac gratiā diffundit, hoc est. καὶ ἐκέρχεται, ex vi quā Christus intus operatur. Si natura sua ex illa sup- peditatione alimenti & vitium, vnum quodq; mem- brum crescit, & totū corpus auget, si facit adificatio- nem sui in caritate, quā facere non potest, nisi cum reli- quo corpore cohæreat, nec reliquū corpus, nisi ex capite suo compactum, & connexū, cōtactus submini- strationis habere potest: certe cōficitur perpetuo Ec- clesiam sic Christo cohære- re, ideoque à fide nunquam posse recedere, ac proinde habere in decretis fidei in- fallibilem veritatem. Neque minus nunc habere au- ctoritatis Generale conciliū, quam illud, in quo cum Apostolis præfedit pastor Ecclesiæ Petrus. Nusquam enim alibi auctoritas inuenitur. Quod si illa Ecclesia, certam doctrinam habuit, nostra dubiam, non est nostra Ecclesia cum illa, vnum corpus, vnus spiritus. Non viuit ex Christo, sed cadauer est Ecclesiæ. Omnis enim Ecclesia, cuius incerta est auctoritas, Christo in- fita non est.

Quale cor- pus Ecclesiæ

§. 3. Audio, leuiore tamen, quam solebat murmu- re obloquentem hæreticum.

Primo. Infallibilem se auctoritatem in Ecclesia ag- noscere, sed quæ sit scriptura, qua Ecclesia vitur, non Ecclesiæ. Deinde Ecclesiam esse quandam oc- cultam, de qua Apostolus loquatur.

Non dicuntur hæc pristina grandiloquentia nunc à plerisque, nec ἀνυπόθε- τος more solito proferunt, quan- doquidem nuper, & Dordracenses Calvinistæ contra Teclandrum, negarunt scripturam sufficientem esse, Ecclesia esse & Durlacenses mystæ sponte confessi sunt, non posse auctoritatem ex scriptura se fidem suam ostendere. Præcipue vero, quia nonnulli, de quibus alio loco à me actum est, conce- dunt, sacros scriptores interdum scientes volentes à veri- tate recessisse. Quæ si vera sunt, necesse est, ut nihil li- queat, sed præstet ἀπέχων, & confessionē more Aca- demicæ

Non modo scripturā, sed etiam auctoritatem.

Super Deum Ecclesiam tuetur.

Abiata auctoritate proponitis falsæ perit.

in Eccle- sia est aucto- ritas infal- libilis, illa est in Con- cilio.

demico continere, quam temere rebus ignotis, atque incertis consensum præbere. Sed hæc omitto, quamuis refutandis erroribus sufficiant. Hoc quarto: Quis auctoritate infallibili in scripturarum explanatione iudicium ferre possit? Si nemo est, iam ergo corpus hoc ex capite suo compactum, & connexum non est, nec *ut est, et est, ut loquitur* Apostolus, vegetabilem vim spiritualis gratiæ Ecclesiæ Christus impertit. Nec quicquam certi in multis fidei articulis habebitur: Ex primariis, & capitalibus fidei Calvinistica scitis est: *Fidem, & iustitiam in omnibus sceleribus permanere.* Negant hoc Lutherani, dubitant molles Calvinista, Bertius, & doctiores Hollandi, imo ita dubitando loquuntur, ut contrarium sentire se ostendant. Non decidit illorum iudicio rem scriptura, quia utrinque eam in suam rem citare solent. Nec euidens sententiæ suæ explicatrix est scriptura, cur enim huius rei, quam citavi, euidentiæ scriptura, Lutheranis, & mollibus Calvinistis non allucet? Deinde scripturæ interpretationem se concedere illi aiunt: *Quis nostrum unquam scripturarum interpretationem sustulit? Certe nemo.* Nos enim omnes libentur satemur, scripturas interpretatione egere, ita Wirtackerus, imo expresse adiungit: *Eos qui grammaticum scripturæ sensum intelligunt, debere tamen audire scripturæ explanationem, ut melius intelligant.* Hæc interpretatio in articulis controuersis cum his occurrit, quæ auctoritate tollitur? nulla, nisi Ecclesiæ, quæ nos docuit, scripturas nobis datas esse. Ecclesia autem suam nobis mentem per Christi vicarium, & Generale Concilium, quod sacram illam Rempublicam representat, aperire solet. Sine cuius testimonio, et si scripturæ veritas certissima sit, nobis tamen est incognita, unde enim cognoscis hanc scripturam esse diuinam, quod Sinæ, & Canibales ignorant, nisi quia te ita docuit Ecclesia? illi autem etiam suâ linguâ Biblia legerent, diuinam tamen vocem esse non certo scirent. Facessat igitur illa hypocrisis, quæ laudando verbum Dei, à verbo Dei receditur, & omnibus hæresibus latibulum paratur. Quid enim si Apocalypsin primipili Calvinistarum, negant esse scripturam, & cum illis Lutherani? concedunt autem posteri Calviniani? Quæ scriptura dicit: *Apocalypsis est liber diuinus?* At hoc credendum est, igitur firmâ auctoritate, falli, & fallere nescia proponendum est. Quod enim ex auctoritate creditur, non nisi ex veracitate referentis credibile fit, quicquid autem ab incertæ fidei auctore proficiscitur, audienti non immerito suspectum videri potest. Si igitur Ecclesia scripturarum usurpatrix, & commendatrix, in proponendis illis aberrat, cui certum esse potest, bonæ fidei esse literas, quas exhibet: Si igitur Ecclesia fallitur, falsa est scriptura, quæ illi perpetuæ infallibilitatis encomium tribuit, nec scripturæ credere teneor, cuius auctoritatem non nisi Ecclesiâ testatrice cognoui.

*Ecclesiæ inuisibilis tribuunt auctoritatem.*

§. 4. Alterum ærumnosum, & tenebrosum effugium, quo se in opacam noctem recondere frustra laborant. Non errare Ecclesiam inuisibilem aiunt. At vero Apostolus de eâ Ecclesiâ sermonem instituit, in quâ Apostoli, Euangeliste, pastores, doctores audiuntur, ad quam accessus est. Cui adherentes non fluctuemus, nec circumferamur. Hæc igitur responsio in refutatam fallaciam recidit. Si enim aspectabilis Ecclesia non est, iudicium illa facere non potest, nec eius audiri decretum, quæ, an omnino sit, ignoratur. Deinde quam ridiculum est, si in re tam grauiris esse potest, Ecclesiam, illam cui Biblia facta nobis tradenti fidem habemus, nec de fallaciâ suspicamur, inuisibilem esse? Unde donatrice agnoscis, si cum donaret inuisibilis erat? Apostolus de illâ loquitur, quæ mentes gentilium obtinuit, cuius nutricij reges, quæ in monte posita latere non potest. Quam mirantur gentes, etiam quæ non sequuntur. Hoc factum est, inquit Augu-

stinus libro de vtilitate credendi) diuinâ providentiâ per Prophetarum vaticinia, per humanitatem, doctrinam, quæ Christi, per Apostolorum itinera, per martyrum contumelias, cruces, sanguinem, mortes: per sanctorum predicabim vitam, atque in his vniuersis dignarebus tantis, atque virtutibus pro temporum opportunitate miracula. Cum igitur tantum auxilium Dei, tantum profectum, fructumque videamus: dubitabimus nos eius Ecclesiæ condere gremio, quæ usque ad confessionem generis humani ab Apostolica sede, per successiones Episcoporum, frustra hereticis circumlatrantibus, & partim plebis ipsius iudicio, partim conciliorum grauitate, partim etiam miraculorum Maiestate damnatis culmen auctoritatis obtinuit? Cui nolle primas dare, vel summa profecto impietas est, vel precipiti arrogancia. Nam si nulla certa ad sapientiam, salutemque animis via est, nisi cum eos rationi præcolit fides, quid est aliud ingratarum esse opi, atque auxilio diuino, quam tanto labore prædita auctoritati velle resistere? Et si vnaquæque disciplina, quancquam vilis & facili, ut percipi possit, doctorem aut Magistrum requirit: Quid temeraria superbia plenius? quam diuinorum sacramentorum libros, & ab interpretibus suis nolle cognoscere, & incognitis velle damnare? Merito cognoscere non vellent, si omnes simul interpretes fallere possunt, nec certum est fundamentum, si extra illud in arenâ tota ædificatio constructi potest.

## CAPVT XXXVI.

*Morem Ecclesiæ esse, ut contra hæreses concilia colligat, atque ita sentire Sanctos Patres.*

S. I. NECESSARIO esse aliquam in Ecclesiâ auctoritatem, viam, & clare, distincteque inter partes iudicantem ostendi, eum iudicem pontificem agnoscunt Catholici, siue in Concilio Generali iudicet, siue etiam sine concilio, quod nunc non disputo, cum enim hæretici pontificem oderint, atque in eum multis modis exacerbat sint, illum frustra iudicem nominare nolo, continuo enim apostolos petent. Itaque Concilium generale propono, cuius si non est infallibilis auctoritas, proflus nulla est, quæ interpretationes scripturæ nobis certas efficiat, unde consequi ostendi tenebras, ac dubitationes religioni Christianæ penitus induci, & possessionem fidei miris iactari modis, multoque maiorem confussionem ortiri, quam in auctoritate imperiorum, cum legum æquitas callidorum hominum veritatis agitur, & iudiciorum sinceritas, ac metus sublatus est. Ingens est autem in Ecclesiâ Conciliorum etiam provincialium auctoritas, semperque vsus inualuit, ut ad mores recte formandos, hæreses infringendas, Episcoporum cætes colligerentur. Exordium petunt à factò Christi Domini, qui conuocatos Apostolos de summâ fidei interrogauit; *Quem dicunt homines esse filium hominis? Et quem vos me esse dicitis?* Apostoli etiam Act. i. & 6. & 15. Concilio collecto Ecclesiam gubernarunt, errores euellerunt.

Finis enim Conciliorum est fidei, & morum conseruatio: Ipsa Catholica Christi Ecclesiæ sedula & cauta dispositionum dogmatum custos, nihil in his unquam permutat, nihil minuit, nihil addit, non amputat necessaria, non apponit superflua, non amittit sua, non usurpat aliena. Sed omni industria hoc vnum studet, ut vetera fideliter, sapienter que tractando, si quæ sunt illa antiquitus informata, & inchoata, accuret, ac poliat: si quæ iam expressa, & enucleata consolidat, & firmiter: si quæ iam confirmata, & definita, custodiat. Denique quid unquam aliud Conciliorum decretis causa est, nisi ut quod ante simpliciter credebatur, hoc idem postea diligentius crederetur? Quod antea lentius predicaretur, hoc idem postea infan-

*Conciliorum auctoritas & vsus.*

*Pam synod vsu mon*

instantius predicaretur: Quod ante securus credebatur, hoc postea sollicitius excoleretur. Hoc inquam semper, neq; quidquam praterea hereticorum nouitatibus excitata, Conciliorum suorum, leceris, Catholica perficit Ecclesia, nisi vt quod prius à maioribus solitè a traditione susceperat, hoc deinde posteris per scripturæ Chirographum consignaret, magnam rem summan paucis literis comprehendendo, & plerumque propter intelligentiam lucem, non nouum fidei sensum noua appellationis proprietate signando.

§. 2. Fuit ea igitur Episcoporum sollicitudo post Apostolos, vt quoniam perfectionis acerbitate præpediti Concilium generale facere non licuit, frequenter tamen in vnum conuenirent. Itaque Victor Papa Anno 198. imperante Seuero, Concilium indixit, & eodem fere tempore Ponticum, Gallicum, Ostroënum, Asiaticum celebrata sunt. Anno 217. Africanum ab Agrippino Carthageniensi inditum. Anno 242. Labetanum, Fabiano Pontifice, item Anno 149. Arabicum. Anno 253. Romanum sede vacante, & Carthagenense primum sub Cornelio Anno 254. Deinde eodem Pontifice 1. & 2. Romanum, item Italicum, & alterum Carthagenense. Stephano vero Papa Ecclesiam moderantem habitum est Concilium, quod dictum Africanum primum, item Iconiense, Synadense, & tria Carthagenensia, sub Papa Dionylio Roma, Antiochena duo. Sub Marcelino, Cirrense, Simueflanum. Sub Marcello Eliberitanum, & duo Donatistarum Carthagine habita. Sub Melchiade Romanum. Sub Siluestro Arrelatense primum, Ancyrantum, Neocesarense, Romanum, Alexandrina duo, Laodicenum, & alterum Romanum, ac denique Nicænum generale. Quis non admiretur illo tempore, quo furor gentilis exerte, & palam sæuebat, hæreses vndique pullulabant, tantum animi fuisse fortibus illis Ecclesiæ heroibus, vt veluti in summa pace cæcus Episcoporum cogeret, fidei normam exponeret, hereticos excinderent? Non ignoro plures Synodos intra tempus illud fuisse, de illis loquor, quarum vel omnia, vel aliqua supersunt acta, nec tacerè libuit etiam conciliabula damnata, & hæreticorum, nam illa ipsa nobis Ecclesiæ consuetudinem præposterè a emulatiōe demonstrant. Sequentium temporum meminisse nihil opus est, ea habuerunt Generalia 17. prouincialium centurias, vt merito hoc amplecti auxilium debeat Ecclesia, quo semper vsa est, & eà felicitate, vt hæreses damnatæ ita interierint, vt earum memoria nunc nulla pene nisi in Catholicorum libris, quibus referantur, superfit. Lubet hic attendere, quæ in capite 13. Tertulliani contra Pysicos doctissimus Pammelius commentatur.

Verba Tertulliani sunt. Aguntur præcepta per Græcias illas certis in locis concilia ex vniuersis Ecclesiis, per quæ & altiora quaque in commune tractantur, & ipsa representatio totius nominis Christiani magna veneratione celebratur. Verba ex commentario Pameliano ista sunt. Atque adeo facit locus magnopere pro Conciliorum auctoritate. Quam confirmare solemus imprimis scripturis ipsidem, quibus Ecclesiæ auctoritatem, Matthæi 28. ac Luca 21. item illa Matth. 28. Vbi duo aut tres congregati fuerint in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Deinde pro eodem facit, quod in Apostolorum Concilio Hierosolymitano, Act. 15. disertis verbis Iacobus in hæc verba rescripsit: visum est Spiritui sancto & nobis. Quod ipsum tanti facit Beatus Ireneus libro tertio, capite duo decimo. vt ex illius Synodi verbis vnicum DEVM probet aduersus Marcionem. Si quis vero primas post CHRISTVM Synodos nosse desideret, ad tempora vsque Tertulliani, inueniet imprimis Apostolorum Hierosolymis celebratas, Act. 1. in electione Matthæi, Act. 2. in Pentecoste, Act. 6. in electione 7. Diaconorum, Act. 15. iam citatam, denique & illam de qua Galat. 2. quum Petrus in Apostolatam est ordinatus circumcissionis, Paulus vero inter Gentes. Quibus adde Concilium, in

quo Apostolorum Canones, & Constitutiones Apostolica, postea à Beato Clemente Romano recensita, sunt edita. Item illud in quo electus fuit in Episcopum Hierosolymorum Iacobus frater Domini, iuxta quod scribit Clemens Alexandrinus 6. Hypotyposon, citatus ab Eusebio libro secundo, capite primo. Deinde habes Act. 13. Antiochenam, vbi segregati sunt à se multo BB. Paulus & Barnabas, ac Ephesinam, ad quam Paulus vocauit omnes Presbyteros, & Episcopos Ephesiorum, ac quantum apparet, totius Asia, Act. 20. Videtur his adijcienda Corinthiaca, in qua (iuxta quod Beatus Augustinus asserit Epist. ad Casulanum) iuxta promissum suum, quod dixerat 1. Corinth. 2. Cætera quum videri disponam; de ritu Eucharistia multa statuit Paulus. Quum autem Can. 37. Apostol. statuatur, vt de religionis dogmatis, & Ecclesiasticorum controuersis singulis annis bis conuentus Episcoporum habeantur; non dubium quin in singulis prouincijs iam inde frequentes Synodi sint celebratæ; quarum statuta Romana, iam olim missa per Damasum Papam ad Aurelium Carthagenensem Episcopum, ex Epistola eiusdem constat, quam suis Conciliorum Canonibus præfixit B. Isidorus Hispalensis, qua dicit se nullum prædecessorum suorum à B. Petro prætermisisse, de quorum statutis aliquid non miserit. An adludat ad Decretales Epistolas Romanorum Pontificum, quæ plerumque in Concilijs Romanis scriptæ sunt, etsi nobis ita videatur, Lectori tamen liberum relinquitur iudicium; eundem remittentes ad libros Francisci Turriani, quos pro earum auctoritate conscripsit.

Præteriri tamen non possunt Concilia Romana, sub Clemente (quod dicit Anacl. Epist. 1.) Alexandro 1. Sixto 1. & Telephoro; quippe qui eorundem suis in Decretalibus meminerunt. Certe sub Victore de Paschalis die penè infinita enumerat Euseb. hist. lib. 5. capite 20. f. 22. postque eum Nicephor. libro quarto, capite 30. & nominatim Romanum præfidei Victore, ac Galliarum sub Beato Ireneo, in Occidente; item Casarea Palestina, Pontiper Ostroënum, & Corinthiense sine Achaium; quibus addere licet Alexandrinum, cuius ipse Victor meminit Decret. 1. & Asia illud, in quo Nicephorus libro quarto, capite vltimo. scribit etiam Asianos (qui suis in Synodis contrarium desinierant) Victori Papa celsisse, & idem Decretum publicasse. Atque hæc mihi videntur Concilia, quæ hic auctor per Græcias actu commemorat. Facit præterea Eusebius eiusdem libro capite 23. mentionem, & post eum Nicephorus, (ex Apollinaris libro primo aduersus Montanum) Asia plurimorum conuentuum, in quibus Montanus, cum suis affectis communionem depulsus fuit.

§. 3. Quamuis autem Pontificem merito audire debeant, cum qui eius Cathedram deserit in Ecclesiâ non sit, cum Romana fides sit Apostolica, cum sit matrix Ecclesiæ, & principalis; & Cathedra Petri, cum ab eâ sit vnitatis sacerdotalis exorta, cum ad illam perfidia non possit habere accessum, qui enim cum illo, cum Ecclesiâ Catholica communicat, qui cum illo non communicat, cum illa communicare non potest.

Ipsius etiam contemptus schismatum, & hæreson est initium. Has, inquam, ob causas, quas ex Cypriano refero, cum merito Pastorem suum audire oporteret errantes, malo tamen Concilium illis proponere si forte eo lecto, vel audito odium nominis minus obfret fidei addicenda.

Omnes porro SS. Patres, & ipsa Concilia huius rei testes sunt; Concilia enim omnia Generalia sibi iudicium infallibile tribuerunt, etiam Nicænum, aliaque, quæ à Nouatoribus recipiuntur, quorum si incerta fuit auctoritas, culpa etiam, atque error perniciosus fuit. Verum auctoritates SS. Patrum Belarminus libro secundo, capite tertio.

Qui eâ de re consuli poterit.

vt Conciliorum per-

vtiam in persecutione concilia habita.

Pamelius Synodorum vsus demonstrat.



CAPVT XXXVII.

Commodissimam ad pacem viam esse Concilium ipsos sectarios sentire.

**S. 1.** LIBENTER hoc argumentandi genere vtor, tum quia ad confirmandos Catholicos valet non nihil, tum quia ad conuincendos aduersarios valet plurimum. Bona certe causa est, quam in suum detrimentum cogitur aduersarius promouere. Propterea victoria quae de castis hosticis vltro offertur. Sumus ipsorum Imperator id concedit, quod iam probauimus: licet altera manu reuocet, quod prima donauit. Nos certe libenter concedimus, (inquit lib. 4. instit. capit. 9. §. 13.) si quo de dogmate incidat disceptatio, nullum esse, nec melius, nec certius remedium, quam si verorum Episcoporum Synodus conueniat, vbi controuersum dogma excutitur. Multo enim plus ponderis habebit eiusmodi definitio, in quam communiter Ecclesiarum pastores, inuocato CHRISTI Spiritu, consenserint, quam si quisque eorsum domi conceptam populo traderet, vel, pauci homines priuatim eam conficerent. Deinde vbi collecti in vnum sunt Episcopi commodius in commune deliberant, quid sibi, & qua forma docendum sit, ne diuersitas offendiculum pariat. Tertio, hanc rationem praescribit Paulus in dydicandis doctrinis. Nam cum singulis Ecclesiarum attribuat dydicationem, ostendit quia in grauioribus causis sit ordo agendi: nempe vt Ecclesiae inter se communem cognitionem suscipiant. Atque ita nos ipse pietatis sensus instituit, vt si quis turber Ecclesiam dogmate inuitato, atque eo res perueniat, vt sit periculum a grauiore dissidio, conueniant primum Ecclesiae: quaestionem propositam examinent, demum iusta discussione habita, definitionem ex scriptura sumptam, proferant, quae & dubitationem in plebe tollat, & os obstruat improbis, & cupidus hominibus, ne pergere amplius audeant. Sic exorto Arrio coacta est Nicena Synodus, quae sua auctoritate & sceleratos impij hominis conatus fregit, & pacem restituit Ecclesiae quas vexauerat, & aeternam CHRISTI diuinitatem contra sacrilegum os asseruit. Quum deinde nouas turbas mouerent Eumomius, & Macedonius, simili remedio eorum insania occursum est per Constantinopolitanam Synodum. Ephesino Concilio profligata est Nestorii impietas. Hac denique ab initio sui ordinaria in Ecclesia ratio conseruanda vnicatur, quoties Satan aliquid machinari ceperat. Haecenus Caluinus, subiungit deinde: Sed meminimus non omnibus saeculis, vel locis haberi Athanasios, Basilios, Cyrillos, & similes vere doctri & vindices, quos tunc DOMINVS excitauit. Imo cogitamus quid Ephesi secunda Synodo acciderit: vbi Eutyriana heresis obtinuit: sanctae memoriae vir Flavianus, in exilium eiectus cum aliquot pijs viris, &c. At non erat illic Ecclesia. Fateor. Hoc autem perpetuum esse nego, vt vera sit, & certa scripturae interpretatio, qua Concilii suffragis fuerit recepta.

Caluinus ita esse docet.

Caluinus negat Ecclesie certitudinem.

Pareus concilium suadet.

**S. 2.** Praeter rationem omnino, & Concilium statuit, & erroris remedium esse concedit, definitionem ex scriptura proferat, dubitationem in plebe tollant, improbis os obstruant, nec certam tamen de scriptura interpretationem teneant: liceatque Arrio, & caeteris liberissime omnibus obniti, quandoquidem nulla est in asseuerantibus certitudo, & errare possunt non minus vniuersi, quam singuli. Verum hoc quod largitur accipiamus. Nullum esse nec certius, nec melius remedium, quam sit Concilium. Quantum verò erret, cum id remedium quo nec melius, nec certius agnoscat, incertum facit, id remittamus alium in locum.

**S. 3.** Deinde locuples mihi testis estis, quo cum mihi negocium est, Pareus qui Principum Lutheranorum,

quos odit, propositum laudat in pet. <sup>abdo</sup> generali Concilio, quique de Synodo Evangelicorum, <sup>et vno</sup> ne librum pacificum scripsit, nam Synodo putat posse tolli controuersias, quae inter Lutheranos, & Calvinianos multa sunt, & magna, adeoque perditae Synodum amat, vt Synodi larum Syncretismum, interea dum illa cogatur, ambabus vlnis amplectatur. Rem itaque confectam habemus. Verum quia omnibus omnium regnorum negociis misceri solent Hollandi, iniuriam illis fecero, nisi etiam huc aduocaro. Concilium itaque Remonstrantium, quod iussi sunt explicare, his est verbis comprehensum.

Hollandi Concilium optant.

Secundum hoc Apostolicum consilium (mutuae tolerantiae) nobiles, potentes domini, ostendimus in statu controuersiae, quem hic exhibemus ad singula capita controuersa, qua ratione (nostro quidem iudicio,) pax in Ecclesia Dei, per mutuam concordiam coli posset. Ad quam rem humiliter rogamus, animos vestros mature intendatis: quandoquidem commodius remedium, quam vt alii alios tolerant, excogitare non possumus. Saltem hoc tempore, & donec animi iam plus equo turbati, & forte nimis a se alieni, paulatim sedati, & inter se mutuo connexi, per colloquium verbale, in libero, prauidicij vacuo, Synodali, Ecclesiastico caetu, vestrarum nobilium, potestatum auctoritate, praesidio, iudicio, & moderamine suo tempore celebrando, totum negocium exactius perpendatur, & examinetur, & nos omnes in vnam sententiam perducamur, aut si opus est, iudicetur, vtra sententia veritati sacrae scripturae, & edificationi, qua secundum pietatem, propinquior sit, vt postea ordo instituat, &c.

Multo vero amplius Concilium vrgent Contra-Remonstrantes.

Eorum verba sunt. Post longas ac maturas deliberationes expensis omnibus modis possibilibus & consuetis, non potuimus in timore Domini deprehendere, commodiore vllam viam posse deligi, aut in manus sumi, per quam difficultates istae penitus componi cum dextertate possint, quam vt primo quoque tempore ex auctoritate Illustris. & Pot. D. D. omnium Generalium euocetur, & celebretur Synodus nationalis, in qua controuersiae plene aperiantur, examinentur, & ex verbo Dei diiudicentur: atque in qua porro talis mutuae tolerantiae, & conuersationis ordo de communi sententia sancitur, vt per eam tandem aliquando Generalis aliqua ratio pacis & concordiae stabilizetur, & exortitur porro dissidiis, exacerbationibus, offendiculis, scissimatis, similibusque difficultatibus, tempus occurratur. Est autem modus iste, iam olim inde ab ipsis Apostolorum temporibus perpetuo vsurpatus, nobisque a Spiritu S. ipso exhibitus, & indicatus, vt conuenientissimus, maximeque ad eam rem accommodatus, prout apparet ex Actis Apostolicis cap. 15. Etiam post Apostolorum tempora conseruata sunt haec modo Ecclesiae Christianae durantibus multis, grauissimisque persecutionibus. Quorum exempla postea quoque omnes pii Magistratus Ecclesiae, Christianae in similibus difficultatibus magna cum adificatione & vsu Ecclesiarum quouis tempore secuti sunt, atque illud etiam vtilissimum deprehenderunt, quae admodum id ex filo, & serie historiae Ecclesiasticae probari potest. Contra vero, quotiescung, alia via prolata sunt, siue ambigua, & ancipitis tolerantiae siue indicti ex vtraque parte silentii, siue controuersiarum in doctrina subortarum, sopientiarum: deprehensum est semper per experientiam, non potuisse eo modo tolli difficultates, sed post huiusmodi incrustationem semper postea utrum lites erupisse cum maiore inquietatione, & damno Ecclesiarum. Si Ecclesiae harum regionum liberum permiffum fuisse, istiusmodi Conuentum Nationalem debitis temporibus habere, non ita facile potuissent in Ecclesiis istiusmodi difficultates oriri, neque hucusque assundi, aut capere incrementum: sed potuissent nullo negotio vel praecaueri, & praeniri isto modo, vel si fuissent exorta, protinus sopiri, atque a medio tolli. Non deprehenderetur vbiq; in Ecclesiis, & regimine ipsarum tantum quotidie a noxias, dissolutionis, & inordinatae difficultatis. Non tam parum profecisset in hisce regionibus reformata religio, neque tantum quotidie damni pateretur, prout pium omnes cum summo dolore, & maiore animi

Ecclesie per Concilia seruata.

Alios modos non esse vtilis.

omni Synodo pub. E. die na

Synod nator utilis.

Non Concilium conuenit & ne

Omissione Synodi res. pub. Hollan die patitur.

animi coguntur videre. Quapropter, nulla ex re tantam iacturam in hisce regionibus patiuntur reformata Ecclesia, atque ex dilatione Synodi Nationalis, quæ iam ultra annum quoque vigesimum differtur: cum maximâ, neque vllis verbis exprimenda iactura reformata religionis, & Ecclesiarum in hisce regionibus, neque exigua cum debilitatione status istius Reipublicæ, ad cuius conseruationem plurimum refert, vt in doctrina reformata Religionis, & regimine Ecclesiarum in hisce regionibus certus aliquis & generalis constituatur, serueturque tenor, quod quidem absque ope huiusmodi Synodorum Nationalium fieri non potest. Accedit, quod ea nunc sit Ecclesiarum in hisce regionibus constitutio, vt non ex solis illis quinque Articulis à Remonstrantibus exhibitis difficultates ortæ sint, sed quod insuper quoque à varijs Ecclesiarum pastoribus defendantur, & proponantur tum aperte pro suggestionibus editis in lucem libris, varia & diuersa noua dogmata, de præcipuis capitibus Religionis nostræ Christianæ, cuiusmodi sunt. De plena satisfactione IESV CHRISTI pro nostris peccatis. De iustificatione hominis coram DEO. De fide salutifica, de peccato originali, de certitudine salutis, de perfectione hominis in hac vita. Denique alijs compluribus, quæ nos censens ex diametro pugnant cum verbo DEI, & Catholica doctrina omnium Ecclesiarum reformatarum, quemadmodum videre illud est inter cætera ex edita typis declaratione Adolphi venatoris Alemariæ degentis. Adeo vt quinque istis Articulis non contineantur, vel omnia vel præcipua capita, de quibus hodie inter Ecclesiarum ministros in hisce regionibus discerpantur. Quapropter in primis necessarium est, vt tempestiue ope Nationalis Synodi istiusmodi controuersie tollantur, similesque alia præueniantur, vt ne earum causa Ecclesia communes harum regionum discerpantur, & schismate diuellantur.

CAPVT XXXVIII.

Sæctarios nostri temporis Concilium Generale habere non posse.

§. 1. NON posse Synodum inter Calvinistas, & Lutheranos institui, argumentis certissimis libro de vnione, & Synodo Euangelicorum demonstrati cap. 8. & sequentibus. Habeo que consentientes non modo Lutheranos omnes, sed bonam etiam partem Calvinianorum, atque ipsum adeo Pareum *et alios dicitur* recantantem, & sese refutantem, qui falsus Spem Synodis procul esse, pacemque Synodumque contulit in Cretensium Aeginetarumque dolos. Docui etiam in Postcolloquio nullam Synodi fore vtilitatem, siue illa inter Calvinianos solos, siue Lutheranos instituat, quia nulla est eius Synodi auctoritas nisi humana, semperque quibus decreta displicuerint, negare poterunt; vera esse, clamare licebit: *Oracula Dei non esse hominum censura subiycienda* Suam interpretationem, & priuatam instinctum omnibus Calvinianis Concilijs anteponent, qui iam didicerunt à Caluino, tot veterum Synodorum centurias contemnere, & condemnare.

§. 2. Curigitur Calvinianorum sententias nunc pro Synodo, nunc contra Synodum produco? Cur ipsi nunc pro Synodo, nunc contra Synodum loquuntur? Rationem suæ secum disensionis exquirere oportebat, deinde cur eam ipsis domesticam pugnam obijcerem, à me rogandum erat.

Synodus Nonatorum inutilis.

Nonatores Concilia & concedunt, & negant.

Nunc verum que dicam. Synodum repudiant, nam veterum Synodorum auctoritate se premi nolunt, intelligunt suas opiniones sibi deferendas, lucra contentiolarum concionum desperanda, fama naufragium subeundum, nisi præfca Concilia oppugnent. Si præfca Synodos tuerentur, nec ingenio suo scri-

pturas interuenterent, nec perfidiâ adulterarent, scripturæ enim lectionem, & intellectionem de iudicio grauiusimo, de Senatu Ecclesiæ in Spiritu sancto congregato acciperent; non de leuissimis opinionibus suis dispungerent, & explicarent. *Secundum* videtur esse scripturam, ad facultatem cuiusque naturæ, sic ex Dei voluntate dispositam, vt etiam hereticis materiam subministraret, quâ fecunditate in sui perniciem vti maluit, quam alieno magisterio ad salutem duci. Non est illa culpa scripturæ, et si enim materias subministrasse videtur hereticibus, eandem tamen rectè intellectæ easdem reuincunt natas ex sui deprauatione hæreses.

Cum igitur in scripturarum disputatione suo ingenio, ac iudicio solo nitantur, cum moribus suis conuenientem interpretationem vel à veteribus, & damnatissimis hereticibus mutuuntur, vel nouo energemate de proprio instinctu deformant, necesse est ab omnibus antiquis Ecclesijs dissentire, ideoque auctoritatem, quâ reuincuntur, odisse.

§. 2. Exemplum nobis sunt, qui recens in Hollandiâ in arenâ depugnantur bellè compositi Calviniani, rigidi & molles, nec vereare, cum vdis Molles rigidis compositos, ne mox sine certamine sponte succumbant, mollitudo illa lenta est, & tenax, nec facile vulnere patet, rigoris violentiam dextrè excipit, & ruine pronam ipso impetu frangi sinit. Rigidorum est horribilis hæc sententia, (in formato controuersie statu) quem ordinibus obtulerunt. *Quod is qui semel vere credit, etiam si deliberato animo, in magna, usque atrocitate peccata prolaturus, tamen à Iesu Christo ita conseruari, & in posterum conseruatum iri, vt æterni decreti electionis, & ex eo à reprobis & irresistibilis potentia Dei, vt nunquam totaliter & finaliter possit amittere; ac proinde, tum extra omne discrimen, & MERTVM esse condemnationis, atque hoc quidem vnicum esse fundamentum consolationis filiorum Dei.* Hæc adeo spurca, atque impia, etiam Gnosticis, & Carpocrati pudenda, non dicerentur, nisi perperam scripturæ intelligerentur, nisi funditus non modo symbola, & doctrinæ per Apostolos CHRISTI comites traditæ euerterentur, sed omnium Conciliorum decreta rejicerentur. Itaque omnino necesse est omnia eueri vetera, si hæc noua stabilienda sunt.

Impia sententia Calvinianorum.

Cur Concilia recipiant Calviniani.

Necesse est igitur veteres Synodos, vt nouitias hæreses teneant, fugere, ac reprobare, rursus dum alia parte arctantur, ad spreta auxilia sese referre coguntur: Itaque Caluinus libro quarto institut. capite nono. §. primo. *Antiqua Concilia se venerari ex animo profiteretur*, atque vtinam, hoc: *ex animo*, diceret ex animo. Neque enim ex animo, sed ex necessitate prima quatuor generalia amplectuntur, Nicænum, Constantinopolitanum primum, Ephesinum, Chalcedonense, propter Seruetum, & Antitrinitanos. Quintam vero Synodum, & sextam coacti sunt recipere, propter Lutheranos, Vbiquitarios, hostes strenuos, qui naturam in CHRISTO confusio-nem faciunt. At sua fonte Concilia audient. Non audient. Exemplum ex eodem Belgio. Iudicium Professorum Leidensium contra Remonstrantes obiecerunt Remonstrantibus. Grauis est in Batavia auctoritas Lugduno Batavæ Academiae. Sed quid Remonstrantes? *Cur autè plus valeat Gommari iudicium contra nos, quam Arminij pro nobis? aut quid attinet tale iudicium hoc loco proferre? quod neque veritatem firmiter demonstrare potest, neque vnitatem consensuum cum Ecclesiæ reformatis in genere?* Nonne hunc murum contra omnia fuorum conciliabula opponat; quibus illa non probabuntur; *Quid attinet eorum iudicia proferre? sunt enim humana, nec veritatem firmiter ostendere possunt, nec vnitatem consensuum facere.* Et deinde: *An fortasse in eo sunt fratres, vt ostendant, aliter de quibusdam articulis in Academia Leidensi definitum esse, quam nos nunc profitemur?*

Sæctarij ne sua quidem audiant.

Responsio ad omnia Concilia.

Responso ad omnia Concilia.

remur? Sed quid hoc ad rem? Et paulo post. Neque fas est, ut vel homo, vel cæterus vllus nobis in hac causa praeiudicaret. Itaque si rem speciet nulla penitus Concilia audient. Ad omnia respondebunt. Quid attinet hæc proferte? Sed quid hoc ad rem, si aliter definitum est in Conciliis nostrorum? Nullus homo, nullus cæterus nobis praeiudicare debet. Sufficit nobis conscientias nostras exonerasse, ad defensionem veritatis, & libertatis in Ecclesia. Inconstanter itaque sentiunt, & opiniones suas alternant. Concilia fugiunt vetera, quæ illa si agnoscant, damnatos se percensent, eadem vsurpant contra novas hæreses, noua Concilia cupiunt ex suis, ut fratres suos aliter sentientes affligant, noua suorum nolunt, quibus ipsorum causis praeiudicetur. Vno verbo, cum ipsis obstitunt, vitiosa Concilia, si faueant, probata. Ex scripturâ iam dudum regulam Lesbiam fecere, in sua sentia eam detorquentes, Concilia eodem impetu trahere peroptant. Hinc igitur facilissima opinionum iactatio, hinc illa tam multa male interpretari oportet eos, qui nolunt recte intelligere.

§. 4. Quod vero eorum sententias ad veritatem contra eos probandam adduco, auctorem habeo Apostolum, qui Athenienses Idololatrias ex ipsorum poetis ad fidem instruit, Act. 17. probatque ex illis veritatem quam illi recte dictorum auctores, aut non cognouerunt, aut in iniustitia detinuerunt. Et imitari Apostolum sunt præsi Patres, Iustinus Martyr, Theophilus Antiochenus, Tatianus, Clemens Alexandrinus, Minutius Felix, D. Cyrillus, Arnobius, Lactantius, Origenes, Eusebius, Augustinus. In primis Tertullianus, qui eadem ratione hæreses oppugnandas censet. Hoc loco, inquit, licebit mihi argumenta, etiam ex aliorum hæreticorum parte conquirere. Firmum est genus probationis, quod etiam ab aduersario sumitur, ut veritas, ab ipsis inimicis veritatis probetur.

Verum hæc quoque exemplo Belgico comprobanda sunt. Synodum ferio à statibus petierunt Contra-Remonstrantes seu Rigidi, idem videtur Remonstrantium seu Mollium fuisse desiderium, ut in scripto de ratione pacis conciliandæ ordinibus exhibitio tradunt. Verum cum ad rem ventum est, nullam Synodum se velle declarant, omnem ordinibus potestatem concedere. Eâ de re sic scribit Caspar Barleus in Bogermanno ἐπιτομῆς. Præscindit ergo omnem tolerantiam spem Bogermannus, nisi legitimo iudicio caueatur, hoc est, nisi tota hæc, quæ hæcenus agitata fuit, & adhuc agitur controversia, à Synodo fuerit definita. Sed quali? exponam, quam Holl. Ord. conuocari, & celebrari permittant, cui de loco, & tempore, nec non de sumptibus, & cænarum impensis prospiciant; ad quam ex suis spectatorem vnum aut alterum delegent, qui rerum, quæ illic aguntur (ne deprobanda Hispano patria agerent) consensit; denique cuius decreta sigillo suo ratissima habeant, & aduersus refractarios quam possunt citissime & ἐπιτακτικῶς effecta dent. Reliqua Synodi & Theologorum sint, oportet. Conuenient ad hanc à Clauibus sive Magistratu Ecclesiastico deputari. Viri ad disputandum & μετὰ ἀντιθέσιν redarguendum maxime idonei, testimonium habentes, quod sani sint in doctrina, & omni suspitionis labecula vacent, & rerum ad hæc ecclesiasticarum vsu

Synodus.

Dictum, factum.

Contradictes.

Quod bonum & quod malum est.

Personarum acceptio.

ἰδὲν τὰ ἐξ ἑσθῆς edocti. Sedebunt Patres. Præbit verba Præses aliquis, & longa oratione, Ecclesia cum tot errorum monstris confliscantis, labores & dolores enarrabit, & Deo gratias agere assulisse nunc illum solem, quo de saluari horum malorum remedio liceat solito more cogitare, & hereticas aduersariorum sententias communibus suffragiis simul ac semel condemnare; hortabitur idem fratres ad moderationis Concilia, ad serium Articulorum examen, ad iudicandum sanctè & sine ἄριστολυτῆ, & qua plura ad formalitates faciunt. Citabuntur more Remonstrantes, accusabuntur & τὴν ἐξ ἑσθῆς, quod priuata auctoritate, non consultâ Synodo ausi fuerint à receptis Catechesos, & Confessionis Belgicæ formulis recedere, & sanorum verborum summa contradicere; quod si

habent, quo se defendere possint, iubeantur breuiter illud & syllogisticè proponere, ut si vera sunt quæ dicunt, iudicio Synodi probentur, si falsa, spiritibus prophetarum se subiiciant, & decreto illorum, nisi tanquam ethnici, & publicani haberi velint, morem gerant. Disputabitur acriter, an scripturis & veritati, quæ in Ecclesiis, & prout in Ecclesiis docetur, contrariantur articuli. Negabunt hi, affirmabunt illi. Tandemque Remonstrantibus exire iussu, & foris obambulare, deliberabitur, quid factio opus sit, dissentientibus vero opinionibus & Patrum sententiis, mittentur calculi, collectisque suffragiis decretum fiet in hunc fere modum. Decretum & iudicauit Synodus, decernit & iudicat etiam nunc, quinquè istos Remonstrantium articulos, tum ratione sui, tum ratione consequentiarum orthodoxos non esse, sed recepta harum Ecclesiarum doctrina contradicere, ideoque in Doctoribus & Pastoribus ferendos minime esse, qui vero Remonstrantium alium de his silentium præstare velint, neque quicquam se orthodoxa sententiam contradicere sanctè spondere, eorum omnium, vxoris, & liberorum ergo miserum sit: qui autem supradictos articulos mordicus tueri volent, eisdem voce & scriptis profertur, ministerio abdicantur, eorumque hereditatem accipito alter; sed qui Ecclesiam hæc tenus editis in lucem libris oppugnantur, eiusque doctrinam blasphemarunt, nisi velint ἀναίμα δῶν, & facti sui culpam coram eadem Synodo humiliter deprecari, fulmine excommunicationis feriuntur. Cum hoc decreto ibitur ad Ordines, eorumque arificatio postulat, non quod ita facere necesse sit, sed quod conducatur, qui si probauerint moderatum illud Synodi decretum, audient patria Patres, Ecclesie nutriti, Constantini, Theodosii, Christianissimi principes, vt qui Bogermannus vult, sibrandi expectationi, & totiorum, quibus nunc macerantur, desiderii, satis fecerint: sin abruerint, sibi que eorum omnium iudicium debere dixerint, ac ipsum Synodi decretum multum multiplicis nullitatis conuictum, resciderint, redibunt ad antiquum patres, desperata pax est, tolerandi spes nulla, nec habebuntur Ordines, qui haberi volunt, religionis amantes, osores hæreses, sed contra earum fautores, promotoresque. Hæc Synodis istius, cuius legitimo iudicio controuersias hæc transigi vult Bogermannus, ipsissima est Idea. Plato vocaret ἀποσπασθῶν. Barbari Philosophi Synodeitatem. Verum qui hæc Synodi & iudicii Ecclesiasticæ lege constringunt Ordines, nec ante tumultuandi finem facere in animum induxerunt, priusquam de Remonstrantium articulis triumphum reportauerint. Videant cauti, ne dum fragili querunt illud dentem, infringant solido, & nimum instando rupturam faciant: Fuit interdum, vt qui pacis conditiones legitimas detrectando, hostem prostigatum vult, causa cadat, cum alteri quid concedendo seruari & ipse potuisset. Sed hæc δὲ ἐν ἑσθῆς νεῖται: Dei in genibus sunt posita.

CAPVT XXXIX.

Amplius ostenditur, Nouatores nec Synodum, nec pacem habere posse.

§. I. SYNODVM tentarunt tandem aliquando, sed in qua nihil non modo secundum veteres, sed ne quidem secundum eas quas dixerunt ipsi, actitatum est. Hunc autem cæterum Concilium non esse ostendi cap. 56. coronidus.

Certum est ea prouidentia, & ἀναγκαστικῶς Republica Ecclesiasticam à Deo constitutam, vt in ea veritatis agnoscendæ, errorumque deprehendendorum infallibilem normam collocat, iudicemque litium ac controuersiarum finendarum dederit. Neque enim vlllo modo Republicæ nomine digna est illa ciuitas, in qua ita de iure manum conferunt in colae, vt post multas expensas, & longa litigia, de causa sua maneant incerti. In qua nullus est, qui ita sententiam pronunciet, vt altera pars victricem,

Nullo Belgio dunt ut. Dudi rator rami gas of gnat.

Vbi sunt nulli esse res minia.

Vt pag el pag.

Vide nueler Meter lib. 20 422. 423.

Vide Artic vniom traicd posteri.

cem, altera se victam cognoscere possit. At vero tales Respubl. sunt omnes cætus Nouatorum, sine normâ, sine iudice veri. Non sunt igitur Ecclesiæ CHRISTI.

Scripturam omnes iactarunt, sed omnes pro se cõtra aduersam partem vsurparunt. Et iam nunc fatentur Gommariistæ seu Rigidi in Hollandia non posse rem ex scripturis solis componi. Non enim illa hæcenus inter litigantes eo modo sententiam dixit, vt villa pars se causa cecidisse valeatur.

Supereff vt Synodo concordiam sanciant; Verum nec hanc viam esse tollendis controuersis, odiisque idoneam ipsi satis fatentur. Quamquam enim *Dudleus Charleton* Regis Britannicæ apud ordines orator, Synodum nomine sui regis fuaedet, ostendatque iudicem non esse, nisi Synodum, non persuasit tamen Arminianis.

Ego quidem in thesi ostendi Synodum esse non posse, libro de Synodo Euangelicorum, syncretismo, & pace Germaniæ, sperare tamen se fingunt Rigidi, idcirco ex Germaniæ, Britannia, Heluetiæ committat demagogos euocatur, vt Arminianos obruerent.

Verum contra excipiunt Arminiani esse non posse, nec vilem esse. Quorum ego sententiam verissimam esse facile ostendam, & multis rationibus demonstrabo, & tu lectore plures à nostro P. Maximiliano Sando petes.

§. 2. Prima ratio est. Non habent, qui legitime Synodum conuocent, non ergo legitima Synodus esse potest. Nisi enim auctoritate, & potestate magistratus cætus congregatus sit, turba est, in qua nec ordo, nec iurisdicctio, nec auctoritas valere potest. Clara igitur est consequentia. Antecedens fatentur ipsæ Prouinciæ Belgicæ, neque enim Rex quispiam, neque Generales status indicare possunt Synodum, prouinciæ autem nolunt, non erit igitur Synodus. Non potest Rex vllus, quia nullum agnoscunt ordines. Non possunt ipsi Ordines: Nam singulæ prouinciæ eam libertatem religionis obtinent, vt penes ipsas, non penes generales status ius sit statuendi. Hoc probat ille qui eâ de re scripsit accuratè, & oratoris Britannici errorem demonstrauit §. 51. Quia secundum Libertatem & patriæ Prouinciarumque priuilegia nulla omnino prouincia alteri, aut omnes vni, in rebus Religionis leges ponere vlla potestate aut iure possunt, nec suffragis iniuriam opprimere, tamen si vel vnica ab alijs omnibus dissentiret: sed necesse est singulas vnitim, in id quod agitur liberè consentire. Nemo enim (nisi in Belgicis rebus plane hospes sit) nescit, Prouinciarum quamlibet absolutam habere iurisdictionem, & vnam alteri non magis esse subditam, quam aut Imperatori aut regi cuiuscumque extraneo, idque in omnibus, ad quæ ex vi pacificationis seu postrema vniõnis, non obligantur. Quæ sanè pacificatione nullatenus dominium suum & absolutam iurisdictionem abdicarunt; sed qualibet suam retinuit, tam in gubernatione Reipublicæ, quam iniustitia administratione, ac speciatim religionis cura. Imo tantum abest vt per hæc pacta conuenta Prouinciæ suis Priuilegijs, & ex iis consequo absoluto Domino renuntiarint, aut sibi inuicem in respectu ius specialibus ac particularibus priuilegijs, immunitatibus, exemptionibus, iuribus, statutis, laudabilibus & probatis consuetudinibus, alijsque iuribus preiudicare, aut impedimento esse voluerint: quin potius è contrario idcirco se coniunxerunt, vt semutuo modis omnibus, quoad possent, adiuuarent, stabilirent, atque defenderent contra omnes, quicumque is forent, qui prædicta illarum priuilegia & iura de facto quomodolibet violare attentarent. Quo igitur fundamento nunc sub prætextu religionis, (quod ipsi etiam olim ab Hispanis tentatum) alijs prouincijs auctoritas sua diminuitur? Quæ specierationis seu æquitaris, post alias, prouinciarum potentissima Hollandiæ (quæ durante bello maioræ reliquis grauiamina sustinuit, easque magnis pecunijs collatis defendit) Dominationi aliorum ac veluti tutela sub-

iciatur, idque ab iis qui maximis ab ea commodis affecti sunt? Rectè dictum à Lipsio, factiones vt plurimum ex ambitione pullulare, cum vnus alterum loco mouere eiusque sedem inuadere nititur. Deus nouit, & ego cuiusque conscientia relinquo, an non nostra calamitas eodem ex fonte ducat originem.

Prouincijs autem nolle omnes, & ipsæ profiterentur, cogi autem non possunt. Quia illorum libertati iuramento cautum est.

§. 3. Secunda ratio. Altera pars, scilicet Remonstrantes, nimium tribuunt magistratui. Quos accusat *Charleton*, seculari potestati hanc auctoritatem deferre, dando *Cæsari* quod *Cæsaris* est, nimium in alteram partem declinare est. Et Deo auferre, quod est Dei. Nam Remonstrantes à Classibus, & fratribus suis Rigidis immitissime agitati ad auxilium Magistratus confugerunt, quod orator illis exprobrat. Magistratum igitur iudicem illi volunt, non Synodum, ideoque Synodus esse non potest, quæ sine auctoritate futura est. Prius igitur statuendum est: sitne decidendi facultas penes Magistratum, an penes Synodum? Quæ controuersia finire inter eos non potest. Quia nec à Synodo, nec à Magistratu. Quia partes non sunt iudices idonei. Ideo non possunt pro se iudicare contra aduersarios, nec enim ministri Bataui sunt tota Ecclesiæ: nec ordinum potestas est vniuersalis in omnes ministros. Deinde tandem causa cadent prædicantes, & ius erit penes eos, qui plus poterunt. Rememnim contra famulum suum iudicauit Serenissimus Rex Britannicæ magnæ; vt patet ex Summa conferentia Anni 1603. in Camera Maiestatis suæ peractæ. & à *Vilhelmo Barlow* Theologia Doctore & Chelna decano editæ, & deinde *Leida* lingua Belgicæ excusæ pagina 38. 30. cum enim contingeret *Raynoldum* mentionem facere instituendæ Synodi, in qua Episcopus cum Senioribus suis puncta controuersa determinaret, quæ antea decidi non potuerant, commota Maiestas Regia est, existimans illos Schoticam Senioritatem (sit venia verbo) inuendere, aut id conari, quod tam cum Monarchia concordat (vt ipse Rex loquitur) quam cum demone DEVS. Ibi, inquit idem, *Petrus & Paulus, Thomas & Mathias* conuenient, & ex arbitrio suo me & consilium meum, omnesque processus nostros sua subiciant censuræ. Ibi surget *Petrus* dicetque, Ita erit: & respondebit *Paulus*, Non ita volumus, sed hoc modo erit; ac propterea quod antea dixi repero, Le Roy S'auisera [Rex ipse deliberabit] Amabo vos exspectate etiamnum septem annos priusquam tale quid à me petatis; & si tunc asthmaticum me & præpinguem inueniatis & ventosis tubis obturatum, fortassis audientiam dabo. Qui certus sum, si vel iste regendi modus inualuerit, mihi tunc obturatum os iri. Vnde etiam patet Regiam M. non ad Synodum confugisse, sed ad Secretam suam cameram in Hampton Court.

Hæc igitur lis cum vtrinque magnis conatibus litigetur, & eis & erit, & risum hostibus, commiserationem Catholicis exhibebit.

§. 4. Tertia ratio. Huc pertinet difficultas Synodorum Prouincialium, Geldricæ, Zutphanicæ, Hollandicæ, Zelandicæ, Ultraiecti, Frihicæ, Transuluanicæ, Groningæ: Forsitan & speciatim Amstelodami: eorum ministri incentores, & approbatores fuere publice factæ direptionis Arminianorum, quæ crudelitas operosa disputatione pallianda est, ne cæteris non probetur: At Synodi præparatoriæ impedient generalem omnium prouinciarum; primo quidem quia diuersa sentient: Deinde quia ipsæ Synodi inter se diuisæ sunt. Synodus prouincialis Hollandicæ definire nihil poterit, quia Arminiani nihil nisi quod ipsi sentiunt, rectum iudicant, Gommariistæ nullum nisi Rigidum ablegabunt. Itaque altera pars contra alteram protestabitur, & tandem nemo tam stolide

Polit. lib. 6. cap. 3.

Dudleus negat ad magistratum pertinere agere de Synodo.

Rex Britannicæ aliter sentit, quæ eius orator.

VVeeghsa-el. 50. &c.

Synodi præparatoriæ recte peragentur.

VVeeg. 53.

Nullus in Belgio se videntem agnouit. Dudleus orator Britannicæ Belgicæ oppugnat.

Vbi multa sunt capita, nulli vni cõcessa est potestas in omnia.

VVeeghsa-el. 49. 53.

Vide Emanuelem & Xeteren lib. 20. fol. 422. A. & 423. B.

Videatur Articulus vniõnis vltimæ tractatæ posterioris.

se aduersariorum odij exponet, vt se cum femple-  
na, hoc est, litigiosissima commissione sine spe der in  
periculum.

Synod<sup>9</sup> Bel-  
gica sine mi-  
raculo colli-  
gi non po-  
rest.

§. 5. Quarta ratio. Synodalis ille confessus, &  
disceptatio, contra sententiam Calvinianorum in-  
gens miraculum statuit, sine quo esse non potest. At  
Ecclesie conuentus, & disputationes miraculis ne-  
quaquam nituntur. Cur enim non potius angelum  
cælo poscunt, quam Synodum moluntur, quæ si-  
ne miraculo esse nulla potest? Miraculum vero in eo  
est, quod homines sibi infensissimos, diuturnis, per-  
tinacibusque odij exasperatos, ira, pudore, æmula-  
tione, mendacijs plenos, subita metamorphosi, mi-  
tes, placidosque fore arbitrantur: Et cum insectos  
præsentia incendat, armetque, hi mox vt se mutuo  
conspexerint, omnia vitia exuturos opinantur.  
Quasi vero Atreus, cum fratris aspectu stupefactus  
hæret, feritatem posuerit, aut Thyestes regijs opi-  
bus non anteposuerit siluestres fugas, quia videndus  
erat & frater. Hoc igitur assero sine manifesto mira-  
culo non fore, sine irâ, iurgio, odio, maledictis,  
contentione, inuidia, mendacijs disputationem, si  
enim hætenus, vt de se mutuo testantur, omnia  
mendacijs impleuerunt, cur nunc subito vereantur  
fallere, quod hætenus didicerunt? Perinde igitur  
faciunt, ac si quis montanos latrones in reueram  
aliquam regionem immitteret, & data occa-  
sione putaret continuo bonos colonos, virosque  
euaturos.

Subitame-  
tamorpho-  
sis in multis  
fieri non so-  
let.

Norma si-  
des deest  
Belgiæ.

§. 6. Quinta ratio. Nulla est regula & norma,  
ad quam dirigere disputationes fidemque possint,  
temere igitur in vasto controuersiarum oceano nauig-  
ent, & quo opinionis alicuius impetus egerit, ferantur  
necessè est. Non est scriptura, non traditio, non  
Concilio, non Patrum, non Ecclesie auctoritas.  
De primo probandum est, nam de cæteris sponte fa-  
tentur.

Scriptura  
vri non pos-  
sunt.

Scripturam non posse esse illorum normam, &  
iudicem tam facile patet, vt negare ipsi non possint;  
vt supra ostensum est in Dordracensibus. Deinde  
scripturam singuli pro opinionis suæ analogia inter-  
pretantur, ex quo oritur, vt ea legenda anticipatas  
sententias vnusquisque confirmet.

Sive mutet  
Synodales  
sententiam,  
seu teneant,  
maior erit  
discordia.

§. 7. Sexta ratio. Eorum qui à prouincijs ad Syn-  
nodum mittentur, duplex conditio fingi potest: Vel  
enim aduenient cum liberis mandatis, vt quod vi-  
sum est in Synodo statuant. Aut sane in suarum prou-  
inciarum sententiam iurati aduenient. Si libertas  
dabitur, non tamen ipsi legati facile sententiam mu-  
tabunt. Aut si mutent, non ideo sua transgressione  
rotam prouinciam suam trahent. Imo maior hæc ex  
re discordia orietur. Fieri enim potest, vt Arminia-  
narum vrbium legati pedibus in sententiam Gom-  
maristarum transeant, & Gommaristarum depu-  
tati Arminianas opiniones amplectantur: quod si  
fieret, dissensiones omnes in duplum auferentur.  
Variæque Rerumpublicarum motiones confurge-  
rent.

Omnia Sy-  
nodus insti-  
tuta con-  
fundet.

§. 8. Septima ratio. Prouinciarum ministri, magi-  
stratus, populusque, quo iure viuet, durante Synodo?  
An omnia solita confidentiloquentia docebunt? an  
vero ex futuro iudicij decreto omnia pendebunt? Si  
docere pergunt, vtrinque nihil iuuabit Synodalis de-  
finitio, cum sit paucorum, & quos errare facilimum  
sit. Si dubitare inbeantur, cælum, & terram misce-  
bunt: cum hætenus tam confidenter, tam furiose  
sua dogmata propugnauerint. Itaque si quid in fide mu-  
tarint illi, qui deputati fuerunt, ad suos nequaquam  
reditus permittetur.

Palinodia  
ministros  
infames.

§. 9. Octaua ratio. Palinodiam, & reuocationem  
opinionum impedit magnopere, is qui in Republi-  
ca est, honoris, & famæ respectus. Cum enim alij alios

non modo vt hæreticos, sed etiam vt infames, men-  
daces, calumniatoresque traduxerint, non possunt  
redire in gratiam, nisi se tales fuisse agnoscant. Quam  
rem illis perpetuo amici, inimici, atque nati, & nati  
natorum exprobrabunt.

§. 10. Nona ratio. Ordo Synodi nullus omnino  
futurus est. Nam vel præsidebunt Magistratus, vel  
Prædicantes. Non magistratus: olim magistratum  
Prædicantes non agnoscebant. Anno 1586. Prædican-  
tes multi, inquit Oldé-Barneuel in Apologia, iam sta-  
tus vltra non agnoscebant. Postulabant (in suis statibus) à co-  
mite Licestrio indictionem Synodi, quam nationalem appella-  
bant. Deinde orator Charleton id negat faciendum  
esse. Non prædicantes: nam eorum olim decretis  
obstitere status, & dissimulare tamen sunt coacti.  
Ita pag. 7. Oldé-Barneuelius. Diuulgantur decreta præ-  
sentis Synodi Nationalis. Generales Status difficultatem fe-  
cere in eis approbandis sine consensu Statuum respectiuarum  
prouinciarum, à quibus ipsi delegati, quo factio summam  
contraxerunt inuidiam, & offenderunt plurimum. Actum  
est contra illos scriptis, conatibus, publicis in templi con-  
cionibus. Status Hollandici nonnihil tempore cessere, bo-  
num factum rati, si ad tempus decreta acceptarent:  
dummodo interea Status, Nobiles, & ciuitates suum qui-  
que ius retinerent Ecclesia ministros constituendi, amouen-  
dique.

Prædicantes  
magistrati-  
bus infestis.

Cedunt Sta-  
tus ministris,  
sed ius tamē  
suum recu-  
perant.

Quod si tamen conueniant: parine iure, & merito  
dicent suffragia: Quis pares numero, & odio conci-  
liabit?

§. 11. Decima ratio. Quis numerus Synodaliū  
constituetur? sint sane ducenti, si centenos Arminia-  
nos totidem Gommaristis, paria componendo ex  
aduerso loces: deinde a quale suffragiorum ius vtri-  
que parti conferas, centum opiniones alijs centum  
contrarias experiere. Si vni Sectæ plures attribuas, de  
iniquitate querentur cæteri: Impari enim numero  
querentur, se multitudine opprimi dicent: sua suf-  
fragia etsi minora, tamen saniora esse iactabunt.

§. 12. Ratio vndecima. Multi ex deputatis senten-  
tiam suam publicis scriptis explicauerunt, alios dan-  
narunt: Non refutabunt illi sua decreta: non enim  
errasse se duntaxat, fateri oportebit, quod humanum  
est, sed mentitos etiam, quod est impostorum.

§. 13. Duodecima ratio. Respublicæ, & ciuitates  
plurimæ carcere, exilio, multctis, aduersæ religionis  
homines vexarunt: Amstelodamenses concursu fa-  
cto publice expulsi Arminianos viderunt: His non  
sufficit erroris agnitio, sed necessaria est damnorum,  
& contumeliarum compensatio, quam præstare &  
luere oportebit prædicantes, quorum turbulenti  
concionibus patria concussa est.

Synodus a-  
cti publica  
rescindet,  
exules re-  
ducet.

§. 14. Decima tertia ratio. Ecclesia eorū est inuisi-  
bilis, omnes qui eam constituunt, inuisibiles; Syno-  
dum igitur etiam inuisibilem esse oportet. Qualis Ec-  
clesia, talis Synodus. Quid enim si in ea Synodo spi-  
ritum Dei, fidemque nullus habeat? Esse igitur Syn-  
odus non potest. Quis enim conuocabit Ecclesiam,  
quam videre, audire, cognoscere non potest? Syno-  
dus pars Ecclesie est; & quidē nobilissima pars, non  
formalis, sed integralis, itaque totius reconditi, & in-  
aspectabilis, pars etiam inaspectabilis erit. Non igitur  
Synodus eorum Ecclesia dici potest.

Ecclesia in-  
uisibilis, Sy-  
nodus inui-  
sibilis erit.

§. 15. Decima quarta. Hinc consequitur Concilij  
decreto nullius conscientiam stringi, nescitur enim  
an illa sit pars Ecclesie inuisibilis; atque adeo an sit  
Ecclesie quem proferunt sententia, an vero infide-  
lium, atque Ethnicorum.

Sententia nō  
obligat, nisi  
constet esse  
à vero iudi-  
ce dictam.  
Lites ex pe-  
reginis au-  
nume-  
gestent.

§. 16. Decima quinta ratio. Synodo impedimen-  
tum ex aduenarum multitudine, & varietate maxi-  
mum obijcietur. Si. n. suffragij iure Galli, Germani,  
atque Angli donandi sunt, non potest id iudicio Ar-  
minianorum aliter fieri, quam vt ex vtraque parte pari-

numero sententiarum partes iuuentur, quæ res non modo litem non sedabit, sed in peregrinas regiones etiam disperget, Quamquam nunc quoque satis controuersiarum habeat tam Gallia, quam Anglia.

§. 17. Decima sexta ratio. Exterarum gentium Theologi, suorum cœtuum, Principum, ac Regum opinionibus obnoxij sunt, nec aliter sentire, aut loqui poterunt, quam illi à quibus mittuntur. Nec si aliter faciant, ab cœtibus & principibus suis recipiuntur vnquam. Si enim Atracicus princeps iam olim de his ordinabat, quid nunc reges facient? De ordine, inquit Barneuel. pag. 43. iam inde ab anno 74. *questiones in his prouincijs nota sunt: Assuetantibus Domino meo Principe Atracico, pia m. & Domini Statibus, sui muneris esse leges & ordinationes Ecclesiasticas condere, utpote penes quos legitima superioritas resideret, conformiter ritui in omnibus Regnis, Prouincijs, Rebus publicis, Ciuitatibus, recepto, quæ Reformationem aduersus Idololatriam, hæresin & tyrannidem Papatus susceperunt.*

Ex alijs igitur partibus non nisi rigidus Zwinglianismus, aut Socinianismus, aut Lutheranismus erit expectandus. Cur enim non in subsidium Lutheranos, & Catholicos uocent Arminiani, si Gommariſtæ trahant Zwinglianos?

§. 18. Decima septima ratio. Ne locum quidem ex æquitate constituerunt, qui Synodum querunt.

Dordracum nominarunt. Qua in re non pauca incommoda accident. Primo ciuitas illa remota est à Phrisijs, Transilulanis, ut difficilior venturi sint, & non nisi tædio mansuri. Secundo, Insula est, ideoque minus liber, & pro arbitrio discessus. Tertio. Dordracum antiquam cum Hollandia, cui se crebro opposuit, æmulationem exercet, itaque nihil moderabile ea in vrbe possunt expectare, quos præter gentis odium commune, etiam religionis causa persequuntur. Quarto. Nectutos puto futuros; Nam quamuis tumultum populi nondum in Arminianos conciuerint Dordracenses, nec more Amstelodamensium miseris diripuerint, non tamen defuerunt Ministri eorum, qui publicitus acerbissime contra eos scripserunt, idque egerunt, ut Dordracensium Arminiani latere, quam expilari maluerint. Quinto. Forte timorem nonnullis incutient præca clades eluionum, nam cum à continente auelleretur, centum millia perierunt, vnus id hominis maleficium fuit. Sexto. Vino probando ea ciuitas aptior est, quam censendis dogmatibus; ideoque *70 doctores & 30 uirgines non autem 70 uirgines & 30 uirgines* ibi collocarunt maiores, quod tamen ipsum non sine lite tenuerunt, multis enim contra Geldros, & Transilulanos contentionibus ius illud tenuerunt. Septimo. Suspecta est etiam Brabantia, & Hispanorum uicinitas, quæ hisce litigijs excitata, de bello Quinti & sexti Euangelij classicum canet. Octauo. Dordracum plenum est Gallis, alijsque exteris, ideoque ciuitas magno strepitu personat, non poterunt tutiesse Arminiani. Quod si insidiæ nullæ struuntur, cur non Leida, Harlemium, imo ipsa Haga conceditur.

An hoc agitur ut captiui Hispanis tradantur?

§. 19. Decima octaua ratio. Nimia Synodi indicenda contentio, magno prouinciarum aliter sentientium præiudicio urgetur; Cur enim legem Hollandorum pars, & Zeladorum præscribant: cur Magistratus Arminianos in ordinem redigunt: cur alias prouincias quasi victas & seruas occultis molitionibus examant? deinde præsidis premunt: Omnium horum causa est religio, pro cuius libertate se pugnasse putant Arminiani, & nunc grauissimas exactiones pendere, non ut conscientijs consulant, sed ut abominatissimis Borboritarum, & Manichæorum infanij subscribant. Sic igitur post tot contumelias

etiam publico decreto Synodi condemnentur, cū sit doctior, & honestior Hollandia, Belgicique pars, quis dubitare poterit, patientiam tam indigne læsam in furores abituram, inde arma in promptu fore?

§. 20. Decima nona ratio. Gommarianismus sine armis induci non potest, ciuitates igitur præsidio firmandæ sunt, ut Rigidorum opinionibus obsecundent, aut si credere nolint, obsidione cingendæ. Atque hac ratione uersis in mutua uiscera gladijs, feminecem patriam tradent illis, quorum imperium fugiendo in miseriam seruitutem specie libertatis deciderunt. Quæ enim facies illius patriæ futura est, in qua vnica secula dominatur, cæteri opprimuntur? Aut quomodo pro aris, & focus, pro religione pugnabunt, qui propter religionem seruire coguntur? Qui ea solum causa, quia Zwinglianismo Rigido non credunt, cum infamiae nota dignitate sua deijciuntur cum ex uinculis apud inimicos causam dicunt.

Nunc superest aliqua spes, ideo nondum extrema tentantur, quod si Synodalis uolentia in desperationem eos egerit, qui nolunt esse Borborititis, & Manichæis magis insani, non poterunt se continere, quin quidlibet malint, quam ad horridas illas opiniones accedere. Quod si sub idem tempus in ducia soluantur, qua concordia resistere poterunt?

§. 21. Vigesima ratio. Synodi decretum quale futurum sit, iam ante prædixerunt Arminiani, & nunc præparatoria ostendunt. Nempe quo damnentur Arminiani, probentur Gommariſtæ. Itaque nõ opus est tam operosa, tam sumptuosa conuocatione, cum iam ante Synodum executio synodalis sententiæ uigeat. In hunc enim finem Arminiani in patria, & ad Tribunal magnæ Britannia accusati sunt, præsidia urbibus Arminianis imposita, Magistratus Arminiani in ordinem redacti, prædicantes coerciti, fugatiq; templa restituta Gommariſtis. Quæ cum uehementer animos offendant, si illa eadem publica Synodi nationalis sententia comprobentur, omnes qui causa cadent, experientur hac re Amstelodamensibus, aliisque rigidis dominationem queri.

Turbas igitur & tumultus ciebit Synodus; Eos enim qui iure æquales sunt, & in speciem hætenus æquales fuere, inæquales faciet; quod in libero populo sine magna commotione nunquam est factum, nunquam est futurum.

§. 22. Vicesima prima ratio. Vindicta à Rigidis queretur, qui enim grauius se læsos arbitrantur, quique uerentur, ne maioribus incommodis afficiantur, illi ubi potentiam, & auctoritatem nacti fuerint, sæuius grassantur; at uero Rigidi de summis mollium iniurijs iudicio queruntur, & integros libros conscribunt; nemo itaque sperare potest, in ira, quam iustissimam existimant, tam lentos fore, ut nõ uentur præsidio Synodi, qui ante Synodum hostilia omnia fecerunt. Colonia est impressa Epistola Hagensis, quæ Hollandiæ statum exponit. Initium est: Decimo quarto die Iunij è Phrisia secundo cursu huc appulit comes Wilhelmus.

Neque sperari potest rigidos uictores fore mitiores, quam fuerint molles, nam & natura sunt ferociores, & seclæ suæ decretis ad crudelitatem, quam etiam Deo tribuunt, incitantur, accedit dolor, & ira, quod iniuriam se passos arbitrantur. Denique illis, per quos uicerant, hoc est, ministris rigidis obsequendum erit.

§. 23. Vicesima secunda ratio. Ne sumptuum quidem ratio Synodum permittit. Nam primo multos esse oportet, alioqui auctoritas aberit, cum enim omnes hætenus sint æquales, pauculorum conciliabulum cæteris præiudicare non poterit. Deinde uocantur à Gallia, Anglia, Germania Coryphæi prædicantium, sine illis enim parum firma decreta opinantur,

O o o 4 impen-

*Nimia libertas duplex est seruus.*

*Expectata Synodus scuit, quid faciet regnas.*

*In multitudine nimius sumptus, in paucitate nulla auctoritas.*

*Principum exterorum sententias ferunt peregrini.*

*Locus Synodo non conuenit.*

*Stapula vini.*

*Synodus alias vrbes alias subij-*

impensas igitur numeroſo hoſpitiu exercitu creſcere eſt neceſſe. Tertio, non ſoli conuenient miniſtri, familiarum vxoreſq; trahant, oportet. Curenim, cum dono caſtitatis careant, ad Synodalem coelibatum adigantur? Prima igitur feſſione ſancient de adducendis, aut retinendis familiaribus. Quarto, Diurna erit Synodus, nam ſupra quinquaginta articuloſ controuerſoſ enumerant, cum autem haecenus ne vnum quidem decennio definiert, multoſ annoſ tam multoſ impendent. Sint igitur miniſtri Arminiani quingenti, totidem Gomaritiſtae, exteri ducenti, in vniuerſum 1200. ſint octingenti politici, & legati Provinciarum, nam & illi ſententiam dicent, ne miniſtri ſuperent. Verum malo pauciores ponere, ſint ſane trecenti. Vt totuſ numeruſ Synodaliſ ſit mille quingentorum, adde totidem vxoreſ, famuloſ, & ancillaſ, filioſ, & filiaſ, facile octona, vel nouena millia inueniet. Hiſ de hoſpitiu, victu, veſtitu proſpiciendum eſt; verum ita numeruſ contrahenduſ, quatuor duntaxat millia miniſtri cum ſiſ familiaribus efficiant. Sumptu tamen magno patriam grauabunt, faciliuſque erit dena peditu armatoru millia alere, quam miniſtroru praefertim exteroru, & vxoru lautitias inſtruere. Militu victuſ facili comeat via, doctoreſ illi ſericati, delicijſ aſſueti, aliaſ dapeſ expoſcunt. Nec decet Synodaleſ, & omnium miniſtroru primopiloſ nimia frugalitate caſtigari.

Sumptu in Synodum expendendo exercitus aliter poterit.

Sumptu vero illum grauem eſſe provincijſ feederatiſ nemo dubitabit, qui penitius rationeſ eoru conſiderariſ omnia n. haecenus conturbata fuerunt. Docet hoc Apologia Barneueltij, qui refert, cum ipſe ad officiu aduocati vocaretur, Collegia Magni, & provincialiſ conſilij, rationu praefectoſ, & Magiſtratuſ Haga eo fuiſſe erga Statuſ animo, vt voce ac ſcriptiſ in dubiu vocaret, eſſeſne etiamnum Statuſ Hollandia. & VVeſphriae reliqua tanta auctoritaſ, vt cenſuſ, & contributionu impoſitaru executionem facere poſſent. Pro mutuo accepto neceſſe fuiſſe quotoſ annuſ duodecim penſionu loco, & duobu pro proxeneticiſ pendere addit: Maiora multo erant reſiduiſ grauamina. Quam vero maiora fuerint, docet idem pag. 14. Ex quo tempore Rex Gallia cum rege Britanno, ac porro cum Hiſpano atque Archiducibuſ pacem iniiit, nouem poſtremiſ belli annuſ excreuerant debitoru & expenſaru grauamina, vt omne cenſuſ ac contributionu ponduſ (tameſi non mediocriter adaucta eſſent) 26. millionibuſ florenoru excederet: vltimi etiam duo anni parua admodu gloria, magnoque cum detrimento decurrerant, quin & maioru periculi reſtabat metuſ (duabuſ interim expeditionibuſ hoſtium vigilanti ſtudio amoliſ) eo, quod per idem tempuſ exteroꝝ ſubſidia, & minus certa, & cum maiore patrie onere coniuſta eſſent, quam antehac fuiſſent; & quod tantuſ grauaminibuſ incrementa ſumentibuſ, Statuſ patrie totiuſ tandem ad deſperationem redigenduſ videretur: quemadmodu triennio ante Senatoꝝ, & calculoꝝ praefectoſ monuerant. Ecce tanta fueꝝ grauamina, illa nunc in pace, aſſidentibuſ de Synodo conuocanda ciuitatibuſ aucta ſunt. Dum aliaru libertati aliaſ imminent, aliaſ ſuam libertatem, religionemque ciuilibuſ armuſ protegere, & tueri conantur. Interim & illaſ vrbeſ, quae nunc militem legunt, ne in Synodum conuocandam conſentire cogantur, multo difficiliuſ ad ſumptuſ praeftranduſ inducentur. Nam praedicantiuſ contentioneſ multo patientiuſ permittent, quam nummoſ pendant. Ne belluſ praedicantiuſ geratur, belluſ in Republica geritur, nec deſunt tamen, qui putent, ciuitateſ pecuniameſ non collaturuſ, vt decertare poſſint praedicanteſ, cum omnibuſ opibuſ eoruſ ſedere certamina conentur.

Hollandia ere alieno oppreſſa.

Discordia, dum celantur, ſanabileſ ſunt.

§. 24. Viceſima tertia ratio. Quaedam ſunt vulnera, quae ventuſ, aurameſ non ferunt, ita & haec mala Republicae patefacta medicinam reſpuunt. Synodus vera illa non modo facier notoria, ſed etiam

ſummo iure, & publice nota. Quo facto pudor nequitiae amittitur. Re & hoc agnouit callidiſſimuſ ſenex Oldenbarneueltiuſ, qui ſemper diſcordiaſ illaſ celare conatuſ eſt. Ex animo, in q. pag. 27. Apol. doluſ ob orta inter Remonſtranteſ & Contraremonſtranteſ diſſidia. Semper & omnibuſ moduſ laborauit, ne illa emanarent, aut in publicum erumperent. Procurato primuſ, vt praefidentibuſ diuerſiſ Eccleſiaſticuſ perſoniuſ, cauſa Arminii inſiſ apriuatouſ parieteſ examinaſ etur: quem in ſinem negotiuſ in domo Domini de Noortvryck p. m. tanquam Senioriſ Curatoruſ vniuerſitatiſ Leydenſiſ, habitum deſeruiſt, & deinde negotiuſ inſtitutuſ in ſummo Conſilio inter Gomarum & Arminiuſ Praefidibuſ Miniſtriſ diuerſaruſ Eccleſiaruſ vtriuſque partiſ. Ego neutraſ opinionuſ acceptaui, aut reſpui: cum intellexerim (conformiter ad ſapientem admoduſ inſtructionem & iteratum ſcriptuſ Regiſ Angliae) vtramque opinionuſ ſine praediſidio veritatuſ, in Chriſtiana charitate & vnione tollerari poſſe. Cauebo etiam, ne, qui haruſ tragediaꝝ auctoreſ ſint, iudicem. Sed malum potiſſimuſ ex Synodaliſ quodam Decreto prorupiſſe arbitror, quo Leydenſibuſ Theologiae profeſſoribuſ, & omnibuſ Praedicantiuſ praecceptuſ fuit, vt cum timore Dei aduertent ad ea, quae confeſſione Batauica & Caſtechiſmo Heydelbergentiſ contenta ſunt: & ſicubi quippiam dubitarent, id ſinguluſ annotatuſ ſuaſ ad Claſſeſ tranſmitterent. Cuiuſ deſcreti cauſam dederant omneſ prioreſ Eccleſiaſticae diſſentiaſ & controuerſiaſ, quae cum Caſpare Coolhaeſ, H. Herbariſ, Taco Sybrandiſ, Correlio VViggers, & aliuſ pluꝝibuſ de intellectu, ſenſu, & varia interpretatione quorundam punctoꝝ in ſupradictiſ duobuſ ſcriptiſ contentoꝝ (praefertim Praedeſtinationiſ Diuinae) originem traxerant: & quod propterea anno 1597. V. Ampl. Pot. intellexerant, Confeſſionem in Synodaliſ congregatione reuidentem & corrigentem. Nam poſtquam Commiſſarij veſtri voſ de praedictiſ Synodaliſ Decreto iam certioreſ feciſſent, iudiciaſ, non expedire, vt dubia Profeſſoꝝ, & Praedicantiuſ reſpectuſ eoruſ claſſibuſ traderentur; metuentes, ne ſic inter Theologanteſ ingeſ diſſenſionuſ ſlamma ſuſcitaretur. Ex quo maniſeſtiſſimuſ, & ordineſ, & Barneueltiuſ hoc egiſſe, vt tegeter illa probra, nunciſgitur aperiri profundiuſ, & oſtendari alienuſ eſt ab vtilitate publica.

§. 25. Viceſima quarta ratio. Nec modo controuerſiaſ, & erroꝝ, ſed ſeclera ipſa noſtroꝝ miniſtroꝝ per ora hominuſ traducentur; exemplo ſunt Greuinchouiuſ, & Adrianuſ Smoutiuſ, qui vel ſunt taleſ, qualeſ ſe mutuo deſcribit; hoc eſt, omnium bipeduſ nequiſſimi; vel non ſunt taleſ; & ſic neceſſe eſt omnium calumniatoꝝ eſſe peſſimoſ. Quem vero in Synodum vocare poterimuſ, de quo non atrociora dicantur? Quid aliud erit illa Synodus, quam τὰν κερὰν ἀπὸ τοῦ 7092, hoc eſt, eoruſ hominuſ, quoruſ pudere provinciam merito debeat.

Numquam eſt Synodiſ vtilitaſ, cum ante conſtat deſiniſio.

§. 26. Viceſima quinta ratio. Dubiuſ eſt Synodicae diſputationiſ euentuſ, aut certuſ. Si certo praedefinituſ eſt, quod definienduſ eſt, ſi praetituſ eſt iudiciuſ ſententiſ, fruſtra orbis Caluinianuſ in ſe commouetur. Si incertuſ, cur non timent, ne contra Rigidoſ, Amſtelodameſeſ, atque excellentiſſimuſ Auricae Principem ſententia feratur? Quod ſi fiat, quiſ non animaduertat, auctoritateſ eiuſ deiectum iri: & viruſ magnanimum contumeliam minime latituruſ.

Cur Concilijſ ſequerentur.

§. 27. Viceſima ſexta ratio. Peraſta feliciter Synodo mox contra iudicia, ſcriptioneſ, famoſiſ libelliſ, & in rem & in perſonaſ proferentur. Omneſ in ea aliquid, multi multa, nonnulli omnia improbabunt. Iracundia partiū ſic accendetur. Si voceſ liberae ſupprimantur, ex occulto virulentiuſ mordebunt. Exempluſ ſunt in Germania, quae poſt colloquia omnia Lutheranoꝝ inter ſe, & eoruſdem cum Caluinianuſ nouo paroxyſmo tentata eſt, & belluſ redintegranit.

Post Synodum bella redintegranit.

§. 28. Viceſima ſeptima ratio. Norma diſputandi ex eoruſ legibuſ ſunt biblia, nulla vero ſunt authentica,

Cur Concilijſ ſequerentur. Matt. Hoer. non p. Concilijſ iniri. Calu.

Hebraea, & Graeca lingua imperia Synodum impedit.

Ita blasphemant illi.

tica, nisi hebraea in vetere, graeca in nouo testamento. Caeterae versiones auctoritatem humanam habent, vt illi sentiunt. Sola igitur Hebraea & Graeca lingua in illa Synodo vsurpanda est, omniaque ad illam normam examinanda. At vnde inter illos tot Hebraei & Graeci? Tot, inquam, doctissimi, quibus certo constet, se illas linguas ita percillere, vt interpretandi errorem a se abesse sciant?

§. 29. Vicesima octaua ratio. Statuamus tamen in natione Belgica tot Hebraice, Graecaeque doctissimos esse, quis negat, Magistratum leges ad conscientias pertinere. Venient ex Anglia, qui Episcopos reducant, hoc est, vt Puritani iudicant, sceleratam Antichristi scalam exstruant. Haec portenta dicent Belgae.

§. 30. Vicesima nona ratio. Quin nonnulli eorum vt Caluinus, vt Voistius, in ipsis biblijs hebraeis errores, & mendacia inuenerunt. Adeo vt hoc fundamento subruo, tota moles caesa sit.

§. 31. Trigesima ratio. Venient ex Gallia, vt Scharpius, qui negat, Magistratum leges ad conscientias pertinere. Venient ex Anglia, qui Episcopos reducant, hoc est, vt Puritani iudicant, sceleratam Antichristi scalam exstruant. Haec portenta dicent Belgae.

§. 32. Trigesima prima ratio. Si Synodales iuramento, quo suis opinionibus obligati sunt, placet solui, idem ius tribuendum est omnibus ministris, alioqui Synodo obtemperare non tenebuntur. Timendum vero, ne ea res ad milites, atque adeo Magistratus etiam pertineat.

§. 33. Trigesima secunda ratio. Quamquam status Generales, principesque in Synodo constituenda adlaborent, nihil tamen vnquam inuitis praedicantibus conficietur. Inuitis canibus venari difficile esse nostrates recte dicunt. At inuitis omnibus Arminianis, hoc est, dimidia parte, sed doctiore parte Synodus instituitur; inuiti venient, ideoque tardi, omnia molientur, vt re imperfecta discedant. Et quam hoc facile est. De conditionibus & legibus disputabunt, excipient, protestabuntur. Si ad quaestiones responsio quaratur, dilationes iterum, iterumque postulabunt, valetudinem alij, occupationes nonnulli praerudent, multi propter nuptias dicent se non posse disputare, vt factum refert Greuinchhouius. Summa est, non potest esse Synodus, vbi dimidia pars non vult esse Synodus; violentia fortassis adhibebitur, & adesse cogentur. Vim depellere nequibunt, sed inutilis ea fuerit praesentia, nam ad disputandum, respondendumque adigi non poterunt, nisi volentes, nisi alacres. Synodus ergo esse non potest, nec ex ea concordia.

CAPVT XL.

Formam Concilij ad pacem faciendam collecti oportere sumi ex veteri Ecclesiae consuetudine.

Cur vetera Concilia sequenda.

Matthias Haë docet non posse Concilium iniri cum Caluinistis.

§. 1. Concilium ad pacem inchoandam ac stabilendam vtile esse docui, nec aduersarij repugnant. Non posse etiam Concilium haeticorum colligi, & cum vtilitate haberi libro alio demonstravi, & si parum firma mea argumenta arbitrantur: Ecce, cessent verba, & scribentium discursus, rem ipsam dent. hic Rhodus est, hic saltem. Synodum Caluinolutheranam, aut Rigidomollem colligant, & rursus rursus orae experientia refutent. Quod si non possunt Generale, at Nationale saltem. Dum fecerint, fieri posse negabimus, nec immerito, quia velle se dicunt, & hanc commodissimam viam fatentur, alias vias reiciunt, vt supra ex scripto Hollandorum ostendi. Si igitur opus est Concilio, nec ex nouitijs

doctoribus colligi potest, quid dubitamus Concilia vetera, eorumque formam, & auctoritatem adsciscere, ne tanta vtilitate, quam vtrinq; fatemur, ne ipsa pace priuemur: Tantumne in animo cuiusquam sancta & orthodoxa antiquitatis odium parere potuit haesis, vt ne remedia quidem, & beneficia ab illa accipere consentiat? An ignoramus agrorum desperatissimos esse eos, qui aduersum remedia sunt contumaces? & sincere medentium manus arbitrantur inimicas? Absit a Christiano pectore ea durities, vt pacem nolit, absit ea caecitas, vt incunda pacis aditum sibi ipsi pracludat.

§. 2. Quid igitur? an mihi per has ambages Concilium Tridentinum suadebis? Vellem equidem, sed vereor vt persuadeam, non quo veritas testimonio suo destituta sit, quam Concilium illud illustrauit, sed quia odio personarum, veritatem ab illis non facile accipies, nondum enim vulnera, quae Sycophantae, Concilij calumniatores fecere, sanata sunt. Itaque olim quidem istius tibi Concilij gratiam feci, forte sponte illud si cognoueris, amplecteris.

Mihi in hac religionum pugna & iactatione fieri videtur, quod in medicina: permulti namque fastidio veterum remediorum, & inani spe meliorum agyras, & impostores circosforaneos cupidissime audiunt, interdum illis vitam, & sanitatem, pollicitationibus inducunt, committunt. Et dum noua pro veris admittantur, rei, & valetudinis iacturam faciunt, qui cum sese proprio periculo, aliorum irrisu, alienae temeritati in suo corpore experiunda artis potestate dedisse sentiunt, ad veteres se medicos, Hippocraticos & Galenianos referunt, probatis enim sine discrimine vt malunt, quam de nouis iterum, atque incertis periclitari. Iam longo tempore a prisca animarum medela, a solito pabulo, clamoribus suis rerum nouarum nundinatores magnam hominum partem auocarunt. Alio Lutherus, alio Caluinus, & in parte Lutheri sectae multiplices, Osiander, Maior, Flaccus, Vbiquitarum ceteri, Anomi, Anabaptista, nec vnus illi commatis, etsi omnes, mali, vocant. In parte vero Calu. Molles, & Rigidi, Libertini Anglopapista, Puritani. Omnes salutem, vitam, sanitatem, & montes felicitatum, & quidem absque labore promittunt, omnibus circosforaneis impudentiores, at fallos se, fero homines creduli, & leues experiuntur, nec plerisque ad reditum deest quicquam nisi vulnere agnoscentorum, & detegendorum pudor. Omnia indices mutari non vident tantum, sed etiam palpant. Cur non igitur vetera consulunt, aut saltem aspicere dignantur? cur noua sectantur, a suis auctoribus damnata?

Dordrechtana contra omnes Synodales fuit.

Leuitas non refertur.

Qualia Concilia.

§. 3. Concilium igitur generale sit, qualia prima illa fuisse, etiam aduersarij concedunt, & sequentia fuisse nos docemus. Nempe in quo iudices sedent Orthodoxi, & quorum iam est fidei possessio, & contra eos, qui inuitata dogmata inuehant, longa praescriptio, nouitas enim probari debet, non autem iudicare vetustatem, & iuris indubitati est, possessorem suo privilegio frui, nec ad probationem adigi: quamquam & hoc praestant Concilia, veterisque fidei possessionem contra profanas nouitates asserunt. Cur enim in Nicano sedeat iudex Arius, in sequentibus vero Eutyches, Nestorius, alij? Cur hoc tempore Libertini, Ariani, Sociniani, Anabaptista, & quidem eodem iure, numero, & merito dicendarum sententiarum? An illi in Spiritu sancto conuenient, qui Spiritum sanctum tota inferorum panoplia oppugnant?

§. 4. Secundo. Sit in Concilio, nec pars Ecclesiae, nec corpus sine capite, sed in senatu suo tota representetur Ecclesia, nec vel pars contra totum conspiciat, vel absque primariae sedis Antistite causa iudicetur.

tur,

tur, quod nefas esse olim agnouit Augustinus, & ad Melchiam Pontificem perscriptit.

§.5. Tertio. Concilium definiat, non quid de nouo credendum, nec articulos definiat, sed veteres clarius explicet, scripturæ sensum tradat, & de quo dubitatur certum efficiat. Hoc enim munus illius est, nouitatibus ire obuiam, & vetera firmare.

§.6. Quarto. In rebus quæ ad fidem pertinent, Concilium habeat suffragium, cui nemini resistere liceat, adeoque extra Ecclesiam censeatur, qui superbiens noluerit sacerdotum obedire imperio.

§.7. Quinto. Libera sint, non infamata principum violentia, nec serua & obnoxia Magistratibus, ut non modo liberæ sint sententiæ, nec dicenda præferibat secularis potestas, sed nec libertatis pœna vlla timeatur, nec tale moderamen penes principes sit, ut caput rei ad ipsorum tandem arbitrium relabatur.

§.8. Sexto. Reorum causæ prudenter, suauiter, cum caritate, & sinceritate cognoscantur, nec vilo modo, cuius hæresis nota est, iudex sedeat, is enim sententiam iudicandam excipere debet.

§.9. Septimo. Omnium Conciliorum præcedentium Generalium, & approbatorum decreta tueantur.

§.10. Octauo. Sanctæ consuetudines præcæ, iuniorum, penitentia pro recepto more seruentur.

Alia Conciliorum ratio iniri non potest, si enim, ut in suo Concilio Pareus facit, omnes hæreses ad iudicandum admittamus, non video quam Concilij speciem teneamus, cum reos omnes in tribunali collocemus, nec iudicio auctoritatem, nec sententijs veritatem permittamus.

## C A P V T X L I.

### *Rationes esse graues cur Catholici, non aduersarij Concilium probent.*

§.1. **A**ppellare eos ad Concilium liberum, pium, Generale iam frequenter audiuimus, reuera Concilium nolle multis ex rebus manifestum est, è contrario nobis Concilium est optabile.

*Lucem fugiunt.*

Caluiniani, & ceteri sectariorum in angulis loquacissimi in luce publica, & cœtu vniuersali necessario obmutescunt, & lucem perosi sese in lustra sua abdent, neque enim defendere sua valebunt, si aperte loquantur, neque solitis obscuritatibus & ambigujs verborum labyrinthis errores inuoluerent in tanto eruditorum cœtu facultas erit. Hactenus id strenue egerunt, ut in Colloquio Wormaciensi, atque alibi: adeo ut ipsi etiam Caluino intolerabilis visa fuerit Buceri, & Melanchthonis in fallacibus articulis fingendis vafrities. Quam insigniter vero deceperint discipulos suos in Gallia Caluinista libro de Synodo, & vnioue Euangelicorum, ostendi: Primarius enim vit Baro Cleruanus in vno solo articulo suos, & Lutheranos dissidere putabat, idque ipse Pareus profiteretur, quod quam luculentum sit mendacium, docui priore libro. Quid igitur in Concilio spei habent, qui ne apud suos quidem initiatos, palam omnia idoli sui mysteria pandere sunt ausi? Iudicium vniuersorum necesse est ut fugiant, qui discipulos doctrinæ suæ confcios reformidant. Nostra doctrina non modo totius orbis Christiani clara in luce refulget, sed veteri Ecclesiæ cognita fuit, ad Orientem atque Occidentem radios lucis suæ explicat, & quia nihil habet pudendum, nulla parte sui celatur.

§.2. Victoriæ sperare, aut Concilio Generali,

pio, libero probare doctrinam suam illi non poterunt, qui nulli vnquam Concilio particulari satisfecerunt. Horridam sententiam Caluinistæ rigidi ne suis quidem collegis, Symmictis, & fratribus persuadent, multo minus Synodo Generali, pio, & libero fidem faciunt, mentem illam esse Spiritus sancti, cum præiudicio fratrum suorum grauati causam dicturi sint, atque examinandi, sintne Manichæi, & Borboritæ? harum enim non aquare modo, sed superare insaniam Rigidorum arbitrantur Molles. Par est ratio Lutheranarum partium, & particularium. Venient Vbiquitarij seorsum, alia parte Flacciani, deinde Maioristæ, & Osiandri, & suorum ciuium prædamnatione ignominiaque notati, solo conspectu de damnatis intelligent. Neque enim videbunt secum facientem vllum Iudicem, nisi ex sua paucitate Vbiquitarium, Flaccianum, Maioristam, Osiandricum. Non distulauit suorum ab omni orbe venientium diffensionem Langrauius Hassiæ anno 1546. Spiræ in congressu cum Carolo Cæsare. Equidem, inquit, in Concilio non multum habeo positum spei. Sed provincia Germania conuentum arbitror futurum non inuilem: Nam sententijs atque dogmate, nimium adhuc à nobis reliqui populi dissident; In Germania vero sic est comparatum, eoque res deuenit, ut mutari non possit: Nihil ergo potius est, aut præstabilius, quam ut liberam permittas in eâ religionem, sic tamen ut pacem omnes colant. Idem deinde apud Granuellanum repetit, plane ingenuè, & ut decebat principem, fateretur quoniam Itali, Galli, Hispani, tantopere à Germanorum dogmate dissident, Generalis, vel ut vocant, æcumenici Concilij non magnum vsum futurum esse. Quis igitur nunc futurus est vltus in commodum alicuius sectæ singularis, cum vniciue sectiuncula non modo Catholica vniuersitas & consensus constante veritate obstat, sed decem aliæ potentiores, aut non multo inferiores sectæ inimicissimè eam oppugnent?

*Spem victoriæ in Concilio habent Catholici non aduersarij.*

*Sleid. li. 13.*

§.3. Concilium optamus, quia eius sententia, non modo religionis antiquæ integritate restituendam arbitramur, sed ablata etiam occasione religionis, redhibenda, saltem ex parte, speramus. Auctores enim sunt Catholici, repetendarum postulant aduersarios, Concilio si causa definiatur, nihil difficultatem maiorem adferet, quam nullo iure parta, possessa, dilapidata reddere. Non igitur difficile est æstimare, quinam iudicium reformident, qui in eo præsidium collocent: Et acta si legantur, inueniemus quorum calamitates executionem, & ius postularint, quorum rapacitates comperendinationem, & dilationem, ac tandem actionum intentatarum abolitionem, precibus, rationibus, minis, armis exegerint.

*Timent ne reddere ablata recantentur prædicantes.*

§.4. Faciamus ita esse ut ipsi volunt, sit Concilium generale, pium, liberum, sed Generalitate Gebennensi, pietate Zwingliana, libertate Libertina. Sit inquam Concilium ex Caluinistarum præfectis, qui cunctos Mithræ Gebennensis labores & probratolerant. Sanctum sit, quicquid hactenus in Caluino damnatum est. Ne hoc quidem Concilium vlla de causa, nisi veritatis amore, nobis est formidandum. Si enim vincant illi, si apud illos stet veritas, non est nostra deterior futura conditio, quam illorum, multo vero melior, si vitæ commoda spectemus, quam quæ nunc vtimur. Nunc enim in timore & tremore seruiamus Deo, persequerantia nostra incerti, in diuino tamen beneplacito certam spem collocamus, at vero si ad eos traducamur, omnis anxietas, dubitatio, tristitia præcui in mare creticum rapidis subblata notis abibit. Nos beatissimos, securissimos, omnium post hanc vitam pœnarum immunissimos, fiducia noua præstabit. Felices errore nostro ad tempus degemus, quos nec leti merus, nec iudicij diuini, ne inferorum vel leuiter stringet. Quam multi quos nunc

*Quæ futura nostra conditio simiamur.*

in officio metus continet, ruptis repagulis in omnia facinorosa ruent? Atque vt vere se Caluianos probent, inter rapinas, caedes, libidines exclamabunt. *Scio me iustum esse, iustitiam perdere non posse. Damnationis esse liberum. Nulla, nulla crimina me caelo prohibent.*

Alij sibi gratulabuntur, confessionis, ieiuniorum, cœlibatus, eleemosynarum, omniumque operum se molestia immunes, cur enim bona opera, peccata mortalia faciant? Quid deinde peccata timeant, cum eorum & culpa & pœna tollatur, si coram Deo dicant in corde suo *iustus sum, iustitiam amittere non possum.* Imo antequam hæc dicant. Iusti effecti sunt, quia semel crediderunt, quasi ad *εἰσπορευόντων* impenetrabili communierunt animum, vt omnia vitiorum venena sine noxa combibere possint. Hanc doctrinam tam carni gratam, tam atheis blandam, tam omnibus vitiis illecebrosam, Concilium Caluinitice pium proponet, nos si Antichristiani sumus, si omnibus flagitijs cooperiti, vt ipsi nos apud imperitios rerum criminantur, eam promptissime amplecti conuenit, cur enim doctores tam blandientes nostris cupiditatibus non audiremus? Si delicias quarimus, cur non per ipsas suauitates, & quidem sine metu aberrandi in cœlum volamus? Quid nos detinet, quo minus hanc in sectam concedamus? Hoc solum, quia aduersa veritati, moribus exitiosa. Itaque nobis Concilium in vtramque partem optandum, nullam ob causam metuendum est: si vincimus, merito de fidei sinceritate per diuinam in nobis virtutem inter has lites custoditam, quam maximas, quam submississimas gratias agemus. Si vincimur, nullum erit, vt ille clamabat: *Væ victis.* Quid enim victores imperabant victis? Viuite securi, lasciuite in rosa, perire vos non posse credite. Vtinam non multi sint, qui sic vinci malint quam vincere, quandoquidem & nunc multi vincuntur illecebris, quia volunt.

Non igitur causa vlla est, cur Concilium Generale etiam purum putum Caluiniticum metuamus. Decretum Synodale erit, non quale de Nicea, vel Epheso austeri patres, stigmata Christi corporibus suis deferentes, ediderunt, sed quale de hortis Epicuri Aristippus aliquis supina ceruice, languidula voce dictaret. Quanquam non credo delicatulos illos & politulos *ἡμῶν* tantum operæ sumpturos vt nouos Canones conferbant, sed ea quæ iam scripta sunt, approbaturus. Habent librum Ott. Casmanni deliciosissimo titulo blandientem, inscribitur enim; **PULVINAR SECVRITATIS CHRISTIANÆ.** Iure optimo ac merito. Omnibus enim Christianis securitate beatitudinis supremam imperat, quam nulla opera bona iuuent, nulla facinora minuunt. Hoc puluinari suffertos omnes de Concilio dimittent, nec dicent illud solitum: *Ite in pace.* Sed; *Hoc puluinari dormite securi.*

§. 5. Concilium prudenter desiderare non possunt, qui eius nullam vtilitatem agnoscent, aut exiguam adeo ac dilutam, vt labori atque impendiis non respondeat. Quæstionem hanc proponit Matthias Hoe Electoralis archiprædicans atlicus, & inania concilia existimat, nam *& scripturæ præiudicium adferri, & Caluinitas nolle se sententia Synodi subdere, aut decretis obligari, sed eadem, quæ ante velle libertate docendi in munere suo fungi.* Hinc recte suo sentia argumentatur. Si igitur instrui, & doceri reculant, quid opus Concilio? Plane si Concilium non minus errare potest, quam singuli, non deest exceptio. Omnis enim auctoritas euanida est, si analogiæ fidei Caluiniticæ nõ est attemperata. Nos vero Concilij Generalibus auctoritatem infallibilem tribuimus, nobis igitur proficiunt.

§. 6. Nobis omnia hæctenus Concilia generalia

recte, & ex animi sententiâ celsere; nullo enim Concilio nostra doctrina damnata est, omnibus in controuersijs pro nobis iudicatum est, aduersarij omnium Conciliorum præiudicio causam amiserunt, non iniuriâ igitur toties iccti in veteribus hæresiar-chis aciem illam iudiciorum euitare laborant, & veluti infames scopulos, vbi exuuias de maiorum suorum naufragio natate cernunt, Synodos exhorrent. Quicquid ergo de Concilij cogendis prætexunt, inane est, neque enim aliud quam effugium, & corrumpendis populorum animis opportunitatē quarunt. Si enim nouum ex animo Concilium postulant, cur vetera contemnunt?

§. 7. Solent quidem audacter nobis illi obicere, nos Concilium pium, & liberum refugere, ne errores nostri, abusus, & scandala patefiant. Ita sanè homines acuti arbitrantur, liberos se fore, si ante occupent accusationem, & sua mala in alios deriuent. Nam quod de erroribus calumniatur, nullius erroris nobis conscij sumus, nec modo secuti, sed læti etiam ad hanc partem causæ accedimus, sine sanguine & puluere victores euaturi. Quos enim illi velut errores nobis imputant, dogmata sunt Martyrum sanctorum, Episcoporum, qui olim in Ecclesijs floruerunt, Concilij præcederunt, atque ipsorum Apostolorum, inter hos ergo reos stabimus, & de Magistris nostris illis antiquissimis sententiam audiemus. Imo coram paucis totus Christianus orbis stabit reus. Si ex aduersariorum sententiâ res agetur.

*Plerosque offendit, inquit Caluinus de scandalis quod totum fere mundum nobis aduersum esse vident. Nec vero sibi desunt male causæ patroni, quin rudes, & infirmos huiusmodi machina percellunt. Valde absurdum esse, vt paucis hominibus habeatur fides, totum Christianum fere orbem negligi. Præcipue autem ad nos proterendos sacro Ecclesiæ titulo, quasi malle se muniunt.*

Bene nouit Catholicos, sic plane obijcimus, & Caluinus dicere pergitur, nec exemplo quod contra nos adducit mouemur, cum se & suos familiæ Noë comparat. *Quantum ad nos attinet inquit, si vnus Noach cunctos seculi sui homines sua fide damnauit, non est, quod magna incredulorum turba nos de gradu moueat.* At nondum se Noah probauit, nondum arcam exiit uixit, ex qua totum Christianum orbem vt incredulorum turbam diluuii destinet, etsi præsens turba Christianorum, quæ nunc æuum non ex Caluini legibus agit, tota illi exitio nata videtur. An & olim vita functos eodem Cataclysmo inuoluit? Errores igitur quos calumniosè, maleuolentissimeque nobis imponunt, totius mundi sunt, quæ Christianus est, vt ipse noster Nouus Noah edixit. Ego vero ne ipsis quidem erroribus & blasphemis Caluini tolerabile iudico. Sedere pro tribunali stigmatiam Caluinum, aspicere factis suis & versibus infamem Bezam, stare sordidatos Cyprianum, Augustinum, Basilium, Nazianz. totamque optimatum veteris Ecclesiæ nationem, & iudicium Sodomiticorū ora tremere, ad palinodiam cogi, idololatriæ & grauium errorū damnari. Si tamen inuerso rerum statu ista contingant, multo præstabilius est, in ordine reorum innocentissimorum nos iacere, quam tam iniquorum iudiciorum esse consortes. Non est igitur metuenda illa errorum nostrorum in Concilio patefactio. Aduersarij vero quo se vertat nihil habent. Nili hoc contumaciæ latibulum: *Se vt olim Noah fide sua gregem incredulorum Pontificiorum, Patrum, Martyrum damnare.* Etsi enim palam & exerte Martyres non damnent, cum tamen eorum fidem in nobis damnant, persequantur scriptis, ferro, & igne, nõ potest eorum iudicium esse mitius in Magistros, quam in discipulos.

De abusus & scandalis non est quod Concilium timeamus, cum nemo abusus, & scandala probet,

Concilium damnati sunt sectarii.

Abusus & errores non faciunt nos Concilium timere.

Caluinus totum mundum damnatum dicit.

Pulvinar securitatis Christianæ.

Inutile Concilium putant Sectarii.

probet, etiam illi qui scandalo sunt, omnino seueritatem Concilij in remouendis scandalis omnes orthodoxi imploramus, & à Concilio Tridentino, vbi eius observatio in vigore est, omnia pene scandala sublata sunt. Plurimum possunt scandala; sed apud rudes & infirmos, ceteri norunt prædictum esse à Christo; fore in Ecclesia scandala, ideo propter scandala ab Ecclesia non recedunt, quæ fore in Ecclesia didicerunt. Nullum igitur abusum, nullum scandalum excusamus. Si tamen grandia, & ex doctrina ipsa enata scandala videre desideras, Calvinitas adi, inuenies doctrinæ ipsorum confectaria esse axiomata Libertinorum, inuenies mores, quales erant Manichæorum, & Borboritarum, & teste ipso Caluino vix decimum quemque sincerum. Plerosque olim à veritate fidei doctores falsi auertebant exagitatione tragice clerici vitij, & occasionem dabat nonnullorum vita. Verum subito est elapsa è manibus illa accusatio, cum inter Calvinianos plura, maiora, atrociora scelera ex ipsa fide, sine metu amittenda iustitiæ, & incurrendæ damnationis admitterentur. Itaque hæc considerans Caluinus librum de scandalis conscripsit, in quo causam scelerum agit, & ostendit Euangelio semper illa hæere. Quæ vero scandala ipse in suis agnoscat videamus. Scandalorum molem oppositam, Calvinismum ingressuris, ex ipso auctore eius opponamus.

Scandala  
Caluinismi

Primo cum Euangelij professio longe lateque in Germania regnaret, timuisse se ait triumphale hoc Euangelium, quod ad insolentiam suos efferret. Pergit deinde. Nisi profana licentia dominus mature obuiam iuisset, maribus suis temporis successu propemodum incurabilis. Nulla doctrinæ, pijsque monitionibus fuisse auctoritas. Medio crement disciplinam, qui nondum admittere sustinuerat, iugum omne, non secus ac indomita bellua, violente impetu rupissent. Sentit igitur Caluinus de Euangelio, & Euangelicis abiectionissime, scilicet nisi metu, & pœnis constringantur fore indomitas belluas. Ecce tibi: quæ facta Euangelicorum illi perfecta censet, ex quibus is qui eos genuit, qui in sanguinem suum clemens est, tam atrociter de futuris coniectat? Qualia erant hominum illa scelera, quæ nisi malis coacti deseruissent, iam in belluarum indomitarum mores, ingeniumque migrassent, & tu hic mihi Catholicorum scandala ingeres, quem solus gladij metus à belluis separat? qui quod humanam naturam nondum per flagitia exuisti, hosti debes, & carnifici. Secundo fatetur Euangelio seditiones concitatas esse, iustorum tamen in speciem scandali causam esse, quod simul ac publicari capit Euangelij doctrina: velut aperta scaturigine, multorum erupit impietas, qui religiosi antea vis fuerant. Negat Euangelium causam esse, & credo. Sed doctrinam illam quam supra ex ipso proposui, causam esse quis negauerit? Quid mirum licentiosissimam esse vitam illorum, quibus peccantibus puluina securitatis subternitur?

Scandala  
Caluinismi

Deinde cum vere & seuerè dixisset: Sed hoc plus quàm sacrilega impietas, Euangelio ad scelerum pretextum abuti. Subiungit. Loquor de artificio iam vulgari, quo se per sidi & nequam homines, ad fallendum, fraudandum, modisque omnibus nocendum insinuant. De suis autem ministris loquitur, qui ministerij dignitatem extollunt plenis buccis, ipse vero vulgi miratur parientiam, quod non eos luto & stercorebus mulieres, & pueri operiant. Tales igitur iam tum Caluini supercilium socios prædicantes, tam incaute turpes ferre cogebatur. Eorum nonnullos autem queritur, virtutum odio, suis per a que, & aliorum vitij libenter indulgere. Atque hæc scandala ex ipsis fontibus & primipilis Caluinismi, quid vero populus? Populus ille suorum concionatorum contemptor, an ille melior? Dic Caluine, dicamabo te.

Populus  
Caluinia-

Populus autem ut gratiam referat, eos amat solos, amplectitur, fouet: atque ut suis delictis patronos habeat, suo patrocini-

cinio tueretur. Parumne scandalum est, vbi soli improbi doctores amantur à populo, ut vitij patronos habeat? Sic sane Sodomitæ & Gomorrhæi, sic Lemnii, qui proterbio locum fecerunt immanitate scelerum, nequitia doctores amplecterentur, si viuerent. Agnosce lector, cur doctores Catholicos oderit populus Caluinianus, quia solos amat scelerum patronos.

nus solos  
improbos  
amat.

Fortè speciatim heroica aut heroicis insigniora facta prædicantia aues cognoscere. Dabo ex Caluino. Alii benigne hospitio excepti, vel furto onusti clam abeunt, vel alio modo hospites defraudant: vel sollicitant ad stuprum ancillas, ac interdum etiam vxores tentare audent. Alii ad captandum miri artifices, nudatos relinquunt, quibus aureos montes pollicebantur. Alii in mutuo fallunt: alii abnuunt depositum. Alii in societate per sidi. Alii quam elemosine nomine pecuniam, à bonis frugique hominibus abstulerunt, vel in fortationem consumunt, vel in aleam, vel in profusos alios luxus. Alii quod ad inuandam eorum industriam, mutuo datum fuerat, audacter in otio beluuntur. Atque ad hæc flagitia nonnulli socias habent vxores. Alii sacrosanctum coniugij vinculum, deceptis vxoribus & abiectis liberis, violare non dubitant. Plura sunt eiusmodi facinorum exempla, quam quibus recitandi breuis Catalogus sufficiat. Plurima certo credo in illo Catalogo, quem accuratissimus cognitor Deus consignauit, supra omnia tamen est, hos tales à populo solos amari, in amplexu esse, foueri, patrociniò defendi, ut sint vicissim vitiorum patroni. Sed hoc tam è ipsi uincitur alio crimine: Cum enim hæc omnia fecerint, certissima, infallibilissima fiducia credunt, se iustos esse, non posse hac fide, & iustitiæ certitudine excidere, quod ego nec Sodomitas, nec Chananaeos reliquos credidisse credo. Nunc ite, & veteris Ecclesiæ scandala sparsim colligite, & accusationem in Concilio meditamini.

Facinorum  
Caluinianorum  
Catalogus.

§. 8. Quam tandem Concilio rationem reddent quotidianarum Euangelij cauponationum, & quasi in tabula depictam inconstantiam, quod nuper erat in Germania verbum Spiritus sancti, nunc sunt præstigia fatanæ, mutantur in diem in die sacra, & pro voluntate principum est religio momentanea. Nihil se credere aiunt, nisi quod scripturis expressum est, & aliter atque aliter credunt in diem. Singuli suæ credulitatis sunt auctores, suæ opinionis inuentiones, ideoque instabiles. De Germanis Caluinus lib. de Scandalis. Magnifice omnes Euangelium sub vmbra iactabant, (in Germania ante bellum) Primas in multis locis tenebant scelerati hypocrita. An Saxonem, Hassium, Wirtembergicum intelligit? Post cladem vero acceptam, primo ad Danubium, deinde ad Albim, quidam magni nominis principes proutini exanimati, nobiles, respública, metu nescio quo antonite, sponse coniderunt.

Mutabilis  
religio-  
nis.

Accusatio illa in Lantgrauum, Wirteburgicum, Vlmenfes, Argentoratenses, Francofurtenses cuditur, aliaque vires, quas Melanchthon ab ignanis principibus proditas esse affirmat. Hic se plusquam effemmatam molliem, imo per sidi ignauiam aperte prodidit. Impias & sacrilegas à Christo distinctiones intra biennium in natione vna plures vidimus, quam narrent omnium temporum, gentiumque historia. At ille laudabiles erant multorum, ad Catholicam regressiones, conuersionesque, secuta sunt deinde plures ad Caluinismum, atque alias sectas defectiones. Sifallo. Vna non dico Republica, aut ciuitas, aut Ecclesiola ostendatur, sed vna anima, quæ cum primæna Augustana confessione in omnibus conueniat. Nullam dabunt: hæteon enim est nūquam stare, semper ruere, atque impetu frangi, diuidique in nouas sectas, donec non modo omnis religio, sed nomen etiam religionis euanescat.

§. 9. Aliquot controuersiarum exempla l. de pace Germaniæ protuli, de multis pauca, testes etiam ex omni genere excitauit, de viuacitate Christianita-

Quale  
calum col-  
lectum?

ratis paucos, sed ex quibus de Orthodoxo consensu confiter, imo ita multos, ut si quis plures ad Concilium Generale, sanctiores ad Concilium pium, constantiores & doctiores ad Concilium liberum potuler, medico, non doctore opus habere videatur. Nondum autem causam tam bonam, tam euidenter victricem desero, tam inuictam aduersariorum iudicio iterumque, iterumque inculco, pudet illos sue paucitatis, cum enim aduersus illos ago, cum particula alicuius sectæ seorsum ago, quid illa, v.g. Vbi-quitaria, vel Maioristica, vel Osiandrica, vel Illyrica-na contra tot legionum centurias, quibus veritas pugnat, vincit, triumphat, efficere queat? Quid enim præsidij in castris fugitiuorum esse potest, contra tot exercitios fortes, & bonæ causæ propugnatores? Quid obtendere poterit spuria nouitas, contra legitimi iuris & possessionis vetustatem? Scio veterem Patriarcharum tuorum, ô Nouator, responzionem. *Scripturâ vos vincere.*

§.10. At nihil efficit illa tergiuersatio, nec effugit speciem haberet, si in vnam interpretationem, possetis ad tempus aliquod conspirare, nunc non rem modo, sed vmbra etiam falsitas amisit, postquam instabili rotatu probata mutauit, & noua condidit. Dicenim amabo te, quo ingenio, inter tot opiniones legentium, vertentium, interpretantium, tu ista intelligis? de quâ sectiunculâ errorem tuum incuras? Respondebis quod Honoratus Augustino: *Cum legerem per me ipse cognoui.* Non respondebo tibi, quod respondebat Augustinus Honorato. Sed quâdoquidem tu ita vis, tuo de te iudicio frueri. Certe mihi irasci non debes, si tibi ego non credo, si tot millibus te non præferam. Nam quod tu vno ex angulo clamas, id omnes sectæ è dimisso de se profitentur. Ita etiam olim fecerunt. Testis est Lyrinenfis cap. 37. libri de profanis hereticorum nouitatibus. *At si quis, inquit, interrogaret quempiam hereticorum sibi alia persuadentem. Vnde probas? vnde doces, quod Ecclesia Catholica vniuersalem & antiquam fidem dimittere debeam? statim ille: Scriptum est enim. Et continuò mille testimonia, mille exempla, mille auctoritates parat, de lege, de Psalmis, de Apostolis, de Prophetis, quibus nouo, & malo more interpretaris, ex arce Catholica in heresem baratrum infelix anima precipitetur. Hoc igitur te gradu, quo securus infistis, facili conatu deijcio.*

Vtenim te solum recte scripturæ sensum percipere, cæteros omnes falli credam, aut sane non refellam, quid de ipsa scriptura dices? *An cum nondum legeres per te ipse, cognouisti sacrum esse quod lecturus eras? aut cum singula legeres, per singula, etiam que difficilia sunt, tibi reuelabatur diuina esse in singulis, que legebas? Nulla te auctoritas mouet, ut interpreteris Euagelia, sola tua scientia niteris, verum tamen necesse est, ut te moueat aliqua auctoritas, ut librum hunc Euangelicum credas. Ego vero Euangelio non crederem, inquit Augustinus, nisi me Catholica Ecclesia commoueret auctoritas. Quibus ergo obtemperari dicentibus, credite Euangelio, cur eis non obtemperem, dicentibus; Nolite credere Manichæo: Caluino: Si ad Euangelium te tenes, ego ad eos me teneam, quibus precipientibus Euangelio credidi.*

Itaque solius traditionis titulo, deinde consuetudinis patrocinio sine vlllo scripturæ instrumento, scripturæ initio creditur. *Quis igitur tanta audacia est, ut præter id quod annūciatum est apud Ecclesiam, annunciet? aut tantæ leuitatis, ut præter id, quod ab Ecclesia accepit, accipiat? Quanta professio, per me intellexi, meus verus est sensus, ita iure tota vniuersitatis, & antiquitatis consensio damnatur? Si enim verborum Apostoli, dogmatum, rerum, sententiarum nouitates, que sunt vetustati, que sunt antiquitati contraria, accipiantur, necesse est, ut fides beatorum patrum, aut tota, aut certe magna ex parte violeatur: necesse est, ut omnium statum fideles, omnes Sancti, omnes casti, conti-*

nentes, Virgines, omnes Clerici, Leuita & Sacerdotes, tot Confessorum millia, tantum Martyrum exercitus, tanta vrbium, tanta populorum celebritas, & multitudo, tot insulae, prouincia, Reges, Gentes, Regna, nationes; totus iam pene terrarum orbis, per Catholicam fidem, Christo capiti incorporatus tanto seculorū tractu ignorasse, errasse, blasphemasse, nefcisse quid crederet, pronuncietur. Vincentius Lyrinenfis cap. 33. de profanis hereseon nouitatibus. Hæc suo ille tempore: additi deinde sunt tot aliorum martyrum ad nouum Euangelium vsque exercitus, de quibus idem pronunciant, qui Tridentinum Concilium ob fidem istorum exercituum in Spiritu Sancto congregatum, condemnant. Quid dico condemnant? ignibus, & visceratione persequuntur, quod vnus de Catholicis superest, non est de eorum clementia, sed quia viribus deficiunt. Quid vero mihi, si quis moderatius erret, respondebit? Quid causæ est cur tot non credis sanctis? Si tam superbus es, ut eos omnes errasse, te solum sapere opineris, an etiam tames stolidus, ut tibi me crediturum esse speres? Si aliorum te mouet auctoritas, iam hoc ipso recedis à scopo, quod auctoritate ducis. Si tamen illa moueris, cur te noui, suspecti, pauci mouent potius, quam veteres & multi, qui fidem suam tormentis, & morte approbarunt? Confessionem sanguine consignarunt. Vide quantæ sit contumaciæ his non credere, quantæ immanitatis eorum discipulos velle deuorare; Antichristianos, bestialitas appellare, non enim in nobis sistunt conuicia, sed per secula fedicim, & multa Martyrum, ac Episcoporum millia ad Apostolicas vsque Ecclesias traiecta pertingunt. Moderate in re tam ardua age, quia cum tot sanctorum millibus litigas, si pacem amas, pacifice loquere. Si Concilium quaeris, id quod datur, amplectere. Si nos impostores, quia his credimus, diuinæ maiestatis iudicium rescinde, ac tot Beatorum millia, quæ sanctitate, doctrina, dignitate Ecclesiastica, miraculis claruere, cælo deiecta, imposturæ damnata, orco deuoue, vbi tartarus tantum patet in præceps.

*Quantus ad aethereum cæli suspectus olympum est.* Tu vero qui orthodoxus es, nouitates fuge. Absconditam post Christum nobis sapientiarum annunciant, rem lachrymâ dignam. Si enim triginta (nonaginta) his annis fides originem habuit, cum quadringenti, (mille quingenti) fere anni ab eo tempore, fluxerint, quo Christus palam conspectus est, inane tanto tempore fuit Euangelium, inanis etiam fides nostra, & Martyres quidem frustra Martyrium subierunt, frustra etiam tales tantique Antistites populo præfuerunt. Gregor. Nazianz. Epist. 2. ad Chelid.

CAPVT XLII.

Concilium Tridentinum suscipiendum esse, ut pax Germaniæ redatur.

§.1. **N**on difficile esset hoc persuadere, modo absit nomen Pontificis, & odium Catholicorum, nunc, prædolor, de religione, inuidia, ira, auaritia, disputat, tanta iniquitate, ut doctores in cælum vehat, discipulos damnatione, exilio, carcere, gladio persequatur. Hoc glaucoma alienationis animorum aufertur, iam Concilium non difficiliter Germania, quam cætera Europæ partes, suscipiet. Cur enim nõ suscipiat, quod toties optauit? & quod meliore sui parte teret? Principes certe ut in Confessione Augustanæ præfatione loquuntur, Concilium generale petunt. Verba eorum sunt. *Cum etiam V. C. M. Electoribus, Principibus, & reliquis statibus imperii, non vna vice, sed saepe clementer significauerit, & in comitiis Spiren-sibus,*

Sanctis non Nouatoribus credendum.

Germani Concilium petuerunt.

PPP qua

Tanta multitudi-  
nariis oppo-  
siti.

De inter-  
pretatione  
scripturæ.

rogantia  
suariorū  
antiquita-  
tibus dam-  
natis in.

huc anno Domini, &c. 26. habita sunt, ex data & praescripta forma vestra Caesarea instructionis, & commissionis recitari, & publice praelegi fecerit. Vestram M. in hoc negotio Religionis ex causis certis, qua vestra M. nomine allegata sunt, non velle quicquam determinare, nec concludere posse, sed apud Pontificem Romanum pro officio V. C. M. diligenter daturam operam, de congregando Concilio generali. Quemadmodum idem latius expositum est ante annum, in publico proximo conuentu, qui Spirae congregatus fuit. Vbi V. C. M. per Dominum Ferdinandum, Boemiae, & Vngariae Regem, amicam & dominum clementem nostrum, deinde per oratorem, & commissarios Caesares hac inter cetera proponi fecit. Quod V. C. M. intellexisset, & expendisset Locum tenentis V. C. M. in Imperio, & praesidentis, & consiliarios in Regimine, & legatorum ab aliis statibus, qui Ratisbona conuenerant, deliberationem de Concilio congregando. Et quod iudicaret V. C. M. vtile esse, ut congregaretur Concilium, & quia causa quae tunc tractabatur inter V. C. M. & Romanum Pontificem, vicine essent concordia, & Christiana reconciliatio, non dubitaret V. C. M. quin Romanus Pontifex adduci posset, ad habendum generale Concilium. Ideo significabat se V. C. M. operam daturam, ut praesatus Pontifex Maximus vna cum vestra C. M. tale generale Concilium, primo quoque tempore emissis literis publicandum congregare consentiret.

In omnibus comitiis Concilium petitur ab Ann. 1520. ad 1530.

In euentum ergo talem, quod in causa religionis, dissensiones inter nos, & partes amice & in caritate non fuerint compositae: nunc coram V. C. M. hic in omni obedientia nos offerimus, ex superabundanti comparituros, & causam dicturos in tali generali, libero Concilio; De quo congregando in omnibus comitiis imperialibus, quae quidem annis Imperii V. C. M. habita sunt per electores, Principes, & reliquos status Imperii, semper concorditer actum, & congruentibus suffragiis conclusum est.

Ad cuius etiam Generalis Concilii conuentum, simul & ad V. C. M. in hac causa longe maxima, & grauissima iam ante etiam debito modo, & in forma iuris prouocauimus, & appellamus. Cui appellati ad V. C. M. simul & Concilium adhuc adheremus, neque eam per hunc vel alium tractatum, (nisi causa inter nos & partes iuxta tenorem Caesareae proxime citationis amice in caritate composita, sedata, & ad Christianam concordiam reducta fuerit) deserere intendimus, aut possumus. De quo hic etiam solenniter, & publice protestamur.

Petitur est ut Pontifex Concilium indiceret.

§. 2. Verum est: nam Anno 1524. petitur est serio Concilium, actum cum legatis Pontificijs, qui tum Nurnbergae praesentes erant, ut Caesare consentiente Concilium Pontifex indiceret, huc omnia deinceps ordinata sunt, Spirae anno 1526. & 1529. Augustae 1530. Ratisbonae 1532. & 1541. Spirae 1542. & 1544. Wormatiae 1545. Augustae 1548. vbi etiam articulos quosdam vsque ad Synodum Generalem Imperator proposuit, iterum Augustae 1551. haec acta sunt, & vel Concilij sententia est expectata, vel certe parum Germano candore actum est. Testis ipse Imperator An. 1546. in recessu Ratisbonensi. Verba eius: Caesarem Maiestatem ad statum Generalium submissas preces & postulata, per varias tractationes obrinuisse atque impetrasse, ut tandem Generale Concilium Tridenti vrbe Germanicae nationis institueretur, atque inchoaretur. De eodem Concilio sic idem Imperator Carolus V. Generale Concilium cui se omnes status S. R. I. subiecerunt, absque dubio piam & zelosam diligentiam adhibebit, ut hac in causa multorum hominum conscientijs, & Catholicae Ecclesiae paci, quantum necessitas postulat, consulatur. Cur igitur nunc homines male curiosi, pacis inimici, principes ac status, non a Concilio modo, sed a pristina etiam opinione, quam Concilio proposuerunt, abducunt? in Caluinismos, Osiandristimos, Socinianismos conijciunt.

Status se Concilio submiserunt.

Pax sine Concilio

§. 3. Pacem omnes Imperij conuentus, omnes dixerat, omnia comitia poscunt, pacem, inquam, ma-

xime vbes, & principes, qui bello crescere nec sperant, nec volunt, pacem etiam praetendunt, qui non nisi turbatis rebus se tutos fore confidunt. At non nisi Concilij Tridentini approbatione atque acceptatione pacem politicam, vel Ecclesiasticam impetrare poterunt. Quoties iam post religionum notas varietates ciuilem pacem, & quietem, & quanto sumptu exquirunt: at non admodum impetrarunt, similitates, inimicitiae in annos singulos inualescunt. Cum enim Concilij decreta ab externis nationibus magno plausu atque approbatione sint accepta, cum nobilior Germaniae pars illa sequatur, quae poterit esse pax illis, quos a reliquo orbe Christiano, atque a suis collegijs solitaria, & contumax opinio diuidit? quia se solos recte sentire, ceteros impios & blasphemos idololatrias esse arbitratur? Idque eo magis, quod nec inter ipsos pax vlla, & consensus haecenus constitui possit?

approbatio esse non potest.

§. 4. Anno 1557. Quatuor ad pacem viae proponuntur in recessu, seu decreto Imperij. Generale Concilium, Nationale Concilium, Colloquium, Conuentus Imperij. Concilium nationale, & Imperij conuentum ad concordiam Religionis fatentur omnes principes senatus consulto suo inutilem esse. Concilium Generale ordinatissimam, & religiosissimam viam ad pacem esse decernunt, eam antiquitus a Christiana Ecclesia ad praesens tempus peruenisse, eam sine controuersia optimam, vtilissimam, commodissimam, quae vsa sit in similibus casibus, & dissidijs Ecclesiae, & feliciter causas deciderit, omni itaque cura incumbendum ut Concilium Generale colligi possit. Interim colloquium proponunt, quia spem Concilij non habebant. At iam docuit experientia nullum colloquium paci sufficiens esse, nec potest, nam colloquium constituunt, quod consultationem, deliberationem, in quo omnis tractatio suscepta ita se habeat, ut sine obligatione, sine praedicio sit, nec confidenciam, decisionem, determinationem, aut definitionem contineat. Cum igitur colloquio pax facta non sit, nec fieri, ut iam res constituta sunt, possit, necessarium est Concilium, & quidem illud quod iam orbis terrarum amplexus est. Aduersarios eos habere non posse iam sepe docui. Et ex professo probat Matthias Hoë aulæ Saxonicae supremus Concionator. Praeterea si consideremus, quid generale Concilium requiratur, omnes fatentur & dicunt, impossibile esse tale Concilium institui. Rationes adfert, quia Caesarea auctoritate colligendum est, Caesari id non faciet. Secundo non posse cogi Theologos ad Concilium, sumptus deesse. Nunquam igitur pacem obtinebunt solidam, sed de erroribus in errores alios atque alios concedent, nisi Vniuersitati sese coniungant, pax domestica infirma est, si tota ciuitas seditionibus confluctat.

Via ad pacem.

Colloquia paci non sufficiunt.

§. 5. Imperium Romanum, ut supra docui, sine Ecclesiastica pace consistere non potest, eius leges ciuiles non modo nunc sunt Conciliorum, & Pontificum Canonibus temperatae, sed olim fuere, cum nondum Germanica natio imperaret, Leges saeculi sacros Canones sequi non dedignantur, in authent. Ut Clerici apud proprios Episcopos §. penult. coll. 6. Nisi igitur Concilium suscipiatur, perennis erit legum Ecclesiasticarum & nouarum ciuilium conflictus, ut alibi ostendi, ac proinde nulla pax.

Ex legibus imperij probatur.

§. 6. Ex epulo capitis sui, omnes status imperij, velut membra salutare Concilij doctrinam, & reformationem sponte ac grato animo suscipere conuenit. At Carolus, Ferdinandus, Maximilianus, Rudolphus, Matthias, & qui nunc Augustissimi Imperij moderamē tenet Ferdinandus, constanter veteri, Rom. Ecclesiae adhererunt, eius se aduocatos, & defensores profiterunt. Concilium postularunt, impetrarunt, interrupti reformationem ac continuationem vserunt, ac promouerunt, absolutum suis subditis commendarunt. Decet quidem membra capiti esse conformia,

Imperatores Concilium susceperunt.

formia, subditos Magistratum obtemperare, sed dicent illi: *Oportet Deo magis obedire, quam hominibus.* At profecto tam sancto elogio feditiosè & impie videntur, non enim Imperatores illi Iudæi aut Gentiles fuere, nec contra Deum insurgunt, ut imperent, quod Deus vetat. Quod si pro talibus eos habebant, cur populo Christiano suis suffragiis tyrānos & persecutores imposuerunt? cur ipsi sub icō idololatræ principis stare maluerunt, quam de sua fraternitate Orthodoxum eligere? Cur Imperatores ipsi damnant, cuius religionem tota antiquitas approbavit? Verum hæc iam supra demonstraui. Hoc vrgeo, ut planum faciam stabilem pacem esse non posse, ubi est tanta capitis, & membrorum *divagatio*, & *2019* *via*, quæ olim bello Germaniam concussit, cum principes in supremum Magistratum turbones pseudo-euangelii concitarent, quod bellum vrbium claudibus, agrorum vastatione, principum vinculis, ut nobile, ita patriæ fuit lamentabile, ac perniciosum. Manent etiam nam qui ex Heluetia ac vicinis locis. *Imperatorem bestiam Apocalypticam* vocant, Imperium plenitudinem diabolismi, imo publice proximis nudinis vendita est pictura, in qua Ambrosius Spinola Heros incomparabilis, Imperatorij, & Regij exercitus dux, septicipiti bestie inequitat, hæc certe paci aduersa sunt. At vno ex fonte scaturiunt, quod Imperatoris religionem oderunt, cuius clementiæ, prudentiæ, iustitiæ sese commiserunt.

Ab imperatore se-  
munt sum,  
quis Conci-  
lium non  
probant.

Grægorius  
& alii.

Sine Con-  
cilio se ne-  
gant dam-  
nari posse  
Caluinista.

§. 7. Caluinistarum & Lutheranorum prælia inter se iam nota sunt. Caluinistæ se tuentur, quia nullo à Concilio damnati sunt. Sturmius in Antipap. pag. 197. scribit. *Papisticam doctrinam veluti erroneam non esse distamandam, & repudiandam, quandoquidem nullum legitimum Concilium generale hoc desinuit, nec Papistas cum doctrina sua reiecit.* Sic & Caluinistæ in Orthodoxo contenti, præf. sic Hospinianus, sic Pareus in suo Irenico. Itaque concionator Hoë hac in parte eos omnino ait *consentire cum Papistis & Iesuitis, qui aliquid non possunt, quam Concilium, Concilium, Concilium clamare.* Pergit deinde aulicus ille Archiconcionator. In quo igitur consistit Concilii necessitas? Nonne ex hoc sequitur plus in Concilio quam scripturæ positum esse? Concilii auctoritatem maiorem & spectabiliorem esse quàm scripturæ? Nonne hoc est omnino cingulo tenus in papatum recidere? Si Cœcilio opus est ad damnationem falsorum dogmatum, ecce tot iam Concilia dedi, quæ ista damnarunt, cur igitur non obiciunt Caluinistæ? Nam de scriptura sine alia auctoritate nunquam fanatici Spiritus contenti. Nostra religio nullo Concilio damnata, illorum multis, damnata igitur deserant: indemnatam, imo Concilij approbatam, cum Cæsare capite suo sequantur.

Veteres Im-  
peratores  
Concilia  
susceperunt.

§. 8. Quid porro faciendum sit principibus, & Rebus publicis Germania, vellem non à turbulentis veritatis hostibus, vel impostoribus discant, & apostatis, sed à priscis Imperatoribus, qui facti, & voce præiuerunt, quos æmulati decet Germanos, quos in hac vltima mundi ætate ad imperium D E V s euexit: Constantinus Niceni Concilij executionem auctoritate imperatoria suscepit. Theodosius Junior Ephesini decreta tutatus est, Valentinianus & Martianus Chalcedonense defenderunt, nec orthodoxorum principum vllus operam suam deesse passus est, ubi ad ea que Concilij constituta fuerunt, requisiti est. Aurea sane verba sunt in decreto Martiani Imperatoris: *Discessit iam profana contentio. Nam vere impius atque sacrilegus est, qui post tot sacerdotum sententiam, opinioni suæ aliquid tractandum reliquit. Extrema quippe dementia est, in medio & perspicuo die commentitium lumen querere. Quisquis enim post veritatem repertam, aliquid vltius discit, mendacium querit.* Multo vero impensius Tridentinum est defendendum, quia in illo &

vetera Concilia inveniuntur, & piorum facta regum imitatione comprobantur.

§. 9. Hoc in Concilio factum est, quod necessarium ad omnia Concilia omnes iudicarunt, nempe ut à Christi vicario conuocetur, dicant sententiam quibus ius est, securitas & libertas omnibus concedatur. Itaque Regum, Principum, & Rerum publicarum legati adfuerunt, & reges Cœcilium amplexi sunt. Cur non facient pauci in Germania principes, quod cæteros magna constantiæ, sinceritatis, religionis laude fecisse sciunt? cur non amicos & affines externos principes malunt, quam suspectos? Videmus quotidie animorum distractiones, occulta consilia, confederationes, ex intima erga principes Catholicos inuidia, & odio. Hinc nationum alienationes, & hæreditaria dissidia, Itali, Hispani, Galli, à Germanis Lutheranis abalienantur, ipsi Germani perpetuis inuectiuis, calumniis, famosis libellis, contra nationes Catholicas incenduntur. Et tamen ut fragiles sunt res humanæ & fluxæ, fieri potest, ut mutuo subsidio indigeant, & quos hostes esse præsumunt, supplices illis fieri oporteat. Cur non igitur veram & antiquam religionem patrum suorum Germani principes amplectantur, Concilio Tridentino explicatam, ut amorem & fœdera cum externis gentibus incant, innouent, confirmant? Cur subditos suos à factiosis tribunitiisque concionatoribus in odium aliorum regnorum concitari permittunt, quæ regna melius de principibus Germanis, quam prædicantes ipsi merentur? Rem spectate. Nouatores principum maiores omnes id fuisse contendunt, quod nos esse ipsi fingunt, Antichristianos, hoc est, omnium hominum scelestissimos, atque hoc tam atroce crimine omnes Germaniæ familias infamant. Fidem, honorem, ius successione, famam familiarum illustrium Concilium defendit, cur maleuolis obtrectatoribus in vestrum, & stirpis vestræ opprobrium attenditis? veros dignitatis vestræ & maiorum vestrorum defensores negligitis? Ecce Reges non minus Imperatore vestro potentes, Imperatori deferunt tamen & æquo animo secundas tenent, aut tertias, *Sacro sanctum & Augustum Imperium*, cuius vos nobilia membra estis, venerati. At vestri prædicantes, ut docui initio de Syncretismo, illud *Antichristianum, bestiam Apocalypticam, plenitudinem diabolismi* nominare & scribere non verentur. Hos ergo veritatis simulatione, ingenuæ, & ingenitæ nobilitati vestræ illudentes tandem agnoscite, agnitos deserite. An nondum agnouistis? nonne vos, & subditos vestros non sine tumultibus, pro arbitrio agitant, ac iactant? nunc in Lutheri, nunc in Caluini caulas, pecorum ritu cogunt, inde iterum in Ubiquitatis æquor immittunt? & Flaccianis ventis exponunt? nunc Episcopos auferunt, nunc restitunt? nunc mollescere cum Hollandis, nunc rigescere cum Gebennensibus adigunt? & tantum Constantes sunt in mutabilitate sua? Ad prisci igitur æui veritatem redite, nouandi enim finis non est, cum omnis nouitas veritate destituta celeriter alia nouitate tollatur.

Alie nationes  
Concilia  
susceperunt.

Nouatores  
in suis prin-  
cipes sunt  
contume-  
liosi, Conci-  
lium prin-  
cipes defen-  
dit.

§. 10. Nono. Errorem suum, miror, si non omnes palpare queunt. Quid enim obsecro inconsultius, quam de re communi, hoc est, de religione omnium regnorum Christianorum priuatas aliquot principum, & oppidorum leges conscribere, ordinem Ecclesiasticum constituere? Et de legibus municipali-  
bus vnius partis ius vniuersum inuertere? Recte Augustinus in Psalm. 75. *Communis est veritas, non est mea, nec tua, non est illius, vel illius, omnibus communis est. Et nemo dicit, meum est, ne in parte sua velit facere, quod in medio est omnibus.* Quid obsecro Augustæ Anno 1530. pauci subscriptores Confessionis dicebant. In nostra parte est veritas, reliquis orbis insanit, nos soli sapimus, alii omnes sunt ætrotæ. Nec illi modo, qui nunc viuunt, sed sæcula omnia

Præuati non  
debent com-  
mune ius  
facere.

veritatem ignorarunt. Quomodo noui, pauci, dignum censent in suas leges migrare Christianos omnes, deferere probata, damnare salutaria? Cur non potius vniuersitati cedat paucitas, subditi suis Magistratibus, oues pastoribus?

*Fidem iam sepe mutarunt.*

§. 11. Confessio opponitur aemula Concilio, Augusta Tridento, Philippus Melanchthon Pontifici. Vt Concilio credatis, Pontificem agnoscatis horror, & rogo, nam vt à confessione recedatis ducem habetis ipsum Confessionis auctorem Philippum Melanchthonem, & iam omnes pene recessistis. Ipse suum auctor damnauit & odit opus. Regulam quam mundo obtulit, ipse infregit, quod leuibus ingeniis probauit, iam senior rescidit. Vide Rol. Pontanum l. 3. de rebus memorabilibus. Vide Epistolas Melanchthonis ad Fredericum Palatinum, vide lachrymas eius de *apostata reuera*.

Si Magister, & faber Confessionis tanti nominis, vt vnus Lutheri Spiritum mentemque hausisse videretur, ille nec precio, nec timore humano, nec spe illicitus, confessionem deseruit, necdum Concilij decreta audierat, & sua decreta damnauit: *Non est discipulus supra Magistrum*, nolite tenere, quod is qui fecit, abiecit.

Caluinista igitur erimus, in quies, nam ad Caluinum ille transtulit.

Minime vero. Sequere mala damnantem, fuge deteriora sequentem. Nam ad quos Caluinista abibis? ille mollior fuit, itaque nec sic quidem consilites, in maiore paucitate, in plurium offensione versaberis, propior tamen eris Concilio, quam sic in Rigidum *ad aduersa* contumacia indurefcas. Ad Caluinianos defecisse Melanchthonem tum eius Epistolum Ioachimus Mörlin lib. quem anno 1565. Andreas Petri Eisleb. excudit, edocet.

*At de Philippo sic ne nos. Nos confessionem opponimus Concilio.* Verum nec illa certa est, nec vestris omnibus placet, mutata decies. Nec ego hoc solus, nec Caluinista soli dicunt, sed vestrates ipsi. Andreas Musculus in *piæ & necessaria admonitione de crastis & plus quam Papisticis erroribus Maioris cauendū* libr. 3. fol. 194. Auctores, inquit, confessionis temporise accommodarunt, aut non satis considerate scripserunt. Quid igitur, meo iudicio nouitiam, & hæreticam, censurâ Caluinistarum, facem quâ Gallia conflagent, Lutheranorum confessione temporise accommodatam inconsiderate scriptam confessionem præferes Concilio Tridentino, cui testimonium perhibent omnium temporum Concilia, & Patres? Quid inde vero concludit Musculus? Ergo argumentum ab auctoritate Confessionis & Apologia sumptum non valet. Merito sane; temporaria enim & inconsiderata confessio corrigi debet ad verba æternæ veritatis, ad Concilia consideratissima, ad quindecim sæculorum confessiones & martyria. Quid ad hæc Abdias confessionis assertor? *O miseram confessionem nostram, si hoc de ipsa vere afferri debet. Ea ratione quid aliud est, quam confessio inconsiderata & ad tempus accommodata, hoc modo desinet authentica esse, hoc modo præclarissima est aduersaria nostris, nos ipsos cum nostra confessione condemnandi occasio data. Hoc modo ne ipsi nos de religione nostra certi esse possumus, nec posteritati certi aliquid relinquemus, hoc modo insignia Lutheri & aliorum de Augustana confessione testimonia indignissime decidentur.*

Hæc cum nuncta videant, non est cur confessioni lubrica & ancipiti adhareant. Omnium sæculorum Orthodoxum consensum, Concilio Tridentino explicatum, traditumque; aspernentur.

*Confessio ambigua.*

§. 12. Non potest Confessio Augustana esse salutaria, quæ velut cothurnus vtrique pedi conuenit, quæ non duabus, sed vngenti sellis sedet. Nam multis editionibus mutata, correctâ, mutilatâ est, initio

mutationis facta ab ipso eius auctore, vt nunc quærat; cuius editionis sit, quisque professor.

Deinde quot hæreses sub illo pallio latitant? Caluinista sibi eam vendicant, sed *recte intellectam*, Vbi quitarij sibi soli illam arrogant; sed suo sensu explicatam, cæteri omnes tam diuersa sentientes, tam inimice dissidentes. Probare nititur Pareus à nemine eam defendi talem, qualis à principio est proposita. Si nemo talem defendit, cur ei mutata adhaeret, cur non integre veritatem profiteretur, qui falsitatis partem abiecit? Nonne vanam & mendacem arguit Melanchthonis, & collegarum eius de sola scriptura iactantiam, de infallibili veritate, & noua luce ampullationem, qui à confessione saltem ex parte discessit? Decepti sunt ordines Augustanæ confessionis hominum impiorum calliditate, in ipsa confessionis molitione, quia interpolata, mutata, deserta est à posteris confessio. Non igitur in confessione temporaria est æterna salus, in iactantia *oppositæ*, diuina, non est stabilitas fidei: sed in illa Petra super quam Christus Ecclesiam ædificauit, in quam Confessio Augustana dum impegit, fracta est, atque in particulas dissilijt, quas coniungere, & confirmare illi, qui status Confessionis Augustanæ dicuntur, frustra tentarunt, non potest Spirituales nequitas connedere potestas sæcularis, nec nimium crescere Deus finit concordiam errantium, ne pariat auctoritatem errori.

§. 13. Postremo omnes ad redeundum eo, vnde temere discessum est, mouere debet, quæ inexcusabiliter perdunt, salus. *Qui vos audit me audit, dictum est, quæ vos spernit me spernit.* Dicere hoc Tridentini possunt, ex perpetua successione Episcopi, Apostolica Ecclesiæ coniuncti, ex traduce Apostolicarum Ecclesiarum fidem tradentes. Cyprianus Epistol. 9. l. 4. *Scire debes Episcopum esse in Ecclesia, & Ecclesiam in Episcopo. Et si qui cum Episcopo non sunt, in Ecclesia non esse. Et frustra sibi blandiri eos, qui pacem cum sacerdotibus non habentes obrepunt. Cum Ecclesia, quæ Catholica vna est, scissa non sit, neque diuisa, sed sit vtrique connexa, & coherentium sibi inuicem sacerdotum glutino copulata.* Frustra salutem expectatis, dum sponte vos à consortio Ecclesiæ communis, & veteris, vnde salutaris doctrina ad nos deriuatur, separatis. Quæ enim excusatio deserere, & damnare doctrinam tot sanctorum, adhaerere opinionibus illorum, qui eas ipsi damnarunt? *Patres Ecclesie fuerunt Apostoli, pro patribus nati sunt illi filii, constituti Episcopi. Ipsa Ecclesia patres illos appellat. Ipsa illos genuit, & ipsa illos constituit in sedibus patrum. Non ergo putetis eam deseritam, quia non videtis Petrum, non videtis Paulum, quia non videtis eos, per quos nata est. De prole Ecclesie venit paternitas, pro patribus eius nati sunt ei filii, constituet eos principes super omnem terram. Principes explicandæ fidei, principes inferendæ pietatis, principes erroris abotendi.*

§. 14. Vtinam illuminet oculos mentis vestra, qui lucem habitat inaccessible, & animos roboret, vt dicere vestris nouatoribus audeatis, quod sui temporis turbatoribus dixit Augustinus, de vtilitate credendi c. 14. Christum ipsum quomodo apparere hominibus voluit, qui istis etiam vulgaribus oculis visus esse prædicatur, ego non vidi. Quibus de illo crediderim, vt ad te iam tali fide præstructus accedam, nullis me video credidisse nisi populorum atque gentium confirmatæ opinioni ac famæ admodum celeberrimæ: Hos autem populos Ecclesiæ Catholice mysteria vsque; occupasse. Cur non igitur apud eos potissimum diligentissime requiram, quid Christus præceperit, quorum auctoritate comotus, Christum aliquid vile præcepisse iam credidi: tunc mihi melius expositurus es quid ille dixerit, quem fuisse aut esse non putarem, si abs te mihi hoc com-

*Pontifices est Concilium colere.*

commendaretur esse credendum? Hoc ergo credidi, vidixi, famæ celeritate, consensione, vetustate roborata. Vos & tam pauci, & tam turbulenti, & tam noui, nemini dubium est, quin hic dignum auctoritate proferatis. Quæ igitur ista tanta dementia est? Illis crede Christo esse credendum & à nobis discite, quid dixerit. Cur obsecro te? Nam si illi deficeret, nec me quicquam docere possent, multo facilius mihi persuaderem, Christo non esse credendum, quam de illo cuiquam, nisi ab his, per quos ei credidisset, discendum. O ingentem confidentiam, vel potius inceptiam: ego te doceo quid CHRISTVS præceperit, cui credis. Quid si non ei crederem, num aliquid de illo me docere posses? sed oportet inquit, ut credas. Num vobis eum commendantibus?

Non, inquit, nam nos illos, qui ei credunt, ratione ducimus. Cur igitur illi credam? Quia fama fundata est. Vtrum per vos, an per alios? Per alios, inquit. Illis ergo credam, vt tu me doceas? deberem fortasse, nisi me hoc illi præcipue moneant, vt omnino ad te non accederem. Dicunt enim perniciosas vos habere doctrinas. Respondebis, mentiuntur. Quomodo igitur ijs de Christo credam, quem nolent videre? Scriptis ait, crede. At scriptura omnis si nota & indubitata proferatur vel commendetur à paucis, nulla confirmante ratione, non ei, sed illis, qui eam proferunt creditur. Quamobrem scripturas istas si vos profertis tam pauci & incogniti, non libet credere. Simul etiam contra promissum facitis, fidem potius imperando quam reddendo rationem. Rursum me ad multitudinem famamque reuocabis: Cohibe tandem pertinaciam, & nescio quam indomitam propagandi nominis libidinem: & mone potius, vt huius multitudinis primates quæram, & quæram diligentissime, vt ab his potius de his literis aliquid discam, qui si non essent, discendum omnino esse nescirem. Tu vero in latebras tuas redi, nec quicquam insidiare nomine veritatis, quam conaris eis adimere, quibus auctoritatem ipse concedis.

CAPVT XLIII.

Exceptiones contra Concilij auctoritatem inanes esse.

**S.** **N**ON deest tamen in re clara, & reo conuicto, maximum melioris vitæ impedimentum, excusationis refugium. Causas habere se aiunt, cur ad auitam religionem redire non possint. Non est hoc solius hæreseos, sed commune humanæ præuitatis malum, libendo peccant, peccata negando abscondunt. Nemo, inquit Seneca, se auarum intelligit esse, nemo cupidum, cæcitamen ducem querunt, nos sine duce erramus: dicimus, non ego ambitiosus sum, sed nemo Roma aliter potest viuere: Non ego sumptuosus, sed vrbis ipsa magnas impensas exigit, non est meum vitium quod iracundus sum, adolescentia hoc facit. Qui quidem nos decipimus, non est extrinsecum malum nostrum, intra nos est, in visceribus nostris sedet, & ideo difficulter ad sanitatem venimus, quia nos egrotare nescimus. Epist. 60. Hæc vitia sunt rerum humanarum, sed maxime errantium, nisi enim vitia sua amarent, non errarent. Imo ita fere errant, vt sanctitati & veritati errorem impurent.

Prima itaque solet esse contra Concilium exceptio. Quia à Pontifice collectum est, cum id fieri debeat ab Imperatore.

Non est tamen illa legitima exceptio. Curenim Germani, & Angli cum paucis nodi in scirpo querunt, cum reliquis orbis Concilium veneretur? Ipse

Imperator caput Imperij hoc egit, vt à Papa indiceretur atque continuaretur, si honore sui principis tanguntur, ne eius sollicitudinem Concilium querentis asperrantur. Cur Saxoniam confessionem Anno 1551. Concilio obtulerunt? In qua, aiunt, se de concionatoribus suis non esse alicuius erroris, vel in doctrina, vel in Ecclesie gubernatione sibi confisos, attamen non dubitare eos tanta modestia, & pietate praditos, quin si testimoniis celestis doctrina, & vero consensu Ecclesie Catholice admoniti fuerint, adificationi, & tranquillitati Ecclesie haud quaquam sint defuturi.

Spem principum suorum ne fallant subditi, & orthodoxum consensum suspiciant eius Concilij, quod vnitatem habet, & consensionem veterum Ecclesiarum. Si vero repudiant Concilium, quia Papa auctoritate est collectum, cur recipiunt Nicenum, quod non modo à Syluestro Papa collectum est, sed suo etiam decreto definiuit, quis iure indicere Concilium possit? Athanasij Epistol. ad Felicem de infestationibus Arianorum, verba sunt. Scimus in Nicena magna Synodo trecentorum & octodecim Episcoporum, ab omnibus concorditer esse roboratum, non debere absque Roman. Pontificis sententia Concilia celebrari. Inde & Socrates lib. 2. historiae. Nullius roboris esse Concilia, que aliter celebrantur, quam regula Ecclesiastica inbeat, non oportere præter Roman. Pontificis sententiam Concilia celebrare. Tantum igitur adest, vt Pontificis auctoritas in celebratione Concilij interposita absterreere debeat status Augustanæ Confessionis, vt potius ea causa promptissime suscipi conueniat, cum sine tali auctoritate Concilium sit inualidum. Concilium enim ab eo colligendum est, qui Ecclesie præest, at imperatores non sunt Ecclesie præsides, imo sæpe fuerunt persecutores. Deinde mirari satis nequeo, quid rationis illi præterant, qui imperatoris Caroli, Maximiliani, Ferdinandi, Rudolphi, Matthiæ auctoritate Concilia colligenda probare se dicunt, nam eorum doctores voce & scriptis hos Imperatores Antichristianos esse calumniantur, Decicornem bestiam esse Imperatorem vel Imperium contendit Aretius Apoc. 13. 2. & 15. Nomen bestie est, esse filium Romane Ecclesie, seu Catholicum, seu Romane Ecclesie membrum. Idem, Draconem esse Diabolum qui sua ornamenta assignit imperio. Idem, Bestiam adorare, esse Imperatorem superstitiose colere, & id eos etiam facere, qui inuictum Imperatorem appellant. Idem queritur vers. 8. homines mirari principum successum, ideo in eorum partes transire. Quomodo igitur Concilium auctoritate Imperatoria, hoc est, bestiali, draconina, Antichristiana, persecutoria, idololatrica, vt ipsi horrendum in modum Maiestatem blasphemando, fingere solent, pro Catholico & legitimo approbabit? Quorum igitur Imperatorem nobis obiiciunt, cuius si auctoritatem in Synodi congregatione agnoscunt, cur modestiam, prudentiam, fidem, religionem, zelum, quo in Concilij inchoatione, & continuatione Pontificem mouit, adiuit, audiuit, sententiam Concilij amplexus est, non sequuntur? Secutus est ille in re maximi momenti Constantinum & alios pios Imperatores. Concilium queritis Imperatoria auctoritate congregatum, quod dari non potest, cur quod auctoritate imperatoria defensum, probatum, cultum est, non sequimini? Denique & Papeus, & Archiconcionator Saxonicus auctoritate principali imperari Concilium posse sentiunt, vt integrum non sit illud quocumque modo recusare, quia potestatem etiam coactiuam ad Synodum esse necessariam iudicant. At qui Imperator coget Hispanos, Italos, Gallos, Anglos, Suecos, Polonos, alios: scilicet exteros, nec sceptro suo obnoxios, ad iterum pericula, expensarum damna coget, quem vos deo imbecillum putatis, vt paucos negotiatores Mulhaimenses, ab iniquo conatu, & in-

Nicena Synodus non vult absque Romani Pontificis sententia Concilia celebrari.

Hæretici non possunt Imperatorum Concilium approbare.

Imperator Concilium non potest colligere.

Pontificis est Concilium colligere.

fano sumptu faciendo cohibere non possit? quem in ædibus illis imperatorij vigoris prouocatricibus dormientem pinxistis, cuius aquilam & inplumem contumeliose formastis. Qui igitur huiusmodi Concilium querere sese simulant, omne Concilium reiiciunt? Nonne initio Lutherus expresse docuit, l. von Hauptarticulen Christlichen Glaubens. Papam teneri Generale Concilium instituere? Quis eum credat ad hoc teneri, quod facere illi non licet? Si Concilium ab eo collectum irritum est, inualida auctoritate collectoris, quæ lex eum cõstringit vt incassum labore: Irridendo conatu mundũ commoueat, quem vbi conuocauerit, præter expensas nihil effecerit? Imo idcirco res tota peritura sit, quia auctor Papa?

§. 3. De Luthero vero si quis parum sollicitus sit, is integri conuentus imperialis consideret vnam sententiam. An. 1524. ita est decretum Nurnbergæ.

Totum Imperium dat Pontifici potestatem Concilii colligendi.

*Et ne bona pariter cum malis opprimantur, & demum desiniri possit, quid hac in causa cuique faciendum sit. Vsum est nostro Locum-tenenti, oratori, atque etiam electoribus, principibus, prælatis, comitibus, & statibus imperii hic presentibus, tanquã summe necessarium, vt generale, liberum, vniuersale Concilium totius Christianitatis, quod per Pontificiam sanctitatem cum nostro consensu commodissime, si possibile est, fieri potest, opportuno loco nationis Germanicæ, vti decet, promulgetur, & conscribatur. Qua de re cum Pontificia sanctitatis legatione hic actum est, quæ id ad referendum Pontificia sanctitati, & fidelissime promouendum acceptauit. Quorum opus his imperij decretis, si Papa colligere non debet Concilium, aut si id quod Papa collegit ex sententia totius imperij, & postulatione, ideo irritum est, quia auctorem habet Papam. Quod si rectum est Imperij iudicium, facile videmus quam demens sit prædicantium audacia, qui sententiam Maiestatis Augustæ, atque omnium Electorum ac Statuum tum presentium, priuata obtreccatione & malvolentia rescindunt. Fuere autem præter Catholicos eo in Concilio, Ludouici Palatini, Frederici Saxonis, Ioachimi Brandeburgici Electorum legati, multorumque aliorum principum, quorum acta probauit, deinde, eorum qui misere consensus. Sera igitur contra auctorem Concilij est exceptio, si auctorem ipsi elegerunt.*

§. 4. Altera exceptio. Concilium Tridentinum non fuit liberum, nec Germanicæ nationis: nam Tridentinum est in Italia loco parum salubri, cuius Episcopus fuit Cardinalis.

Facile igitur se ab æstu tuerentur prædicantes, præsertim cum Imperator, & Iulius Pontifex, nisi impedimento prohibiti fuissent, eo se conferre parati essent. Cum tot hominum opulentorum, & principum fuerit idonea sedes, maxime cum inter Italicos soles, & alpium frigora quasi temperatã aurã tepeat. Nam frigus quod Tridento adscribunt Cosmographi Itali & Hispani, minus est boreali algore, & si tamen Saxoniam Balticamque hiemem vinceret. Tridentinum gelu, ea de re queri Italos, Siculos, Hispanos, Francos oportebat, quos ex nativo calore in rigentes plagas Germanorum discordiæ attraherent, nonne illi mitius cælum, pauloque quietius orant?

§. 5. Quod de libertate negata queruntur, iniquissimum est, & falsissimum, solum ad inuidiam Catholicis ficta formidine concitanda. Nam ciuitas Germanicæ nationis est, Tridentum, sub ditione Ferdinandi tum erat, & nunc quoque Austriacæ domus est. Quomodo igitur oppidum Cæsareum libertatem inuinit, quam Cæsares ipsi sartam tectam seruabant? Nec Cardinalis obtulit, imo nec potuit, cum non ipse modo, sed vniuersum Concilium cum Pontifice & Imperatore omnibus Germa-

nis cæterisque nationibus saluum conductum nossemel sed iterum, iterumque ediceret: Tantum toe Ecclesia Christiana nationi Germanicæ indulsit. In sessione 13. sessione 14. & 18. Atq; vt illi quibus Concilium ad manũ non est, habeant, quo suorum prædicantium mendacia resistent, describam saluum conductum, qui datus est sessione 18.

## SALVVS CONDVCTVS concessus Germanicæ nationi.

In congregatione generali, die IV. Martij  
MDLXII.

SAcro sancta œcumenica, & generalis Tridentina Synodus in Spiritu sancto legitime congregata, presidentibus in ea eisdem sedis Apostolicæ legatis. Vniuersis fidem facit, quod omnibus & singulis sacerdotibus, Electoribus, Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Militaribus, Popularibus, & alijs quibuscunq; viris, cuiusque status, & conditionis aut qualitatibus existant, Germanicæ prouinciæ, & nationis Ciuitatibus, ac aliis locis eiusdem, & omnibus aliis Ecclesiasticis, & secularibus præsertim Augustanæ Confectionis personis, qui aut quæ vna cum ipsis ad hoc generale Tridentinum Concilium venient, aut mittentur aut profecturi sunt, aut hucusque venerunt, quocumque nomine censeantur, aut valeant nuncupari, tenore presentium, publicam fidem & plenissimam, verissimamque securitatem, quam saluum conductum appellat, libere ad hanc ciuitatem Tridentinam veniendi, ibidemq; manendi, standi, morandi, proponendi, loquendi vna cum ipsa Synodo de quibuscunq; negotiis tractandi, examinandi, discutendi, & omnia quæcumque ipsa libuerit, ac articulos quoslibet tam scripto, quam verbo libere offerendi, propalandi, eosque Scripturis sacris & beatorum Patrum verbis, sententiis & rationibus declarandi, asstruendi, & persuadendi, & si opus fuerit etiam ad obiecta Concilij generalis respondendi, & cum ijs, qui à Concilio delecti fuerint, disputandi, aut caritative, absque omni impedimento conferrandi, opprobrijs, conuitijs ac contumelijs penitus semotis; & signanter, quod causæ controuersæ, secundum sacram scripturam, & Apostolorum traditiones, probata Concilia, & sanctorum Patrum auctoritates in prædicto Concilio Tridentino tractentur; illo etiam addito, vt religionis prætextu, aut delictorum circa eam commissorum, aut committendorum, minime puniantur, imperit, ac omnino concedit, licet etiam, vt propter illorum presentiam, neque in itinere, aut quorumque locorum, eundo, manendo, aut redeundo, nec in ipsa ciuitate Tridentina, à diuinis officijs quouis modo cessetur. Et vt his peractis, vel non peractis, quandocumque ipsis libuerit, aut maiorum suorum mandato, & assensu, ad propria reuerti optabunt, aut aliquis eorum optabit, mox absque vlla renitentia & occasione, aut mora saluis rebus eorum & suorum pariter honore & personis vice versa, possint iuxta beneplacitum libere & secute redire; de scientia tamen ab eadem Synodo deputandorum, vt tunc opportune eorum securitati, absque dolo, & fraude prouideatur. Vult etiam sancta Synodus, in hac publica fide saluoque conductu, omnes quascumque clausulas includi, ac contineri, ac pro incluis haberi, quæ pro plena, efficaci, & sufficienti securitate in eundo, stando, & redeundo necessariæ & opportunæ fuerint. Illud etiam ad maiorem securitatem, & pacis & conciliationis bonum,

expi-

exprimens, quod si quisquam, aut illorum aliqui, siue in itinere, Tridentum veniendo, siue ibidem morando, aut redeundo, aliquod enorme quod absit, egerint, aut commiserint, quo posset huius fidei publicæ & asscurationis beneficium, eis concessum, annullari, aut cassari, vult & concedit, vt in huiusmodi facinore deprehensi, ab ipsis dumtaxat, & non ab alijs condigna animaduersione cum emenda sufficiente, per partem ipsius synodi merito approbanda, & laudanda, mox puniantur, illorum asscurationis forma, conditionibus, & modis omnino manentibus illibatis. Pariformiter etiam vult vt si quisquam vel aliqui ex ipsa Synodo, siue in itinere, aut manendo, aut redeundo, aliquod enorme, quod absit, egerint, aut commiserint, quo posset huius fidei publicæ & asscurationis beneficium violari, aut quoquo modo tolli, in huiusmodi facinore deprehensi, ab ipsa Synodo dumtaxat, & non ab alijs condigna animaduersione, & emenda sufficiente per partem Dominorum Germanorum Augustanæ confessionis, tunc hic præsentium merito laudanda & approbada, mox puniantur, præsentium asscurationis forma conditionibus, & modis omnino manentibus illibatis. Vult præterea ipsa Synodus, quod liceat ipsis Ambasciatoribus, omnibus & singulis, toties, quotiescûq; opportunum fuerit, seu necessarium ad auram capienda exire de ciuitate Tridentina, & reuerti ad eandem, nec non nuntium, vel nuntios suos ad quacumq; loca, pro suis necessarijs negotijs ordinandis libere mittere, seu destinare ac ipsos missos, seu destinatos, seu missum & destinatum suscipere toties, quoties eis videbitur expedire; ita qd aliqui, vel aliqui p deputados Concilij locentur, qui eorum securitati prouideant, vel prouideat. Qui quidem saluus conductus & securitas stare ac durare debeat à tempore & per tempus, quo in ipsius Synodi, & suorum tuitionis curam ipsos suscipi contigerit, & vsq; ad Tridentum perducatur, ac toto tempore mansionis eorum ibidem, & rursum post sufficientem audientiam habitam, spatio viginti dierum premisso, cum ipsi petierint, aut Concilium, habita huiusmodi audientia, ipsis recessum indixerit, à Tridento vsque in quem quisq; elegerit sibi locum tutum, Deo fauente, restituet, dolo & fraude prorsus exclusis. Quæ quidem omnia pro vniuersis, & singulis Christi fidelibus, pro omnibus Principibus, tam Ecclesiasticis quam secularibus quibuscumq; atq; omnibus alijs Ecclesiasticis, ac secularibus personis, cuiuscumq; status & conditionis existant, aut quocumque nomine censeantur, inuiolabiliter obseruanda esse promittit, & bona fide spondet. Insuper, omni fraude, & dolo, exclusis, vera & bona fide promittit, ipsam Synodum nullam vel manifeste vel occulte occasione qualituram, aut aliqua auctoritate, potentia, iure, vel statuto, privilegio legum, vel canonum, aut quorumcumque Conciliorum, præsertim Constantiensis, & Senensis, quacumque forma verborum expressa, in aliquod huius fidei publicæ & liberæ audientia, ipsis per ipsam Synodum concessa præiudicium quouis modo vsuram, aut quemquam vti permissuram, quibus in hac parte pro hac vice derogat. Quod si sancta Synodus, aut aliquis ex ea, vel suis cuiuscumque conditionis vel status, præminentia existens præscriptæ asscurationis, & salui conductus formam & modum in quocumque puncto vel clausula violauerit, quod tamen auertere dignetur omnipotens, & sufficiens emenda non fuerit mox subsequuta, ipsorum arbitrio merito approbada, & laudanda, habeant ipsam Synodum, & habere poterunt, incidisse in omnes penas, quas iure diuino & humano, aut consuetudine huiusmodi saluorum conductuum violatores incurere possunt, absque excusatione, aut quouis in hac parte contradictione.

§. 6. Maiorem libertatem vel in Concilio, vel re publica datam nemo facile dixerit. Itaq; dum timorem cauantur, satis ostendunt causæ se diffidere, litem vereri, malle se in Germania simplices fallere, quam Ecclesiæ conspectum subire. Cur enim locum & libertatem declinent, cum illum totum Imperium approbarit. In decreto Imperiali Anno 1548. Augusti promulgato habetur, quo Lectorem remitto.

§. 7. Cur hic vniuersum imperium, nihil de loco, de libertate, & conuocatore Concilij queritur: sed illius sententiæ sese subijcit? Quis autem fascino multos, vt nec veteri Ecclesiæ, nec recenti Concilio, cui omnis antiquitas consentit, crederent? Quis tam cito transtulit Germanorum constantiam, vt nec venirent ad Concilium, nec decreta eius tuerentur? Nempe illi qui à prima Ecclesia eos abscederunt, nunc hoc agunt, ne cum reliqua Christianitate coalescant, & ne hoc aliquando fiat, miseris in plurimas sectiunculas, & monstrosa tam nomina, quam dogmata diuidunt.

§. 8. Tertia exceptio. *Soli Episcopi, Cardinales, Monachi sententiam dicere, à iure suffragij Laici exclusi sunt. Non igitur fuit Concilium legitimum.*

Nemo exclusus est, cui ius est veniendi, & sententiam dicendi.

Verba Pontificis Concilium indicentis ista sunt: *Omnibus omnibus ex loci tam Venerabiles fratres nostros Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos & dilectos filios Abbates, quam alios quoscumque quibus iure, aut privilegio in Concilio generatim residendi, & sententias in eis dicendi permissa potestas est, &c.* Veteri religione standum est, ac proinde veteri iure Concilia indicenda, & celebranda sunt. Cum vero potestas detur vniuersis veniendi, sententiamque dicendi, quibus iure aut privilegio concessum est, nemo queri potest se exclusum, nisi contra ius venire iustum esse quis iudicet.

*Omnibus potestas cōsidendi data est, quibus iure competat.*

Olim autem fuisse de fidei controversijs iudicium sacerdotibus permissum clarius est, quam vt doceri oporteat. Quid enim clarius quam Nicenæ Synodi 318. Episcopos subscripsisse, nullum Laicum? Aut igitur vnicum ex omnibus Conciliis det, cui cum Episcopis Laici subscriperint, & sententiam definitiuam dixerint, & de Tridentino querelas audiemus, aut si non potest, omnia vetera Concilia vnico nutu abijciat, se q; ad hostes omnium Conciliorum, hoc est totius Ecclesiæ, aperte & absque insidiosa simulatione conferat. Scimus quibusdam Imperatores subscripsisse, sed pijs illi cōsensum ea re se testari sunt protestati, non iudicandi sibi partes arrogare.

*Episcoporum est in Concilio iudicium.*

§. 9. Quarta exceptio. *Praelati qui Concilio interfuere iureiurando Pontifici obligati fuerunt, non igitur liberæ sententias dicere.* Constituto hoc, quod verum esse fatentur omnes, legitimo iuramento Iudicum, Consiliariorum, Senatorum, non tolli sententiæ dicendæ libertatem, sed firmari, disquirendum est de iuramento Praelatorum in Concilio Tridentino, anne veritati obstiterit? Potius profuisse docet Petrus Fontidinius oratione ad Germanos. Nam iureiurando ad veritatem docendam, atq; acceptanda prorsus sciuerint, & potuerint adacti sunt. Non autem obstat quò minus libere veritatem inquiras, si id te facturum esse iuraueris. Alioqui principes subditos quos sibi iuramento deuinciunt libertatem eripere censerentur. Cum vero iuramentum non sit vinculum iniquitatis, optime norunt omnes, se nullo iuramento teneri, vel ad mendacia defendenda, vel opprimendam veritatem. Quid vero? an Principes imperij, quia iuramento obligati sunt Imperatori, idcirco à veritatis confessione arcentur? Quis Theologorum Protestantium non multos, imò iniustus iuramentis obstructus est? Adiuratus & adiurans in suæ Academicæ hæ-

*Iuramentum eorum qui in Concilio fuere pro sunt veritati.*

reses?

§. 10. Quinta exceptio. *Concilij Tridentini definitio- nes, & Canones non sunt secundum verbum Dei, merito igitur illos recusamus, cur enim humani nos subiiciamus legibus? solus CHRISTVS sententiam dicat, solum eius verbum audiatur.*

Non constat sibi incertus error, in seipsum impingit, seque elidit tandem falsitas, dum vndique veritatis manifestationem fugit. Paulo ante Laicorum suffragia æquabant sacerdotum decretis, nunc solum Christum, hoc est, scripturam audire dignantur, atque vti vti audiant, sic enim audirent etiam sacerdotes, quos audiendos esse scriptura pronunciat. Quæ de scriptura sola dicenda erant, variis locis explicata sunt. Si enim sola scriptura sufficit, quid opus Concilio? Nam in eo agendum est, de vero sensu, & interpretatione scripturæ. Non ignorabant scilicet principes Imperij de hac causa agi, cum Concilium petierunt. Nec dubitasse de veritate diuinorum eloquiorum, sed interpretationum pacem quæsisse tanto labore constat.

§. 11. Sexta exceptio. *Scandala sunt in Papatu, & mala sepe vita Paparum, non igitur legitimum Concilium.*

Non vtar communi, sed vera, & quam Christus quoque probauit, responsione, Luc. 18. nec vicissim regram tibi trabem inherere, qui euellere de Papatu festucam laboras, quia non debeo vitia errantium componere peccatis Orthodoxorum, iniqua est comparatio Catholici cum hæretico, maxime imputatio, cui nullum facinus iustitiam docere cogamur, Evangelicos septem diabolis in Euangelio obsessos esse, qui vnico solum antea vexabantur, ne cum Caluino queri, ex Caluinistis vix decimum quemque sincerum esse, &c. Hoc vnicum atque vnicè rogo. Ne illi accusent innocentes, atque ex inuidia nominis, odioque communem causam faciant, ego nocentes non defendam. In Concilio multi docti, sancti, atque vita integri fuere Cardinales, Episcopi, Sacerdotes, doctores, si de moribus iudices ex vero, non ex detractorum maledicentia. Quis ex tanto numero *ea- rum quæ sunt & publicæque infamias inстар Caluini & Bezae? Ecce tantum Concilium in conspectu est, recenset subscriptorum peccata, & proba, si accusas, aut probare te posse asserere, si conuincaris. At parietibus recta sunt.* Hoc tibi vnde notum sit quero, quod tam sollicita cautione rectum est? Nam si absque argumento accusas, calumniator es. Sint tamen & apud nos scandala, vt reuera sunt, atque vti vti in auctororum exitio, atque damnatione sisterent. Non tamen definit Ecclesia esse, quamuis etiam intra septa sua malos teneat, nec Christus non erat caput Ecclesiæ, quia erat & Judæ, non amittit naturam triticum quamuis sit inter zizania. Episcopus non amittit dignitatem & officij potestatem, imo nec fidei veritatem, etsi non sint opera eius plena coram Deo suo. Alio qui cur principes sæculi peccando non excidunt sedibus suis, si in ordinem redigitur Episcopus, vbi lapsus fuerit? Quod si decreta de reformatione legeris, facile animaduertes Concil. recta docere, monere, hortari, reprehendere, siue illa Pontificum, & Romanæ curiæ, siue regum & magnatum sint. Nemo vel Simoniam, vel alia flagitia probauit, sed vero iudicio omnes amputanda censuerunt, licet multorum malis impares sint leges, quod solum illi nesciunt, qui humanum genus ignorant.

§. 12. Septima exceptio. *Falsa est doctrina Concilij, ipsum igitur Concilium est repudiandum.*

Jam supra demonstrati Concilij decreta, atque dogmata ex veteri Ecclesia ad nos vsque perpetua, & nulquam interrupta serie peruenisse.

Hoc sane opera precium fuerit, cognoscere, quanam sint, qui Concilium Tridentinum falsitatis ac-

cusant, qui medijs in discordijs, & de religione contentionebus, quibus Germania concutitur, vniuersalem Ecclesiam iudicant. Vestris diffidijs medelam à Concilio quæsit, arbitros elegistis, nunc iudicem, postquam causa cecidisset rei, calumniari iuuat. Germani suis diffidijs agitati Christianum orbem implorarunt, Concilium rogarunt, agro membro vno totum concussum est corpus, vna pars Ecclesiam vniuersam fatigat, & eius pro se laborem vltro contemnit, consilium aspernatur, imitata phreneticorum insaniam, quorum furor primo contra medentium sollicitudinem asperatur. Pacem religionis habebat Italia, in aiorum institutis viuebat Anglia, vt seruaretur Vngaria Pontifex & Cæsar annitebatur, Gallia quiescebat, nullus enim erat Caluianus, Lusitania in Oriente, Hispania in Occidente fines imperij & Euægelij propagabat, tanta bona turbauit, & spes maiores intercedit noua fides Germanorum, quæ postquam in se diuisa & lacera, ferre amplius, quæ ipsa fecerat mala, non poterat, ad vniuersam Ecclesiam respexit, vt domesticas factiones vniuersitatis iudicio, & consensione componeret, atque vti vti in eo, quod recte institutum erat, perseverasset. Sed iidem Curiones, tubæ ciuili belli, restituentæ paci obstituerunt, itaque contempto Concilio dati in reprobum sensum, in se mutuo conuersi amplius etiam furere cœperunt. Quid enim audacius, stolidiusque, quam eos quos iudices omnes elegerunt, a reorum desperatissimis damnari, & quorum iam causa prostrata atque euicta extremo suffragio damnanda erat, eos iudicum præoccupare subfessia & quæ sibi mala timebant, in iudices conuertere? *Doctrina, inquit, Concilij falsa est.* Falsa igitur doctrina illa quam Concilio Tridentino vetera Concilia, Patres, tradiderunt. Si non est igitur in toto orbe veritas, in qua Germaniæ factione demum illa domicilium habet: Pacis omnem spem abscindit hæc accusatio, nemo est Memnonista, nemo Zvenckfeldianus, nemo Vbiqutarius, Socinianus, Trinitarius, Sacramentarius, Flaccianus, Maiorista, Anglopapista, Puritanus, qui non hac oratione omnia vetera, noua, maxima, minima Concilia irridere possit, atque eludere, si falsum id esse dicat, quod suæ opinioni est repugnans, suæ voluntati ingratum est, suæ gloriæ aut commodis aduersum.

Hinc illa immanis in nouitijs religionibus, & celeberrima Schismatum atque nouarum sectarum propagatio, hinc æterna bella sunt, in quæ dæmon eos præcipitat, qui remedia pacis contemnunt. Nam quæ pax in regno, quæ ciuium concordia, quæ familie poterit esse coniunctio, mutaque officia, nisi aut Magistratus, aut paterfamilias finiendarum litium habeat potestatem? Quis ferre poterit eos, qui omnem iudicem, atque iudicium profus fugiunt? Qui enim Concilium contemnunt, quem iudicem tandem admittent? De illis recte Cyprianus libro primo. Epistol. 3. *Quales putas eos, qui sacerdotum hostes, & contra Ecclesiam Catholicam rebelles, nec domini comminatione, nec futuri iudicii vltione terrentur? Neque enim aliunde hæreses oborte sunt, aut nata schismata, quam inde, quod sacerdoti Dei non obtemperetur, nec vnus in Ecclesia ad tempus sacerdos, & ad tempus iudex CHRISTI vice cogitatur, cui secundum magistreria diuina obtemperaret fraternitas vniuersa, nemo aduersus collegium sacerdotum, quicquam moueret. Ita que euadens est signum Schismatis, Concilij fuga atque obtrectatio.*

§. 13. Octaua exceptio. *Concilia raro prosperos euentus habere, non igitur Tridentinum est suscipiendum.*

Concilia legitime instituta non sua culpa, sed hominum impiorum malitia, & calliditate interdum bella persecutionesque peperere. Christus ipse doctus discordiarum, in sese armavit. Leges iustæ & seruandæ reipu-

Scandala non debere ab Ecclesia arcere.

Cuius cause iudicium Concilium.

Concilium

Concilium

CAPVT XLIV.

Pacis ineunda ratio.

§. 1. **O** Bona pax, & sincera pax, disputationis meae finis, Ecclesiae felicitas, ubi te quaeram? Mevas electionis Paulus Rom. 14. 19. iubet sectari quae pacis sunt. Petrus Ecclesiae petra Epist. 1. cap. 3. v. 11. inquirere pacem, & sequi eam. Et ipse Deus non disensionis est auctor, sed pacis. Sed quem de pace compellabo? Imo quem compellant iam dudum mecum Catholici omnes? Non Theologos aduersae partis; nam & πονηροὶ ὁμιλοῦν, aeternum sine foedere bellum nobis indixerunt. Quid illis faciemus? quid ab illis expectabimus? nuper ex illorum coetu vnus, Josephus Hallus Polemice inchoauit, & primam eius partem, Romam irreconciliabilem vocauit. Vbi ait, necesse esse ipsos & Romam disconuenire, Sect. 21. & Sect. 22. Citus Romam nouam creauit Deus, quam reformauit veterem. Non tamen a pace maledictis arcebimur, si a Theologis reijcimus, ad Politicorum moderationem, principum aequitatem confugiemus. Forte facilius pacem dabunt, qui nunc callido stratagemate inducti bellum gerunt.

Pax omnibus oprata, sed paucis quaesita.

Omnes agendi occasionem praecidant, ne vera audire cogantur.

§. 2. Nunc itaque vos, & Reges, & Principes, quamcunq; religionem a Romana, Catholica, vetere diuersam fouetis; conuenio. Vos pacis arbitros, patronos, aduocatosq; simplex uoco. Magnum est, fateor, & difficile; quod doleo. Sed magna tamen a magnatibus peti, fas est, & quae natura sunt difficilia, potentia largientis efficit facilia.

Principum opus prima riuus est pax.

Speranda mihi pacis causa est, quae & vobis danda; humani ingenij imbecillitas; quod vehementer quaedam affectat, & eade perniciter relinquit. Quod abeunte die fixum, ratumq; habuit, redeunte danat, & refigit. Hoc igitur indulgendum infirmitati, & ubi innocentiae perseverantia non fuit, sit poenitentia: liceat; eo redire, ut concedatur, quod inconsultè negatum fuit; & abdicetur, quod incaute admissum est.

Ambulatoria voluntas reconciliabilis. Ex errandi procliuare facilis uenia

Exempla in manu sunt, & in archiuorum uestrorum actis, intra annos centum centies tentata pax, & inter nos, & uestros; sed & in partium uestrarum uarijs partibus. Quae enim regio, quae ciuitas tenet eam fidem, quam primam post egressum è nostra Ecclesia recepit? Alii a Zvvinglio ceperunt, & ad Lutherum accesserunt; pleriq; post multiplices in Lutherismo commutationes ad Caluini discesserunt.

Multa mutationes ostendunt aliquas posse fieri in melius.

§. 3. Ecce autem cum haec ipsa scribo anno 1618. calendis nouembribus, noua pax, noua Synodus inter Gommaristas, & Arminianos agitur, hoc est, inter capitalissimos, quos Europa tenet, inimicos. Arminiani Gommaristas, Manichaeos, Borboritasq; esse protestantur, atque Dei loco ipsissimum Daemonem adorare. Gommaristae nunc militari manu fortiores in Arminianos eadem linea procurrunt. Turcis, Iudaeis, omnibus haereticis, atq; ipsis adeo Iesuitis aiunt esse deteriores, nec de pace tamen desperant, quamuis pacem nunquam consequentur, ut eunq; inducias, & syncretismos comminiscantur, quia utriq; pacis stabilimento, hoc est, ueritatis fundamento carent. Nec vnquam Deus errorem consensum permittit, quin sinat ex eius natura plures dissensiones fluere.

Consensus errantium multiplicat errores.

Si igitur inter tam infestas iras, inueterata odia, recitencia vulnera pax speratur, & tentatur; cur non etiam inter nos & illos, qui in sua opinione uehementes, sed tamen instabiles sunt? Bonus & misericors Deus miseratur errantes, forte dabit, ut illae regiones, quae ter, quater, quinques, sexiesq; ad aliam religionem mutatae sunt, aliquando mutentur ad veram. Quos dudum anfractus uiarum in Labyrintho lassarunt, inuenire aliquando verum exitum possunt.

§. 4. Et.

Reipublicae prudenter latae, multis exitio sunt, ipsa disciplina, monitio, atque correctio tumidis, & asperis ingenijs est detrimento. Nicenum Concilium quas dedit turbas, cum primum stylo, & uoce, deinde armis munita haeresis Ariana se de Orthodoxis vindicaret? Nemo in accusationem legum uertitur, quia lege in maleficos agitur, nemo disciplinam accusat, quia saepe irrat feroces animos, ut in abrupta uitorum licentiosius, atque desperatius ruant, non sunt haec uitia rerum bonarum, & quarum custodia ciuitatis, & regnis necessaria est, ad frangendos improborum conatus semper retenta, sed hominum impiorum, qui legibus contineri, & regi nolunt. Ita nec Concilium Tridentinum paci consecratum, pacis studiosissimum, (quod ad vnus nationis pacem conciliandam, & reliquae Christianitati coniungendam toto orbe conuenit Episcoporum atque doctorum multitudo, turbatum sequentium causa fuit) uerum illi, propter quorum turbulentos conatus Concilium congregari oportuit.

Trident. Concilium.

Verum plura de fructu tam magni, sanctiq; Concilij dicenda arbitror. Nam primo, Consensus Catholici orbis in eo patuit, non inter diuersorum regnorum Theologos duntaxat, sed cum primaeua Ecclesia.

Deinde, Reformati mores cleri, & plebis, quae reformatio etiam Germaniam magna parte illustrauit.

Tertio. Omnes haereses Concilij anathemate, quasi fulmine ictae deteriore conditione futere, quam ante, sensim ad uetustatem, & interitum tendere inceperunt, Anno 1564. confirmata est Synodus, cum ultima sessio inchoata fuisset Anno 1563. die 3. Decembris, absoluta die 4. Post illud tempus multo magis diuidi haereses, & interire mutuis anathematismis coepere. Vique adeo ut nunc vix vlla ciuitas in Germania inueniatur, quae omnes eas haereses tueatur, in quas tum, cum inchoaretur Concilium, coniuerant. Nemo iam confessionem Augustanam integram proficietur, dimidia pars Lutherianorum interea ad Caluini defecit, vel ad Catholicam uinitatem redijt, Caluini sumum inter Catholicos propagari desijt, ea qua ante pollebat potentia, quin & ipse iam in pares factiones diuisus ruinae minatur.

§. 14. Nona exceptio. *Qui in Concilio confederunt, inimici sunt, & aduersae factiones, non igitur audienda sunt nobis, nec est aequum nos hostium stare iudicio.*

Concilium Tridentinum non est inimicum Germaniae.

Vtinam vel Tridentinorum vos hostes non effectis, vel illos esse hostes uestros non fingeretis. Quomodo enim hostes, qui toties ad concordiam inuiterant? Qui uestri causa sumptum fecerunt, molestias peregrinationis sustinuerunt? Errorum aduersarios fuisse nullus dubito, cum ipsi, ne dubitare quis possit, eos damnarint. Sed tamen hostile Concilium. Sed obsecro quodnam amicum Concilium uocatis? Si Caluini es, Lutherani sunt tuo iudicio turbulenti ueritatis hostes. Si mollis Caluinista, Rigiditate quous haereticus, Turca & Iudeo deteriorem indicant. Si Rigidus es, molles & Manichaeum & Borboritam asseuerant. Si Maioristas, aut Flaccianus, aut Osiandrinus, omnes habebis inimicos, qui tuae factionis esse nolunt. Quale igitur Concilium eligis? an ex eo hominum genere, quod tibi addictum est, aut cui tu auctoratus es? Tali Concilio uincas, sine certamine, sine periculo, prudentissime enim iudices legisti, neminem enim admittis, nisi qui te iam ante absoluit, nisi cui eadem tecum est causa.

§. 4. Infelix sane error, qui alio errore, ut fluctus fluctu triditur, nunquam veritate eliditur. Confessio Augustana duodecies mutata est, ut est in Colloq. Hertsb. fol. 91. 92. In cōuentu Naumburgensi exemplar sincerum frustra quaesitum est. In Altenburgensi Theologi Jencenses eam Cothurnum appellarunt. Omitto cetera. Si toties vestri Theologi errarunt, in tot sectiones diuisi sunt, possunt et nunc errare, possunt damnata resumere, & ad Catholicam fidem redire. Hoc facile futurum est, si vos o principes, patrum vestrorum vestigiis insistere velitis, ad nutum enim principum videmus verti populorum opiniones, dum potestati se omnes, (quod nunc in religionis negotio verbum proprium infelicitas temporum fecit) accommodant.

Sich be-  
quemmen/  
est religione  
mutare.

Facilius est  
aberrare,  
quam scopum tange-  
re.

Errori iun-  
ctā hypocrisis.

§. 5. Difficultates autem causae sunt innumerae, quae difficilem, non tamen impossibilem pacem reddunt. Nam primo hoc est ingenium erroris, ut stare diu nequeat, nec tamen prius ad veritatem redeant errantes, sed dissipentur, sic Ariani, Macedoniani, in varias sectas abierunt, donec ex omnibus Mahometismus conflatus est, & ille quoque in tam barbara gente, partes habet. Ita in Europa fieri videmus, omnes dissentiant, omnes Christiani esse volunt, sed quata pars sana est: Causa est, quia caritate percutiuntur, qui veritatem reliquerunt. Caeci, si ambulare inceperint, maiora diuortia faciunt, quo progrediuntur longius. Causa cur in novos errores vestri doctores incidant non vna est; sed praecipua tamen, quod non credant vera esse, quae vobis tanquam oracula sancti Spiritus diuidentur. Refert Mathesius Conci. 12. de vita Lutheri fol. 147. narratum sibi ab Antonio Mula, cum diceret: se dolenter Luthero quiescere esse, quod ipse ea credere non posset, quae aliis praedicabat. Respondisse autem Lutherum: Benedictus sit ergo Deus, cum idem aliis, quod mihi vsu venit; adhuc enim mihi soli vsu venire credidi. Quia igitur non credunt, quod credi ab alijs volunt, aliud, quod verisimilius apparet, mox eligunt, veritatem ipsam difficulter attingunt. Neque enim vniuersa, quae credidisse videri volunt, simul reijciunt, ne vici videantur, & nouitatis laude delectantur, hinc tot in Belgio, & in Septentrione nouae sectae. Hoc nihilominus in malo bonum est, quod in particularis dissecti sese respiciant, & facilius veritatem amplectantur.

Infestius inter se, quā a nobis dissi-  
dent ministri.

Eiurant si-  
dem ad mu-  
tum princi-  
pum mini-  
stri.

§. 6. Deinde video eos, qui multo grauius inter se, quam nobiscum digladiantur, pacem moliri. Quid hodie vulgatus est, notiusque, quam Syncretismus praedicatorum vestrorum? Creditis eos inter se dissentire? audite Decanum & Theologos Tubingenses an. 1588. tuba terribili insonantes. Secundo dicunt, errores Zvinglianorum, & Caluinistarum, quos vocant, Pontificia idololatria longe horribiliores esse. Tertio dicunt, Zvinglianos & Caluinistas abutentes doctrina, & professione Euangelii plus damni dare, quam pontificios. 1. exemplo Pauli itaque contra eos pugnandum, 2. exemplo Lutheri optantis Zvinglium mansisse Papistam, 3. post defectionem a Papistis, plus damni dedisse, quam dare potuisset, si cum eis mansisset. Quarto, Caluinistas humanitate Lutheranorum abuti, & fraternitatem iactare. 5. Caluinistas novos errores inducere, Ecclesia intolerabiles, eosque recensent. ita disput. Heydelb. de Syncretismo. Hae cum dicant, & anno 1588. dixerint, interea nihilominus magna pars Lutheranorum ad Caluinismum migravit, etiam ipsi ministri vestri, quibus ad eiurandam fidem satis erat principum voluntas. Dicit quispiam haec dici a Tubingensibus Lutheranis; negari ab Heidelbergensibus Caluinianis. Recte dicunt Lutheranis, non recte negant Caluiniani; quamuis enim initio dicant, se a Lutheranis non nisi in vno eoque non toto articulo dissentire, hoc tamen in fine reuocant. Quibus (Tubingensibus) nos QV. hoc loco, & quam PORTENTOSA, & IN-

DIGNA Theologis vicissim obicere possemus? ita Heidelbergenses.

Sperari igitur prudenter ex DEI misericordia pax potest; sed de modo, & initio eragendum est. Ille quidem verus, & vsitatus est, quem libro de pace Germaniae proposui, ut Conciliorum priscorum scripturas interpretantium sententia stemus; sed cum nullum dari concilium, quod omnes amplectantur, in tanta dissentientium varietate possit, multa antecedant necesse est, rationesque, in undae, quas omnes ex recto iudicio comprobare debeant.

§. 7. Ratio prima concordiae est: Ut status questionis & controuersiae recte foimetur: quem magna pars disputantium, & in pulpitis stentores vestri corumpunt. Non enim quaeritur, an purum putum verbum Dei sit docendum? an ex eo definiendum? An verbum Dei reijciendum? Itaque calumniosè Bucerus in lib. de concord. inter prima dandum ceteris, ut verum Dei verbum vbiq; libere praedicetur, hoc enim iam olim dedimus. Haec ergo controuersia est. Constituto in medio Dei verbo, quod omnes sacrosanctum dicimus, vtra pars verum, & genuinum illius intellectum habeat? Nec modo inter nos, & illos, sed inter illorum sectiunculas; verè Lutherani, an Caluiniani, & Arminiani, an Gommaristae verbum Dei interpretentur? Huius considerationis haec est utilitas; primo, quod saltem quibusdam in rebus conueniant, qui pacem facturi sunt, & communia principia habeant. Neque obstat, quod illi magnam partem agnoscunt solum verbum scriptum, nos scriptum & traditum, siue 2. 7. & 9. Hoc ipsum enim disputabitur ex verbo scripto; An repugnet ei esse traditiones? An sit traditio; libros illos, quos Ecclesia pro Dei verbo venerat, esse canonicos? Nam Lutherus ipse fatetur, praedobaptismum ex scriptura euidenter non probari. Ochinus ita argumentatus est. Qui quid in scriptura euidenter non est, non est credendum, damnatio polygamiae non est euidenter damnata, ergo: atque ita ex illo principio, de solo verbo scripto, Polygamiam induxit.

Ratio pacis  
practica.

De sensu  
verbi Dei  
disputatio  
tota est.

De traditio-  
nibus ex ver-  
bo scripto in-  
dicabitur.

Neque iniquum aliquid postulo, cum hunc statum proponendum pronuncio, & flagito. Omnes errantium centuriae, vna voce ingeminant, scripturam, verbum Dei, purum putum verbum Dei. Et de sensu tamen disputant. Non ignoro plurimas disputationes esse inutiles, ut olim notauit Tertullianus; sed ad equitatem & concordiam aliquam reduci posse cunctos arbitror, si omnes de sensu scripturae disputemus, usque; Scopus vnicus proponatur.

Nulla tam  
mala causa  
est, quin le-  
gem appel-  
let.

Tu, o princeps, credis scripturae? Ego quoque, credo, imo pro vno tota aut apice mori sum paratus. Haec igitur in re consensus est. Verum hoc ex initio aliud tu, aliud ego deinceps credo. Quia aliud loquitur scriptura in meo sensu, aliud in tuo; & aliud forte in eorum opinione, quibus tu credis. Hinc igitur oritur altera quaestio; Tunc, & tui, an ego sensum verum habeam: propius igitur manus conferenda sunt.

Verus sensus  
non privato  
iudicio esti-  
mandus.

§. 8. Secunda ratio concordiae, ut simul omnes Deum omnipotentem oremus, ut cum de sensu sit controuersia, suo Deus nos lumine dignetur, ut verum eruamus, in vero confirmemur. Deinde ex idiotisimis scripturae, analogia, collatione aliorum locorum, euidenti deductione, vsu veteris Ecclesiae, Conciliorum, & Patrum de vero sensu discipremus. Multa comoda habet modus ille collationis, si inter humanos, & cum modestia fiat. Primo. Nemo nos apud ignotos, quasi scripturae contemptores sumus, reddet odiosos. Secundo. Apparebit continuo detecto fucio morbus eorum, qui ad omnia, & nobis, & sibi in vno scripturas opponunt. Tertio. Minus erit contentio, cum omnes in scripturae inuestigatione versentur; non in mutua pugna, in qua ad leuem tactum exardescunt, imo

Deus no-  
creat in-  
pium, s  
humines

Expositio scripturae punitore est.

imò vt artificij ad suspitionem tactus exclamant. Quarto. Cum duplices sint ministri, alij clamosi, eristicique, qui omnia ad opinionem suam anticipatam referunt, alij pacatores, doctioresque, horum commentarij magnam occasionem, facultatemque præstant, stentorum proteruita retundendæ. Quinto. Ministri non cogentur agere impotenter, & iracundè, quia scripturam interpretantur; nam in disputatione eristica, nisi tota bile se proluant, cecidisse causa videntur, & patiens disputator pro præuaricatore habetur. Sexto. Quamuis autem non vincatur euidenter, hoc tamen aduertet, scripturam à se non facere, verebitur etiam agmen multorum, & magnotum in altera parte. Nec me damnare poterit, quem ex suo principio non vicit.

Modus colationis ex scriptura.

Exemplo rem demonstrabo. Proverborum 16. dicitur. Omnia propter semetipsum fecit Deus, impium quoque ad diem malum. Hunc locum ita interpretantur Gommaristæ in Belgio, & qui eos sequuntur, rigidi, vt dicant. Deum creare impios, vt in eorum pœna ipsius iustitia releuat. Videantur Piscatoris theses 6.7.9. & disput. contra Vorstium. Theses sic habent.

1. Peccata fiunt Deo procurante, & fiunt eodem volente, imò omnino sic volente. Sect. 17. Item 6. & 64. & passim.
  2. Vult Deus iniquitatem fieri, etsi ea non deletur: sicut agrotus amarum potum bibere vult, et sic non deletur. Et sic dictum illud Psal. 5. Non es Deus, qui deletur iniquitate, &c. intelligi Sect. 95.
  3. Voluit Deus, vt Judas Christum proderet, & vt Judæi ipsum occiderent; quod tamen illis prohibuerat. Sect. 10. & 16. & 24.
  4. Consentaneum est voluntati Dei, quod iniustum est, hoc est, præcepto illius contrarium. v.g. homicidium illud Judæorum, & proditio Judæ &c. Ibi dem præsertim Sect. 16. & 24.
  5. Omnia fiunt ex decreto Dei, etiam ipsa peccata: & quidem ex decreto absoluto, & speciali Sect. 56. & 58. & 130.
  6. Quia Deus iustitiam, & misericordiam suã patefacere vult, ideo quoque vult, vt peccata fiat. Sect. 61.
  7. Quia Deus procurat istam patefactionem iustitiæ, & misericordiam suã, ideo etiam procurat ipsa peccata. Sect. 64.
  8. Deus procurauit, vt Absolon stupraret vxores patris suis, vt que Simei regi suo malediceret &c. Ibi dem, vti & Sect. 17.
  9. Deus destinauit omnes homines ad peccata: idque propterea, vt alios ex misericordia seruaret, alios ex iustitia puniret, ac perderet. Sect. 89.
  10. Quia Deus peccata permittere decreuit, ideo necesse est, vt illa fiant: quia secus frustra decreuisset permittere. Sect. 131.
  11. Incredulitas Judæorum (& similiter omnium incredulorum) pender à prædestinatione Dei. Idque Apostolus Rom. 9. disertè docet. Sect. 133.
- Hæc sunt ex mente Zvvinglij, Caluini, Bezae, Gómari, & aliorum. Ego alio modo interpretor, veriore & meliore. Creauit Deus impios, non inferendo illis impietatem, sed homines, quos præuidit futuros impios; & eorum impietate, quam non fecit, sed præfeciuit, vturus est ad suam iustitiam ostendendam. Creauit eum iturum in diem malum, non ordinauit, nisi ex præuisa impenitentia, in supplicium: Meam interpretatione sic probabo.
1. Verba hebræa non indicant, Deum ordinasse impiu in diem malu, aut fecisse impiu, & solus ille textus vobis est authenticus. וַיִּבְרָא אֱלֹהִים אִמְּוֹתַיִם בְּיוֹם רָעוֹ וְעַל מַלְכוּתוֹ בְּיוֹם רָעוֹ. etiam malum in diem malum, vel vt alij. Et malus, vel impius in die mala, decider, vel peribit, scil. cum enim dictioni וַיִּבְרָא nō sit appositus articulus הַיּוֹם, tam potest esse nominandi, quã accusandi casu prolata. Deinde 70. interpre-

tes sic exponunt. οὐδὲ ἀσεβῶν ἐν ἡμέρῃ κακῇ ἐλοῦνται. Impij vero in die mala peribunt. non igitur verba illa Dei ordinationem absolutam, & decretum damnandi sine culpa significant. 2. Nisi hanc interpretatione sequimur, Deum faciemus iniustum; nō potest enim sine culpa præuisa ad supplicium destinare, sicut non potest sine commissa culpa damnare. Hoc igitur crudelitatis, non iustitiæ exercitium est. 3. Deus infinite bonus est, ergo abhorret infinite ab inferenda pœna iniusta; ergo etiam à destinatione pœnæ. 4. Multo crudelius est, etiam procurare peccata. Eset enim Deus Tiberianus qualem nobis Hollandi descripserunt. 5. Ita mecum interpretati sunt Patres. Augustin. Ep. 106. ad Paulinum. Quamuis peccata non fecerit, naturas tamen ipsas, quæ per se ipsas sine dubio bonæ sunt, quibus tamen ex arbitrio voluntatis futura essent vitia peccatorum, & in multis talia, quibus esset æterna pœna reddenda, quis nisi Deus creauit?

Sine culpa nec dānas, nec punit Deus.

Testes veri sensus.

Et l. 2. contra calumnias Pelagianorum, c. 3. Omnium quidem hominum Deus creator est; sed nemo ab eo creatus est, vt periret: quia alia est causa nascendi, alia pereundi. Vt enim nascatur homo, conditoris est beneficium, vt autem pereat, præuaricatoris est meritum. In eandem sententiam conueniunt veteres patrum, totaque illa Ecclesia, quæ Augustinæ tate, & deinceps fuit. 6. Sic etiam omnes Arminiani, qui in Germania, & Gallia mitius sentiunt, imò in Britannia contra Caluinum interpretantur, qui omnino Caluini in hac interpretatione errorem condemnant. Multo vero seuerius Lutherani, qui illam interpretationem adeo impiam funestamque arbitrantur, vt integris voluminibus probent, DEVM Caluinistarum esse ipsissimum cacodæmonem.

Hoc modo si à principio Geneleos vsq; ad finem Apocalypseos scripturas scrutemur, & de vero sensu controuertamus, clarissime apparebit, à nobis nullum iota, nullum apicem verbi diuini negari, mutuari, peruerti.

Interpretatio legis est eius anima.

Hæc nobis facultas à nullo negari potest, qui modo veritatis amator sit. Efficietur autè ex ea, vt quod ante contra legem videbatur, secundum legem, & mentem legislatoris inueniatur.

§. 9. Tertia ratio concordie est, vt principes nostram doctrinam à nobis, aut è nostris libris, non à suis ministris, nostris inimicis addiscant. Nos enim coram omnium iudice, & calumniarū vindice Deo, totoque mundo, toto peccatore protestamur, plurima, grauissimaque dogmata nobis falso imponi. Probarūt hæc alij, & postremo in sua contra Pareum Antithesi Maximilianus Sandeus, & contra Jubilantes Andreas Fornèr. Cur nobis errores, quos anathematizamus, affingūt: an errare nos cupiunt? an suos fallere? Hæc ratio concordie & necessaria est, & efficax; necessaria; quia in concilijs, in colloquijs, in iudicijs de religione statur professione eius, quo cum controuersia est. Hoc igitur, quod ego sentio, oppugnadum est, non quod mihi per inscitiam, vel calumniam aduersarius imponit. V.g. aiunt, nos negare solum redemptorem esse Jesum Christum; Nos omni afferatione, etiam iureiurando contestamur, solū Jesum Christum nos redemisse. Calumnia igitur illa sopiatur, oportet, vt veritas audiatur. Efficacissima vero est hæc ratio; quia maxima pars controuersiarum concidet; imò materies famosarum concionum euanescet. Oidium. n. nobis, si tantum vera de nostra doctrina loquantur, creare non poterunt. Ad vestra igitur tribunalia stamus, Illustrissimi principes, rogamusque, vt, quod magnæ fortunæ est, & principalis officij, patrocinium veritati præstetis; nec graue est, sed æquissimum; quod postulamus. Vti nimirum pro tot accusationibus, calumnijsque, quibus ad vestras aures tra-

Materia concionū hereticarū sunt calumnie.

Sirei sum, audiamur, vt legitime damnemur.

ducti

Deus non creat impium, sed hominem.

ducti sumus, quotidieq; traducimur, vnam, non vindictam, non rationem, sed audientiam præbeatis. Si pacem amatis, si Christianam caritatem tenetis, si naturæ legibus ducimini; audite, quid sentiamus, quid damnemus. Audite, sed à nobis, non ab inimicis nostris. Judicis officium est, diligenter cognoscere. l. cum ij, §. si prætor. de tran. in π. Deinde ne temere rumoribus moueatur, nec immeritos, & fama aduersa notatos iudicet, sed plena disquisitione indaget. Cur nos accusant, vbi defensio nostra non auditur? Maledicunt vestri ministri, non accusant. Aliud est enim maledicere, aliud accusare, (Cicero pro M. Cælio) *Accusatio crimen desiderat, rem vt desinat, hominem notet, argumento probet, teste confirmet.* Si maledicimur, è contrario benedicemus; si accusamur, defensio audiat. Violentissima enim calumnia opprimimur; malitiose namq; & mendaciter nos infamant, de erroribus, quos vel morte fugere parati sumus.

*Isoluit iudex, quem audire formidat.*

*Vbi nemo honestus esse putatur, sine verecundia delinquitur.*

*Infamant gravissime, vt indigni audicione videamur.*

*Contra tot innocentia testimonia audiri detractor non debet.*

*Vinciri melius est, quàm pati calumniam.*

§. 10. Quarta ratio concordia est, vt calumniarum de moribus sit modus. Antiquè est Satanæ artificium optimos infamare, vt cum alij aperte sint mali, alij fide boni, si eos quoque, qui vere & sincere virtutem colunt, cum inimum suspectos faciat, nemo credatur esse bonus, ideo nec esse posse, cum alioqui summum hoc sit solatium malorum, bonos carpere. Cato quadragies quater causam dixit, & semper absolutus est. Plin. l. 7. c. 28. Nunquam tam multa, tam fœda calumniarum genera audita sunt, quam nostro sæculo, de Bellarmino, de Pontifice, de Societate nostra. Si vera sunt; iudicium date; Heidelbergam, Hagam comitis, Londinum ibimus, compareat accusator, crimen probet, noxæ nos ipsi dabimus. Necessaria est illa ad Concordiam, & efficax ratio. Nam inimici nostri infamare nos conantur, ne audiamur, nam si audiamur, vicimus. Vbi Christiana mansuetudo, vbi iustitia est: Si non modo vt Antichristianus ob religionem, sed etiam vt adulter, fur, seditiosus, regicida traducor, & cum me offero iudicio, non audior? Si occidere vultis, damnate auditum, vt Republicæ, non calumnia meum sanguinem impendisse videamini. Quid iustitia naturalis postulet, videtis. Non doctrinam modo Catholicorum doctorum, sed vitam infamant ministri vestri, extra ordinem vero, & insignite Societatis. Nullum crimen est, cuius nos reos non faciant; nullum supplicium, quod nimium esse censeant, nullum odium totius mundi, quod par sit nostræ malitiæ. Nunc Deum, hominesq; obtestor, in ius vocate, crimen probate, liceat mori, si non iure, saltem ritu, & processu damnatos. Inter tot maledicos, & conuictatores quærimus accusatorem, forum eius sequemur, nullum erit, in quo non sit aliquod innocentie præfidium. Sunt Reges & Principes nostrarum rerum cõscij, sunt prælati, optimates, nobiles, Senatores, ciues, opifices, famuli, tot myriades studiosorum adolescèntium, & virorum, inter hos Lutherani, & Calviniani, imo à religione Apostatæ. Si his omnibus ignota sunt nostra crimina, quibus sunt tamen collegia peruia; vnde vobis cognita sunt? Si his nota, ecce producite testes, litem contestamini, conuincite. Mihi aliquando in mentem venit suadere P. N. Generali, vt quoniam tot contra nos calumniæ indices nascuntur, omnia Imperatorum, Regum, Principum, Præfulum, Rerumpublicarum, ciuitatum, curiarum diplomata, quæ de nostra innocentia testimonium ferunt, in lucem edi curet, & sane prudenter fecerit. Quæ enim erit frons tam ferrea, quod os tam durum, vt si videat mille Monarcharum, Principum, Rerumpublicarum aliorumque magnatum testimonia pro innocentia; & quidem eorum, qui nos familiariter norunt, qui in res nostras, vitamq; inquisuerunt, adhuc calumniari auit? Verum ista statuat, cuius id muneris est. Nunc accusari opto, è vinculis causam dicam, modo ad vin-

cula, è quibus causam dicam, admittar. Non potest aliter pax fieri; nisi infamia dematur innocentibus. Cum enim sciant, famam vita præstantiorem esse, ne pugnare & disserere cogantur, per infamiam sepultos volunt. Hoc vos, Illustrissimi Principes, ideo facilius concedetis, quia vel Lutherani estis, vel Reformatam, vt vocant, doctrinam sequimini, & si hanc; vel primo reformatam, vel nouissimè interpolatam. Si Lutherani; omnes Calvinianos ministros pessimos calumniatorum existimare debetis, si vestris creditis. Si Reformati, idem de Lutheranis iudicandum est. Si igitur omnium vestrorum est illa querela, meam quoque admittite.

*Lutherani & Calviniani ministri se mutuo infamant.*

§. 11. Sexta ratio concordia est, vt propria impedimenta remoueantur, propria voco, quæ in vestris hærent partibus, & tamen remoueri facile possunt.

§. 12. Primum impedimentum est, Præiudiciorum & antecuratio, quæ ad aliena quæcumq; cohortescit. Sed hoc tolli potest varietate, & altercationibus dissentientium, deinde mutationibus religionum; omnes certissimi erant maiores vestri sed mutarunt tamen. Ipsi ministri vestri occisio Zvinglio venerunt in Germaniã, victis Protestantibus Lutheranis fugerunt in Helucriam, & suos Lutheranos facti Calviniani merito victos assueuerunt. Nunc etiam vt quisq; principum in diuersam religionem abijt, turbam ministrorum trahit, retrahitq; & creditis eos esse Dei cultores, & non potius potestatis vestrae assentatores? Quæ igitur est fiducia causæ toties desertæ? causæ, cuius assentores in altera parte steterunt?

*Firmum nõ est, quod in diem mutat.*

§. 13. Alterum impedimentum est iam olim sublatum, nempe scandala vtinq; data, accepta. Nam ante multos annos Bucerus in libr. de concordia Christiana, sui Euangelij impedimenta recenset, *impiam ritam Euangelicorum.* Si igitur Euangelicorum impietas nos ab eorum societate & consortio deterere debet, non est, quod nostra peccata magnopere illos à veteri fide arceant. Præsertim cum ad morum malitiam accedant nozarum hereseon inuentiones. *Hu omnibus accessit, inquit Bucerus p. 65. non exiguum esse eorum numerum, qui à ceremonijs Papsicis recesserunt, & de Euangelicæ reformatione gloriantur, eo præterea & iactantia multas, malas, venenatas hereses, & sectas, seditiones, & tumultus inceptarunt, hodieq; inceptant.*

*Perinque sunt scandala, quod vos ex natura doctrina.*

§. 14. Tertium impedimentum, ne nos ad vos accedamus, est; ne toti reliquo oçbi Christiano dissimiles, & relicta vniuersali Ecclesia, vni vnus anguli occultæ particule similes simus: nobis vero obijciat Augustinus, quod Donatistis, qui in sola sua parte Ecclesiam mansisse gloriabantur. Vos autem, o Principes, si vestros auditis, solitariam fidem tenetis. Quis enim Lutheranam cum vicinis fidem communè habet? Quis rigidam cum parte Geneuensium tuetur? Omnes vestri particulas faciunt, quia pacem cū parte non tenent, quia contra totum bella gerunt. Hoc igitur vobis incitamentum esse debet, vt toti corpori coniungamini, à quo diuulsi estis.

*Vna particula non est Ecclesia.*

§. 15. Quartum impedimentum recenset Bucerus, *Impeditimè timorem prælatorum Catholicorum, ne dignitatibus excidant. Quod grauissimum esse arbitratur. Verum Ecclesiasticum hoc in vos retorquet ipse, o Principes, plures enim prælaturas vos possidetis; ideoque tam vos timere, quam Catholicos potestis. Verum hoc quoq; impedimentum neminem amplius remoratur. Nostri Prælati non modo dignitates, sed & sanguinem pro fide pacisci sunt parati. Deinde quid magnopere mali accidet deficientibus à fide parentum? Si plures id faciant, & potentes, non opes modo retinebunt, sed hereditarias facient etiam; vxor enim adijcitur, neque enim clam est, quid Alberto Brandeburgico Electori Moguntino suaserit Lutherus. Canonice etiam, Parochique nostris sua relinquitis, si ad vos venerint.*

CAPVT XLV.

*Pœna seditiosorum & rebellionum graues constituta sunt.*

§.1. **M**VLTVM interest quomodo instituta seditio- nes sint; aliquando inter se subditi discordant, aliquando contra magistratum insurgunt, interdum intra verba, accusationes, & conuitia consistunt factiones, ad pugnas, & caedes interdum animi exardescunt. Magni etiam refert inter vrbanos, & agrestes, an inter armatos seditio nascatur. Armatorum enim tumultus haud facile compescuntur sine ferro. Rarè in castris Romanis seditioes fuere, magna enim erat reuerentia iuris iurandi. Posthumium consulem inficiantem, quas promiserat preda, lapidauit miles; sub Appio Claudio vincere noluit. Posterioribus saeculis cum potestas magistratuum creandorum in castra esset translata, etiam seditioes eo migrarunt.

*Varia seditio-  
tionum ge-  
nera.*

§.2. Seditioeum pœna ordinariè capitalis fuit, nisi multitudini parcendum misericordia diceret. Hoc Dio Cassius de atroce intelligit. Si intra vociferationem, aut leuem militiæ querelam stetit, militiæ gradu deicitur. Si miles vitam tenuisset, militiam mutabat. Et quidem vltimum supplicium seditioem moueti decretum est, et illis qui appellant, non n. appellatio- ni deferretur, sed statim debitâ pœnâ reus plectitur. Cui n. quatuor sint genera criminu maiestatis. Primu cum imperiu ambitur, aut persona principis impeditur, aliter cu proditio agitur. Tertius cu seditio instituitur. Quartus cu alia leuioia contra principem attentantur, moras non permittunt mala. Interim omnia crimina maiestatis, aut imediate, aut sane mediate ad turbandam Remp. grassantur. Hinc nullus in hac causa tormentis eximitur. Valent. Valens Gratian. statuerunt cod. 9. t. 8. Nullus omnino cui inconsultis ac nescientibus nobis fiduciarum tormenta inferuntur, militia vel generis aut dignitatis defensione vti prohibeatur, excepta tantum maiestatis causa, in qua sola omnibus aqua conditio est. Dat. 8. Id. Iul. Valeriano N. P. & Victore Cons. Sic Tiberius & Caius Gracchus concursu hominum occisi sunt. Eodem modo Carbo quasi ab ipsa Republica interfectus est.

*Seditiois  
pœna capi-  
talis.*

*Seditio cri-  
men maiest.*

§.3. Domus etiam publicari aut deijci solent. Mælij domus deiecta est, & locus appellatur. Quimæliu. Saturnini et aedes dirute sunt. Nec modo domus eorum, qui seditioe concitarunt, sed et in quibus vitæ coitiones fuerunt, dirute sunt. Interdum monumeta sceleru statuuntur, vt Aquigrani, & Fræcofurti factu vidimus.

*Omnes tor-  
queri pos-  
sunt.*

*Domus de-  
iecta.*

§.4. Jus Canonicum, si moniti ad pacem redire nolunt, seditiosos excommunicat d. 90. c. fin. Perlatu est ad sedem Apostolicam, aliquos vestrorum nocere fratrib. velle, & vt cadant, decertare: similiter in sacramentis, discrepare: & ob id contentiones, & amulationes fieri inter vos: a quibus dis- fensionibus vos auertere, & in his omnibus concordare, & opem ferre vicissim mandamus. Nam si hoc agere cito neglexeritis, & vicissim reconciliari non studueritis; ab Apostolica sedis, & totius Ecclesie communionem vos pelli non dubitatis. Sacris initiari vetat d. 46. c. 8. Seditiosarios statuimus nunquam ordinandos clericos, sicut nec vsurarios, nec iniuriaru suarum vltiores. Initiati honore priuatur c. Conspirationu 11. q. 1.

*Excommu-  
nicantur.*

*Non ordi-  
nantur se-  
ditiosi.*

§.5. Grauitas pœne pro culpa magnitudine, & pœsonarum dignitate pœsatur. Autores n. seditiois, aut in furem tolluntur, aut bestijs obijciuntur, aut in insulam deportantur iure veteri. In Germania in partes quadripartito secantur, & palpitibus cor eximitur; intelligenda ista sunt de seditioe vere attentata, & cum aliquo affectu, aut preparatione ad agendu; nec n. lubricum linguæ facile ad pœnam trahendum est. Iure n. Roman. grauissima multa, non morte punitur qui tentauit seditioem mouere. I. r. de seditiois spectaculis illi interdicebatur. Demetrius Cynicus a Vespasiano relegatus est in insulam, quod de rep. parū caute disputaret. Diogenes quidam idem ausus virgis caesus est.

*Pœna sedi-  
tiosoru sur-  
ca, bestie,  
deportatio  
in insulam.*

*Dissectio.*

*Multa.*

*Spectaculo-  
rum prima-  
tio.*

nerint. Hoc igitur impedimentum a vestris ministris remouendum est, quorum centurias ad Catholicos breui migrare videretis, si esset, vnde eas cum familia aleremus.

Quantum impedimentum est salutis incuria. Magnam, & quo se homines occupati excusant. Quia enim melius aliquid nondum apparet, in eo, quod semel instituerunt iter, permanent. Non scientia boni, in quo sunt, sed ignorantia meliorum.

Multa sunt nihilominus, quae ministros vestros mouere possunt, vt seriam aliquando salutis suae curam suscipiant; atque de ea nobiscum tractent. Primo. Cum animaduertunt, se nullum habere fundamentum, cui insistant. Nam scriptura niti non possunt, nisi Hebraicè, Chaldaicè, Græcè doctissimi, ceteri authentica scriptura carent, vt supra, cum de scriptura agerem, docui. Secundo. Antiquitatem suam dubiam timentur: nemo Lutherum, nemo Caluinum, nemo vllum in solidum sequitur, singuli sibi sunt Magistri, hac ratione quando eos luctari cum dubitatione est necesse, parique cruciatus, & conscientiarum laniationes; magno quotidie tormento ad veritatem impelluntur, omnis fluctuatio vectores periculi admonet; & quomodo ministri certi sint, quando Lutherus ipse dubitauit, in colloq. Isleb. fol. 96. §. 3. Sape sic mecum cogito; propemodum nescio, quo loco sim. & vtrum veritatem doceam, nec ne.

Tertio. Duo sunt, quae maxime eos affligunt, & quasi retorto collo ad veterem religionem trahunt, inter sacrum enim & Saxum constituti, non nisi singularissimo adiutorio possunt euadere. In singulas namque horas imperium mutandae religionis expectant. Si vehementer id, quod nunc sentit princeps, tanquam Orthodoxum inculcent, maiore infamia paulo post mutandum est. Si languide; praenunciatio- nis arguentur. Hinc igitur confidenti loquentia, inde perpetuitatis desperatio, duo pugnantisima mala animam vastant: vt velledcirco ad religionem veterem, per annos mille sexcentos constantissimam redire velle debeant. Denique nisi maturo consilio, magno zelo, germana sinceritate de vera religione constitua- tur, initiumque conueniendi, audiendique fiat, in Turcismum paulatim perfidia desinet; inualefunt Arriani, Samosateniani, Oskorodiani siue Sociniani: Christi meritum, diuinitatemque negant, aliaq; docent, quae cum Mahometanis eos facilius, quam nobiscum conciliabunt. Quae cogitatio quicquid incuriae, aecidiae, negligentiae animis dubitantibus inest, facile excutiet.

Quia itaque nos Ecclesia derelicta fors exire, & ad vos venire non possumus, vt vos magis ad Ecclesiam matrem, & ad nostram fraternitatem reuertamini, quibus possumus hortamentis petimus & precamur. Quod si non impetramus; hoc saltem date, vt causam nostram audiat. Eamque vel probetis, vel quid probandum sit; intelligatis.

Christum solum verum Deum, Dei filium patremque eius, & Spiritum sanctum veneramus, scripturae auctoritatemque tenemus; de eius sensu cum vestris controuertimus, nihil non orthodoxum docemus, inauditi damnari non possumus, nobile iudicis officium imploramus, causam dicere, quaecunq; conditione parati sumus. Omniura reddere rationem & possumus, & volumus; tantum ne lingua vestrorum ministrorum, quae est nostra foranax quotidiana, prauidicio occupet animos, alioqui iuste iudicatos. Haec Deum, hominesque contestamur, causam nostram probaturi, si audiamur; in- defendenti, sed innocentes morituri, si negligamur.

*His agit  
sacra per  
varias se-  
ctas, ne vlla  
sua cure-  
tur, quae est  
pessima se-  
ditiarum.*

*Inanis fide-  
lia semper  
faciunt.*

*Ministri ser-  
uati mutua-  
tionis impe-  
dium, lan-  
guis here-  
doxiae su-  
biciuntur.*

est. Crates Cynic<sup>o</sup> capite plexus, Dio in Vespas. Quod si saepius tentarint, gladio feriuntur. Callistrat. c. 28. §. solent de poenit. l. 48. tit. 19. quamvis interdum exilio, interdum fustuarii puniuntur. Lex ita habet. Solent quidam, qui vulgo se iuvenes appellant, in quibusdam civitatibus turbulentis se acclamationibus popularium accommodare, qui si amplius nihil admiserint, nec ante sint a praeside ammoniti: fustibus casti dimittuntur, aut etiam spectaculo eis interdicitur. Quod si ita correcti, in eisdem deprehendantur, exilio puniendi sunt, nonnunquam capite plectendi, sc. cum sapius seditiose & turbulente se gesserunt, & aliquoties adprehensi, tractati clementius, in eadem temeritate propositi perseveraverint.

Fustuarii.

Exilium.

Mors.

Nec aliud apud Christianos usitatum fuit, anno 788. ut auctor est Sigebertus, Hardeneus, alique nobiles ob seditionem, a Carolo Magno caesi sunt. Quin Pipinus Caroli filius in monasterium quidem retrahitur, sed qui illi auctores in patrem conspirandi fuerunt, supplicij afficiuntur.

Sorte delectus ad mortem.

Decimatio.

Obuiorum occisio.

§. 6. Vbi a multitudine peccatum est, pars aliqua poena involuitur, ita tamen ut metus ad omnes perveniat. Julius Caesar ita militem composuit, ut forte ad necem deligerentur aufuri quique; Macrinus quoque decimavit sic poena ad paucos, metus ad omnes pervenit. Leontius praefectus cum Auriga per seditionem peteretur, qui crimen admiserat, obuios quosque; corripit & suspendi iussit. Hoc sane magno opere improbat, cum incautissimum, quamvis non innocentes, forte maximas dant poenas. Melior itaque decimatio, vicestimatio, centestimatio, & usitatio, quia paucis sanguine multum timorem adfert.

Vestitu interdiciore Rogus. Crux.

§. 7. Cum Aeginece cladis nuncius solus redux, omnes Athenienses interijisse narraret, invidia viduarum, quarum mariti interierant, acubus sibilique; confixus est: Senatus Arcopagiticus eo vestitu genere, quo tunc induta fuerunt, postea uti vetuit. Muliebre sed malevolam seditione civili poenam, & pro fragilitate texus, graui tamen persecuti sunt. Multitudini itaque; parcedum est ad quosque; lex indicat l. 48. tit. 13. Transfuge ad hostes vel consiliorum nostrorum renunciatores, aut viue xuruntur, aut furca suspenduntur. Et: Auctores seditionum aut tumultuum populo concitato pro qualitate dignitatis aut in furcam tolluntur, aut bestijs obijciuntur, aut in insulam deportantur. Ad hanc legem respicit etiam Codex l. 9. tit. 30. Si quis contra euidentissimam iussionem, suscipere plebem & aduersus publicam disciplinam defendere fortasse tentauerit: multam grauissimam sustinet. Et: In nullis locis aut civitatibus tumultuosus clamoribus cuiusquam interpellatio contumeliosa procedat, nec ad solam cuiusquam inuidiam petulantia verba tacentur: scituri his, qui huiusmodi voces emisserint, mouerint, tumultus, se quidem fructum ex his quae postulant, nullatenus habituros, subdendos autem poenis istis, quas de seditionis & tumultus auctoribus vetustissima decreta sanxerunt.

Stramenta discinctos secare.

Itaque seditionis participes moderatius, sed auctores grauius puniendi sunt. Cum auctores incerti sunt, multitudo leuius punitur, ita C. Curtius fecit, Front. l. 4. c. 1. Curio Cos bello Dardanio, circa Dyrrachium cum ex quinque legionibus vna, seditione facta, militiam detraxisset, secuturamque, se remeritatem ducis in expeditione asperam & infidiosam negasset, quatuor legiones eduxit armatas, & consistere omnibus, directis armis velut in acie iussit, post hac seditionem legionem inermem procedere, discinctamque, in aspectu armati exercitus, stramenta coegit secare: postero autem die similiter fossam discinctos milites facere, nullisque precibus legionum ab impetrari potuit, ne signa eius submitteret, nomeng, aboleret, milites autem in supplementum ceterarum legionum distribuere.

Persona rei causam meliorem vel deterioem facit.

§. 8. Maledici in principem aliquando tolerantur. Modestinus. Persona, scilicet in hoc crimine, spectanda est, an potuerit facere, & an cogitauerit, & an sana mentis fuerit: nec lubricum lingua facile ad poenam trabendum est. Quamquam enim remerari poena digni sint, ut insensum tamen, istis parcendum est, si non tale sit delictum, quod vel ex scriptura legis defendat, vel ad exemplum iudicandum est.

Theodosius Arcad. Honor. AAA. edictum c. 9. t. 7. lenissimum est. Si quis modestie nescius & pudoris ignarus, improbo petulantiq; maledictionum nomina nostra crediderit laceranda, ac temulentia turbulentus obrectator temporum nostrorum fuerit, eum poena notamus subiugari, neq; durum aliquid, neq; asperum volumus sustinere: quoniam si id ex lenitate processerit, contemnendum est: si ex insania, miseratione dignissimum est: si ab iniuria remittendum. Unde integris omnibus, hoc ad nostram sententiam referatur, ut ex personis hominum dicta pensemus, & utrum praetermitti, an exquiri debeant, censeamus. Quod si tamen exempli sit perniciosi, vel sane seditionum initia, spargant conuitia, insania illa graui poena coercenda est.

Maledicta seditionum initia.

§. 9. Aliqui vero principum se uere eam quaestione exereuerunt. Paconianus Tiberij tempore ob carmina in principem factitata in carcere stragulat<sup>o</sup> est. Caligula multos interfici curauit, qui blaediendo dixerat; Iuuenis Auguste, contemptum se ratus. Harum rerum si quis Catalogum exquirat, Vitae Caesarum dabunt, apud quos plurima verborum supplicia legimus.

Verba inter dum morte plectuntur.

§. 10. Jure merito maledici, conuitiatores, irrisoresque; principum grauius puniuntur, & quamuis pius sit diuinitusque; legibus consentaneum offensas iniuriasque; remittere, nec verba exilijs aut tormentis plectere, graui est scelere se principis obstringant, cum temere ob prolata verba, in corpora sauiunt. Interdum tamen punire licet, imo oportet. De hoc itaque negotio ita statuendum est.

Diuinitus conuicia puniuntur.

PRIMO. Graue scelus esse principi maledicere, de fama eius detrahere, occulta peccata prodero, vera augere, falsa affingere, ita diuina oracula: *Dij non maledices, & principi populi tui non maledices.* Ex. 22. 9. & Num. 12. Maria soror Moysi lepra percussit. *Qui iratus abiit: nubes quoque, recessit qua erat super tabernaculum: & ecce Maria apparuit candens lepra quasi nix. Cuique; respexisset eam Aaron, & vidisset persusam lepra, ait ad Moysen: obsecro Domine mi, ne imponas nobis hoc peccatum, quod stulte commissimus, ne fiat hac quasi mortua, & ut abortiuum quod proicitur de vuluamatri sue. Ecce iam medium carnis eius deuoratum est lepra.*

Peccati circumstantiam & grauitatem perpende, Maria a mulatione & contentione muliebris tracto in causam Aarone, locuta est contra Moysen: *Nonne soli Moysi locutus est Dominus? nonne & nobis locutus est?* Vbi dicebat Maria; illa n. prophetis erat, & Aaron, ppheta; sed Moysi ut maiori honorem debebant. Maria tam seuerè punitur, ut medium carnis de uoret lepra. Quod Aaron poenam euadat sacerdotio debuit, noluit Deus enim eum publico dedecore afficere, ut Mariam, quod nisi Moyses pro sorore preces fudisset, dubio procul lepra celerrime consumpta, morte poenas lussit.

Donat dolois tuos foruunt

SECUNDO. Morte punire eos qui maledici in reges sunt, licitum est. Canon Apost. 83. citatur: *ἵσως ἰβελ-σσι βασιλέα, ἢ ἀρχιερατῆρα πρῶτον, καὶ εἰ μὴν ἀληθεὶς καὶ δαρεὶ ὁμοῖ, εἰ δὲ λάϊκος ἀποελεσθῶ,* si quis contumelia affectit regem, aut principem, poenas luito, si quidem clericus, deponitor, si laicus, communione priuator. Hic inquam Canon mortem non decernit, sed depositionem & excommunicationem, idco *πρωτοειας* quidam non recte vertunt supplicium.

Græcis lex erat ut maledici in vincula ducerentur, eo more seruato Nauium poetam Triumviri in carcerem coniecerunt. Gell. 3. c. 3. Dio refert iniurias omnes in principem commissas, impietatis fuisse causas. Paconius ob carmina in principem edita in carcere strangulatus est. Itaque neque simpliciter remittitur, sed principis est astimatio, ut ille hominum dicta penset ex personis, an praetermitti, an exquiri debeat. Certe semper maledicta in magistratum inter crimina Maiestatis habita sunt, & sunt interdum admodum iniuriosa pariter & seditiosa. Cum igitur magistratus, qui vicarius Dei est, ignominia afficitur, potest publicam iniuriam vindicare,

dicare, cum ex maledictis incitamenta tumultuum oriuntur, suam famam negligere non potest, ut cui salus subditorum innititur. Causa est, quia Rempublicam grauius lædit, dum capiti auctoritatem detrahit, eumque quem loco Dei omnes reuereri oportet, contemptibilem facit aut exotum. sunt enim illa omnia ad seditiones & secessiones incitamenta.

Amici cõn-  
ratorum nõ  
puniendi.

§. 11. In amicis coniatorum & liberis scuire non licet. id enim diuina lege vetatur. Deut. 24. 16. & 4. Reg. 14. 6. Cumque obtinisset (Amasias) regnum percussit seruos suos, qui interfecerant regem patrem suum: filios autem eorum qui occiderant, non occidit.

Mors ami-  
corum peri-  
culosa.

In Perfide itaq; crudelis erat, & iniusta consuetudo, ut eorum liberi & vxores, adeoq; familia occiderentur, qui in regem aliquid moliti essent. Justin. l. 10. Plutarchus in Artaxerxe. idem fecerunt reges Israel plerique, qui prædecessorum omnem familiam debebant, ne aliquis vltor existeret. Eadẽ lex apud Macedonas fuit, ut narrat Curtius lib. 6. Lex improba, & periculosa; vnus enim delicto totam familiam perire, nulla æquitas finit. Periculum vero quantum inde regibus creatum sit, quis conijcere nequit, cum pro vno percussore multi viri fortes periculum fugã, cœde, & proditione dicuntur omnia molirentur. Hinc regum continuã cœdes, nihil obstante legis seueritate. Archelaus occidit Alcteam cum eius filio Alexandro, ipse interfectus est ab adolescente, cui illuserat; secuti sũt Orestes, Archelaus, Pausanias, quibus extinctis breuissimo interuallo, iterũ ad Amyntam regnum delapsum est. Eius filius Alexander occisus est ab Alorite, Alorites à Perdica. Deniq; huius legis occasione occisa est tota progenies Alexandri, Cassander enim occidit Olympiadem Alexandri matrem, Roxanen Alexandri coniugem, cum filio eius Alexandro, Barfencem alteram vxorem cum filio Hercule. Demades etiam orator ab Antipatro occisus est, trucidato prius in eius amplexu filio. Verum nihil effectum tanta seuitiã, Filius Antipater occidit matrẽ, Alexander alter filius occidit fratrem Antipatrum, Demetrius Alexandrum. Ita eodem pene tempore Alexandri stirps sublata est à Cassandro, & Cassandri ab æmulis, & vtrinque in feminas seuitum.

Laudata est Mithridatis regis clementia, qui cum de Attilio infidiatore supplicium & de coniatoris sumptisset, seruos, quod nõ sponte, sed infelice necessitate deliquissent, dimittit. Hac de re extant leges Arcadij & Honorij mites & æquitati consentaneæ. c. 9. 8. ad legem Juliam Maiestatis. Quisquis cum militibus vel priuatis vel barbaris scelestam inierit factionem, aut factionis ipsius susceperit sacramentum, vel dederit, donec etiam virorum illustrium, qui consilijs & consistorio nostro intersunt, senatorum etiam (nam & ipsi pars corporis nostri sunt) vel cuiuslibet postremo qui nobis militat, cogitauerit: (eadem enim seueritate voluntatem sceleris, qua effectum, puniri iura voluerunt) ipse quidem vtpote maiestatis reus, gladio feriatur, bonis eius omnibus fisco nostro addictis. Filij vero eius, quibus vitam imperatoria specialiter lenitate concedimus, (paterno enim deberent perire supplicio, in quibus paterni, hoc est, hereditarij criminis exempla metuuntur) à materna, vel auita, omnium etiam proximorum hereditate ac successione habeantur alieni, testamentis extraneorum nihil capiant, sine perpetuo egentes & pauperes, infamia eos paterna semper committetur, ad nullos prorsus honores, ad nulla sacramenta perueniant: sint postremo tales, ut his perpetua egestate sordentibus, sit & mors solatium, & vita supplicium. Deniq; iubemus et eos notabiles esse sine venia, qui pro talibus vnquam apud nos interuenire tentauerint. Ad filias sane eorum, quotlibet numero fuerint, Falcidiam tantum ex bonis matris, siue testata, siue intestata decesserit, volumus peruenire, ut habeant mediocrem potius filia alimoniam, quam integrum emolumentum ac nomen heredis. Mior enim circa illas debet esse sententia, quas pro infirmitate sexus minus a iuris esse confidimus. Emancipationes, quoq; qua à prædictis

Bona heredi-  
bus sediti-  
osorum au-  
feruntur.

sue in filios, post legem duntaxat latã, siue in filias fuerint collata, non valeant. Dotes, donationes, quarumlibet postremo rerum alienationes, quas ex eo tempore qualibet fraude vel iure factas esse cõsiterit, quo primum memorati de inuenda factio- ne ac societate cogitauerint, nullius statuimus esse momenti.

Vxores sane prædictorum recuperata dote, si in eã conditio- ne fuerint, ut qua à viris titulo donationis acceperunt, filiis debeant reseruare, tempore quo vsu fructus absuntur, omnia ea fisco nostro se relicturas esse cognoscant, qua iuxta legem filiis debebantur, & Flacidia ex his etiam rebus, filiabus tantum, non etiam filiis deputata videatur. Id quod de prædictis eorũq; filiis cauimus, etiam de satellitibus conscijs, ac ministris filijsq; eorum simili seueritate censemus. sane si quis ex his in exordio inita factionis, studio vera laudis accensus, in tam prodiderat factionem, & premio, & honore à nobis donabitur. Is vero qui vsus fuerit factione, si vel sero (incognita tamen adhuc) consiliorum arcana patefecerit, absolute tantum ac venia dignus habebitur. In quibus multa specialia ad auertendum facinus constituuntur.

§. 12. Si quis principem & magistratum subordinatum violet, si pro cõsules, si vicariũ principis, si filium designatum successorem, idem crimen maiestatis committitur. Nam cum dicitur hoc crimen committi, si quis magistratum populi Romani violet, non intelligitur de solis consulibus vel Augusto. Sane si quis apparitores verberet, capite puniri solet, quod tamen intelligendum est, cum muneris sui functionem exercent. Alioqui sane Maiestatis rei non erant, qui se Neronis aut Cai satellitibus, præfectisq; noctu grassantibus opponebant, cum non ipsi ciues, sed familiares principum seditiones, & turbas mouerent. Neq; sacri Canones eos, ut clericorum percussores puniunt, qui noctu habitu sæculari, aut etiam discurrentes reprimunt. Diferte dictum est, si inferior magistratus officio fungatur, seditiosum, aut turbatorem videri, qui illi sese opponit, non autem si alia agat; Meretrix Romæ absoluta est, quæ Edilem commessabundum excludit, & vi irrumperere conatũ lapidis icetu vulnerauit.

CAPVT XLVI.

Bonum ciuem interdum alteri, interdũ neutri se parti adiungere.

§. 1. SOLONIS lex à multis agitata est, quam Gellius Solon ciuẽ, qui nullarũ qui nullarũ diffensio populũ in duas partes fieret, & ob eam causam irritatis partium est, animis vtrinq; caperentur, pugnaretur ue: tum qui in eo tempore, in eoz, casu ciuilibis discordie non alterutra parte se cõiungit, exulare cogit. xerit; sed solitarius separatusq; à communi malo ciuitatis secesserit, is domo, patriã, fortunisq; omnibus careto, exul extorrisq; esto. Alij plane contrarium sentiunt, in ciuilibus bellis & seditione à turbis secedere.

§. 2. Mihi in re difficili, quæ tamen sepe vsu venit, distinctione vtẽdum videtur. Distinctione Personarum, & controuersiarum, de quibus sigillatim dicendum est.

§. 3. Aliquando seditiones concitantur, ut anceps sit, quæ pars legitimam causam foueat, secedit populus, nexos liberat, sed contra ius ac fœdera à patricijs concitatus. De Cæsaris & Pompei bello longa disceptatio fuit. Victrix causa Deis placuit, sed victa Catoni. Itaq; magno se iudice quisquã tuerit, & posteri quoque Pompeiani fuerunt, etiam in regno Cæsarium.

Vadit adhuc magnus populis communiatribus exul. Tam mala Pompei, quam prospera mundus adoret. Hac ergo in cõtrouersia abelle à turbis consultũ fuit: Cum causa ita fecit Pompei Articus Ciceronis amicitia, quã dubia est, à vlla alia re, clarior. Ratio in promptu est. Cum enim partibus bellum dubium est, non licet in illud nomen dare illi, qui liber est, nisi alterius partis causam putet esse iustam. Id multo minus in seditione, & bello ciuili permissum est, atrocius enim est ciues opprimere, quã

exteros. Rectè igitur Atticus. Eadem pene in sententia Justus Lipsius cent. 2. ep. 24. Verum ille se non miscere ait, nec tamè rem definit. l. 6. polit. c. 7. etiam distinctione vitur. Itaque quamvis omne bellum est triste, maximè civile, tamen necessitate aliquando gerendum est. Civile tamen magis fugiendum, quam externum, quia crudelius est. Hoc initio ostendi, vt nunc testimonio Augustini consignare iuuat, vt appareat quam rectè sentiant, qui illud fugiunt dum possunt. Aug. l. 3. de ciuit. Dei c. 23. *Sed iam illa mala breuiter. quantum possumus, commemoremus: quæ quanto interiora, tanto miseriora extiterunt: discordiæ ciuiles, vel potius in-ciuiles: nec iam seditiones, sed etiam ipsa bella vrbana, vbi tantus sanguis effusus est: vbi partium studia, non contentio-num dissensionibus, varijsque vocibus in alterutrum, sed plane iam ferro armisque seuebant: bella socialia, bella seruilia, bella ciuilia quantum Romanum cruorem fuderunt, quantum Italiam vastationem desertionemque fecerunt? nam antea quam se aduersus Romanam sociam Latium commoueret, cuncta animalia humanis vsibus subdita, canes, equi, asini, boues, & quæque alia pecora sub hominum Dominio fuerunt, subito efferrata, & domestica lenitatis obliua, relictis tectis, libera vagabantur: & omnem non solum aliorum, verum etiam dominorum auersabantur accessum, non sine exitio vel periculo audientis, si quis de proximo vrgeret. Quod quanti mali signum fuit? Quod si hoc signum fuit, quod tantum malum fuit, quantum malum fuit illud, cuius hoc signum fuit? Hoc si nostris temporibus accidisset, rabidiores istos quam illi sua animalia pateremur.*

Ciuile bellum magis vitandum quam externum.

Rabies ciuili belli.

A iusto ciuili bello abstinendum.

Cum causa nota est, bellum gerendum est.

Hæc tanta mala in causa dubia excitare, aut adiuuare, nequaquam boni ciuis est. Tot corruerunt Mariano & Syllano bello, tot in pace, & tamè adhuc disceptatur cuius causa iustior, Syllam optimates, Marium plebs defendit, crudelitatem vtriusque, vtrique derestantur, funera suorum lugent.

§. 4. Boni etiam viri est à controuersis ciuilibus abstinere, quamuis vnus partis iustam causam cernat, si altera pars iniquam tueatur, sed quam ipsa probabiliter iustam existimat, idque si videat futurum, vt valde cruenta sit victoria, & clades maior quam pro delicto, quod in bellis ciuilibus ordinarium est. Itaque licet Sulla iustam causam defenderit, (ita enim esse sinamus) boni tamen viri qui victoriam probabant, crudelitatem exhoruerunt. Non tenetur ille in castris Sullæ pugnare, quia victoriam cui tanta crudelitas est comes, & maius malum, quam bellum ipsum, promouere. Cum enim Mariani se causam publicam bene agere arbitrentur, non sunt tantà caede delendi, vt vix superint, quibus Sullani imperent.

Hoc quidem in negotio potest abstinere, non tamen tenetur, quia causam legitimam adiuuare potest. Quod si in magistratu est, si magnum ad victoriam allaturus est momentum, si Martium crudeliter victoria vsurum animaduertit, iustæ causæ non debet auxilium subtrahere. Itaque Atticus si Pompeianas partes putabat esse Romanas & iustas, Pompeio se iungere debuit: si dubitabat neutri.

§. 5. Si altera pars aperte causam improbam tueatur, vel improbos, & latrones tuendo, vel bonos opprimendo, vt nec ipsi quidem sine crimine agere se fateantur, boni viri est, integræ parti, & iustæ causæ se adiungere; & si à patria vocetur pugnare, quamuis tristissimos, & crudelissimos victoriæ exitus videat futuros. Filij Israël cum bellum decreuissent contra tribum Benjamin, Iudicum 20. *inbent trahi sibi homines de Gabaâ, qui hoc malum perpetrarunt, cumque vicissent occiderunt habitatores Gabaa, quod non adfuisse bello, Grandi enim iuramento se obstrinxerant, cum essent in Maspha, interfici eos qui desissent.* Ciuili belli causa erat, q̄ improbos ad supplicium dare nollèt, sub pœna mortis omnes ad bellum coacti sunt, Ciues Jabes Galaad

omnes interfecerunt. c. 21. 10. *Miserunt itaque decem milia viros robustissimos, & praeceperunt eis, ite & percutite habitatores Gabaa in ore gladij ita vxores, quæ paruulos eorum.*

Quin & Beniamitas omnes cum vxoribus, parulis, fœminis, & iumentis occiderunt. c. 20. Quamuis igitur victoria esset tristissima, & nisi Deo iubente, qui scelera Beniamitarum punire statuerat, crudelissima, nemo tamen abesse à ciuili bello potuit, quia cessatores, & detrectatores eodem modo, quo reos puniuerunt. Qui porro per nequitiam atque iniustitiam, causam impiam volentes scientesque tuentur, omnem victoriæ crudelitatem merito sibi imputabunt.

§. 6. Cum causæ seditionis vtrinque sunt, vt in Romana Republica v. 9. importunitas sceneratorum, & plebis contumacia nouas tabulas petentis, quamuis constet, vnde stet iustitia, boni tamen viri est, quàmuis fieri potest, neutri parti se iungere, sed pacem tentare, quæ quamdiu speratur, omnia præfida eo conferre: melior n. quouis bello, & quauis victoriâ pax est; cū ciuili bello victoria sit bello miserabilior. Si pax desperata est, ad eos qui ius tuentur, accedendum est. Cum vero seditionum causæ admodum exiguae sunt, quales supra quædam enumerauimus, non est necesse vt quis iustæ se causæ adiungat, modo nec iniustam tueatur. Quia hoc parua de causa seditionem ciere, & bellum ciuile inchoare, iniustum est. Tum vero ciuis potens ad concordiam partes adigere, pacemq; efficere tenetur. & contra eos qui nolunt æquitati & concordia accedere, sumere arma, si enim ob leuem causam viri honesti exacerbati duellum tentent, mutuique vulnerib⁹ inhient, potest eos ad pacem principis cogere, atq; adeo patria, vt qui contumaciter resistit, causâ cecidisse iudicetur, iniquum est enim ob exiguas nugas patriam pessum dare.

§. 7. Sirebellio sit vnus partis contra principem, aut magistratum, aut proditio agitur, magistratui sese adiungere oportet, eiq; omni ope, qua fieri potest, consilio, auxilio, manu, pro se quisque defendere. Proditor enim principis censetur, qui in necessitate illi non succurrit: sed eum deserit, donec videat, quo res vergeant, quod fecit Merius Sufferius Latinorum principis, qui Tullum in media acie deseruit. Hoc in casu verissima est Solonis sententia. Quis enim non omni supplicio dignum iudicet, qui Dauidem contra filium Absalonem, vel Sebam non adiuuaret? Membra sane operam defendendo capiti impendere necesse est. Omnes enim in defensionem principis iurauerunt. Hoc vero pro sua quisque facultate, studio, contributione, pugnando, aliis modis, quibus vitæ Principis consulatur.

§. 8. Quod si subditi contra magistratum insurgant, multi contra paucos, ita vt vix spes vlla sit melioris causæ victoriam fore. Imo si pars iusta in Republica contra partem iniustam ita pugnet, vt se vix tueri posse videatur, magna oritur difficultas. Iniquæ parti se adiungere nemo potest; Parti integræ adhærere vitæ & fortunarum discrimen habet. Itaq; fortioribus assistere non debent, qui eodem scelere inquinarentur, infirmioribus adesse nolunt.

Hac in causa ita sentio. Si aliquis est, qui sua prudentiâ, robore, opibus, partem iustam erigere potest, spemque victoriæ consequi, oportere eum sese & sua Reipublicæ liberandæ, constituendæque impendere. Sic fecit Joiadas cum iam parem se fore speraret, ingenti periculo Athalia se se opposuit, & Joam in regnum euexit. Quamdiu vero nondum spes victoriæ apparet, consilio, monitis, clandestinis consilijs, & auxilijs iustitiam fouebit, donec spes sit iustam causam esse triumphaturam. fecit hoc idem Joiadas dum regium puerum clam educat, eiq; vires, & viros parat.

Quod

Qui partem ab ipso vocat.

Victoria contra eodem.

Erigere partes debet, qui sperat se posse.

Quod si priuatus quispiam sit, nec ad subleuandam Rempub. possit adferre aliquod momenti, non tenebitur nulla spe publici commodi fortunas, & vitam hostibus obicere, quiescet itaq; & votis, occultisque adiumentis oppressos fouebit. si enim se oppressis addat, ipse quoque opprimetur, opes & facultas adiuuandi eripietur; eritq; hac ratione pars iusta infirmior, iniusta fortior. Ita factum à multis in regia vrbe Aquigrani: seditiosi & rebelles per summum nefas magistratum exaurorant, contra Cæsaris mandata tam fuere contumaces, quam in magistratum iniurii. At viribus domesticis externisque longe superabant eos, qui iustam causam sequebantur, durauitq; supra annos viginti gratis honorum omnium oppressio, si quis liberam vocem mitteret, iam calumniæ, contumeliæ, carceres, exilia, proscripio ante oculos erant. Patientia tandem & occultis auxiliis quorundã, forti aliorum constantia recuperata Republ. est, quod fieri non potuisset, si infirmiores & pauciores initio se armata manu fortioribus, pluribusque opposuissent, in primo enim conflictu omnes trucidati fuissent.

Qui neutri parti adesse ad vtraque videntur.

§.9. Cum ita res habet in Republica, vt bellum ciuile geratur; & de vnius partis iustitia constat, consultum fere semper est illi parti se iungere. Qui enim medius est, vtramque partem offendit, nam ab eo se lædi arbitrantur, se cum periculo rerum omnium propugnare Rempublicam, illos qui medios se tenent, nec labores pro bono communi suscipere, nec impensas velle facere. hinc durante bello vtrique parti sunt prædæ; nã vtraque acies subsidium ab illis postulat, vt à ciuibus, pro defensione ciuitatis: post victoriam sunt victima victoris. Pomponius Atticus Cæsare, & Pompeio pugnantibus quieuit, detrimenta tamen fortunæ sentit, quæ alii; At Pompeio victore, non meliore conditione futurus erat, quam Cicero, quam alii, qui in Pompeianis castris fuerunt. Cic. l. ii. ep. 6. ad Attic. Me discessisse ab armis nunquam penituit. tanta erat in illis crudelitas, tanta cum barbaris gentibus coniunctio, vt non nominatim, sed generatim proscripio esset informata: vt iam omnium iudicio constitutum esset, omnium vestrum bona, prædam esse illius victoria. Vestrum plane dico. nunquam enim de te ipso, nisi crudelissime, cogitatum est. quare volitatis me meæ nunquam penitebit: consilij penitet.

Victus non continuo cedit.

§.10. Cum in clade ciuili pars victa est, præstat tueri se reliquias, quam subito cedere. Itaque & Cato in Africa bellum reparauit; non ille quidem ad spem victoriæ, sed vt alii senserunt, ad spem compositionis. Cic. l. ii. ep. 12. ad Atticum. Sed vt video multo magis nobis laborandum est de Africa: quam quidem tu scribis confirmari quorundam magis ad conditionis spem, quam victoriæ. Nam reuera Cæsaris victoriam mitigauit nouum bellum in Afri-

ca, & Hispania, ne se magis exosum redderet. Nam quis Cæsaris animus fuerit, satis indicat Cælius Cæsarianus ad Ciceronem Epistol. ii. lib. 10. ad Atticum. Si existimas eandem rationem fore Cæsaris in dimittendis aduersarijs & conditionibus ferendis, erras: nihil nisi atrox & senum cogitat, atque etiam loquitur. Iratus senarij exiit. His intercessionibus plane incitatus est. non mehercule erit deprecationi locus. Quare si tibi tu; si filius vnicus; si domus; si spes tua reliquæ tibi charæ sunt: si aliquid apud te nos; si vir optimus gener tuus vales: eorum fortunam non debes velle conturbare, vt eam causam, in cuius victoria salus nostrâ est, odisse, aut relinquere cogamur: aut impiam cupiditatem contra salutem tuam habeamus.

Pericula vitigant victoriam.

Nisi Hispaniense & Africanum bellum pertimuisse, illum in victoria se exhibuisset, quem Cælius depingit. Et sane breui se eum exhibuit, superbum omnibus & contumeliosum, nec deerat aliud quam ex superbia, & suspicione crudelitas.

Barbari in patriam vocandi non sunt.

§.11. Cum eo vsque bella ciuilia exarserunt, vt gentes barbaræ magno cum periculo in auxilium vocentur, viri boni esse puto, etiam iustam potius causam deferere, quam eos adiuuare, qui barbaros aduocant. Iterum Cicero fecit, & causam reddit epistol. 7. lib. ii. ad Atticum. Sed ex omnibus nihil magis tamen desideratur, quam quod in Africam non ierim. Iudicio hoc sum vsus, Non esse barbaris auxilijs fallacissima gentis, remp. defendendam, præsertim contra exercitum sæpe victorem. Non probant fortasse, multos enim viros bonos in Africam venisse audio, & scio fuisse antea. Valde hoc loco vrgeor. hic quoque opus est casu, vt aliqui sint ex eis, aut si potest, omnes qui salutem anteponant. Nam si perseverant, & obriment, quid nobis futurum se vides.

Qui igitur in auxilium Turcos vocarunt contra rebelles suos Græci imperatores imperium merito perdidit. Præstat sane aliquam esse Rempublicam, etiam aduersariorum, quam nullam esse. Interdum metus, interdum ambitio ad illa consilia magnos viros impellit, Bonifacium metus, Rufinum, Stiliconem, alios Ambitio. Nec defunt exempla nostrorum, pars Hungariæ sic perit, & hoc malum multo senserunt. Belgæ quidem rebelles bis in summo periculo seruitutis fuerunt; primo cum Alenzonium, deinde cum Lycestrium aduocassent, quorum hic Britanniis, ille Francis proderet libertatem cæperat, quâ causa se mox sapientiores Politici in omnia verterunt, vt vtrumque depellerent, Alenzonium armis, Lycestrium arte; cui nisi cessissent, arma sensurus erat. Verum non de quibuslibet exteris loquor, sed Barbaris, quales Turcæ, Tartari, alique sunt; & his perfidia, impietate, immanitate pares.

Nunc vero ad bella procedamus.

